NONVM VOLVMEN.

AVERROIS
CORDVBENSIS

SERMO DE SVBSTANTIA ORBIS.

DESTRVCTIO DESTRVCTIONVM PHILOSOPHIÆ ALGAZELIS.

DE ANIMÆ BEATITVDINE, SEV EPISTOLA DE INTELLECTV.

Quos quidem libros in Philosophia, tum Naturali, tum Postnaturali, extra omnes in Aristotelem commentarios ipse edidit. Quid autem in ipsis additum sit versa pagina demonstrat.



Cum summi Pontificis, Gallorum Regis, Senatusq; Veneti decretis.

VENETIIS APVD IVNTAS .M D L.

B
406
.A8
1500
Cam

IN HOC NONO VOLVMINE HÆC CONTINENTVR.

Auerrois Sermo de Substãtia orbis, castigatus, ac Duobus Capitulis auctus, ab Abramo de Balmes Hebræo latinitate donatis. fo.3.
Destructio destructionum Philosophiæ Algazelis, Calo Calonymos Hebræo interprete: in Metaphysicis quidem in Sexdecim nunc diuisa Disputationes, duabus additis, cum prius ante hanc translationem non nisi Quatuordecim essent, præterquam & in earum quamplurimis plæraq; interiecta sunt dubia, quæ prius non extabant; in Physicis autem in Quatuor, quas idem Latinis donauit. .3.
Tractatus de Animæ beatitudine: .64.
Cui addita est Epistola de Intellectu, quæ idem est cum dicti libelli parte, eodem Calo interprete. .67.

Quàm autem hæc omnia emendatiora nunc sint, quàm prius, ex præfatione deprehendes.

INDEX CAPITVM LIBRORVM, QVI IN HOC VOLVMINE CONTINENTVR.

Capita Sermonis de substantia orbis.

Caput Primum. De substantia cœli, eiusq; forma, ac materia, fo.3.
Caput Secundum. De natura corporis cœlestis, quo pacto sit simplex, non compositum, non graue, neque leue: ac de pluribus ipsius accidentibus. fo. 4.
Caput Tertium. Formam cœli uirtutem esse non in corpore: ipsumque simplex esse, non compositum: eiusque uirtutem, in actione finitam, infinito, æternoq; tempore mouere. fo. 5.
Caput Quartum. Quo pacto necessaria sit motus cœli continuatio cum his inferioribus. folio. 6.
Caput Quintum. De cœli simplicitate, ac spiritualitate. fo. 6.
Hæc duo sequentia capita ab Abramo de Balmes latinitate donata, quanquam ab hoc tractatu separata esse uideantur, cùm iam ei finis sit impositus: quia tamen in eadē uersantur re, in qua & priora: ideo ipsa Sextum, & Septimum tractatus huius capita constituimus.
Caput Sextum. Corpora cœlestia non componi ex materia & forma: multaq; de Primo motore. folio. 6.
Caput Septimum. Quæsitum, quo ostenditur quomodo corpora cœlestia, cùm sint finita ex se, acquirant ab alio æternitatem. fo. 7.

Disputationes Libri, Destructio destructionum Philosophiæ Algazelis appellati.

IN METAPHYSICIS.

Disputatio Prima. De narratione rationum philosophorum circa antiquitatem mundi, et earum destructionibus. fo. 8.
Disputatio Secunda. De destructione sermonis eorum de æternitate mundi, & temporis, & motus. fo. 17.
Disputatio Tertia. De declaratione deceptionis eorum, dicentium Deum gloriosum esse agẽs mundi, & mundum opus & operationem eius. folio. 20.
Disputatio Quarta. De declaratione, quòd non possunt afferre rationem, quòd sit efficiens mundi. fo. 30.
Disputatio Quinta. De declaratione, quòd nõ possunt afferre rationem quòd Deus gloriosus sit unus: & quòd impossibile est ponere duo necessaria in esse, & quodlibet eorum non habeat causam. fo. 33.
Disputatio Sexta. De conuenientia eorum circa substantiam cõstitutionis scientiæ, posse, et uoluntatis in primo principio. fo. 35.
Disputatio Septima. De destructione sermonis eorum, quòd impossibile est ut communicet cum alio genere, & separetur ab eo differentia aliqua: & quòd non dirigitur ad id uerificatione intellectus diuisio in genus, & differentiam. folio. 41.
Disputatio Octaua. De destructione dicti eorum, q esse primi sit simplex, scilicet quòd est esse absolutum, & non est quiditas nec uerificatio, ad quas referatur esse, sed esse conueniens ei est sicut quiditas alteri. fo. 42.
Disputatio Nona. De diminutione eorum circa probationem, q primum non sit corpus. fo. 44.
Disputatio Decima. In declarando diminutionem declarationis eorum, quòd Deus mundi sit causa efficiens, & quòd sermo Hæretici sequitur eis. folio. 45.
Disputatio Vndecima. De diminutione tenentis q Primum scit aliud ab eo, & scit genera, & species modo uniuersali. fo. 46.
Disputatio Duodecima. De diminutione eorum in adducendo rationem, quòd ipse scit seipsum. folio. 48.
Disputatio Tertiadecima. De destructione eius, quod dicunt, quòd Deus gloriosus, absit, ignorat particularia diuisa ad diuisionem temporis, ad præsens, & præteritum, & futurum. fo. 49.
Disputatio Quartadecima. De diminutione eorum in constituendo rationẽ, quòd cœli sint animati, seruientes Deo glorioso motu circulari eorum. fo. 51.
Disputatio Quintadecima. De destructione eius, quod dixerunt de intentione, & uirtute motiua cœli. fo. 52.
Disputatio Sextadecima. De destructione dicti eorum, quòd animæ cœli respiciunt omnia particularia, quæ fiunt in hoc mundo. fo. 53.

IN PHYSICIS.

Disputatio Prima. De iudicio eorum, q hæc copulatio, quæ apparet in esse inter causas & causata, est copulatio, quæ consequitur necessario. f. 55.
Disputatio Secunda. De dicto eorum, quòd animæ humanæ sunt substantiæ existentes in se, & non

ſiant innatæ in corpore. fo. 59.

Diſputatio Tertia. De dicto eorum, quòd falſum eſt dicere quòd corrumpantur iſtæ animæ, ſed cùm reperiantur, ſunt æternæ, perpetuæ, & non poteſt conſyderari corruptio, & finitas earum. fo. 62.

Diſputatio Quarta. De dicto eorum, quòd ſit falſum quòd animæ reuertantur amplius in corporibus. fo. 63.

Capita Tractatus de Animæ Beatitudine.

Caput Primum. Proponit declarare animæ beatitudinem, quæ eſt ſecundum Ariſtotelem connectio intellectus abſtracti cum anima humana. folio. 64.

Caput Secundum. De intellectus materialis eſſentia, tum ex Antiquorum, tum ex propriis dictis declarata. fo. 64.

Caput Tertium. De intellectus materialis cum abſtractis intellectibus connexione. fo. 64.

Caput Quartum. De intellectus agentis natura: ac quo pacto intellectionis cauſa ſit humano intellectui. fo. 65.

Caput Quintum. De ordine Principiorum, folio. 66.

Finis.

AVERROIS CORDVBENSIS

SERMO DE SVBSTANTIA ORBIS, NVPER CASTIGATVS, ET DVOBVS CAPITVLIS AVCTVS.

Caput Primum. De ſubſtantia Cœli, eiuſq; forma, ac materia.

IN hoc tractatu intendimus perſcrutari de rebus, ex quibus componitur corpus cœleſte: determinatum eſt enim corpus cœleſte cõponi ex duabus naturis, ſicut generabilia, & corruptibilia corpora. Sed tamen in iſtis eſt declaratum has duas naturas eſſe propter generationem, & corruptionẽ in eis inuentas, in cœleſtibus aũt propter motum localem. Quia enim declãratum eſt hæc corpora moueri ex ſe in loco: amplius autem id, quod mouetur ex ſe, cõponitur ex duabus naturis, videlicet recipiente, & agente: quoniam cùm declaratum eſt omne motum habere motorem: amplius aliquid motum eſſe, & mouens, inquantum idem, impoſſibile eſſe: cùm hoc inquam ſit, declaratũ eſt corpora cœleſtia componi ex duabus naturis.

In hoc tractatu igitur perſcrutaturi ſumus de his duabus naturis, ex quibus corpus cœleſte cõponitur, vtrũ ſint ſimiles illis naturis, ex quibus generabilia componuntur, quarum vna dicitur forma, altera materia, ſcilicet vtrum hæc materia, & forma, quæ ſunt hic, ſint eadẽ cum illis, aut diuerſa ſecundum magis, & minus.

Sed, ſi ſint diuerſę ſpecie, tunc equiuoce dicitur de eis corporeitas, aut ſecundũ prius & posterius. Quòd aũt hæ duæ naturæ exiſtentes in his generabilibus, & cœleſtibus corporibus non ſint cõuenientes ſpecie, manifeſtum eſt, poſito corpore cœleſti ingenito & incorruptibili, & corporibus, quæ ſunt apud nos, genitis & corruptibilibus. cauſas enim corporis generabilis & corruptilis, & æterni eſſe eaſdem impoſſibile eſt. Remanet igitur perſcrutari de eis, quibus hę duæ naturę, quæ ſunt in corpore cœleſti, differunt ab eis, quæ ſunt in corpore generabili & corruptibili. Principium quidem igitur perſcrutationis eſt in hoc, quod accepimus de iſtis rebus ab Ari. quia opinio eius eſt opinio, q̃ nulla verior peruenit ad nos de hoĩbus prioribus eo, neq; minoris dubitationis, & maioris certitudinis. Eſt igit opinio ſua in humana natura, quæ eſt vltima inter ea, quæ comprehendit homo ſuo intellectu, in eo q̃ eſt homo, et, ſicut Alex. dicit, eſt ille, ſup quo nitimur in ſcięt̃ns. Incipiam ergo cõmemorare opinionẽ eius de natura corporũ, quæ ſunt hic, & quid ponit de eo, q̃d ſunt cõpoſita ex materia & forma, & quod dixit de natura materiæ, & formæ, quæ ſunt in eis: poſtea reuertar de eis ad cõpoſitionem naturæ ſimilis iſtis, in corporibus cœleſtibus, ſ in quo cõueniunt, et in quo diuerſificant.

Et dico q̃ Ariſt. cùm inuenit indiuidua exiſtẽtia per ſe, hęc, quæ vocant ſubſtantiæ, transferri de vna diſpoſitione in aliam, inuenit hanc tranſmutationẽ duobus modis: aut tranſmutationẽ in diſpoſitionibus extrinſecis a quiditatibus ſubſtantiaꝝ exiſtentium per ſe, quæ non facit illa indiuidua deferentia illas diſpõnes tranſmutari in noie, neq; in definitione, ſicut diſpõnes, quæ dicunt quantitates, & qualitates, & alia prędicamẽta, quæ appellant accidentia: aut trãſmutationes in diſpoſitionibus, quæ faciunt indiuidua deferẽtia ipſas tranſmutari noie, & definitione: quæ tranſmutatio dicit generatio, & corruptio. Cùm igit conſyderauit hos duos modos tranſmutationis, inuenit in eis cõia, et propria. cõia quidem ſunt quinq;, quæ inſunt tranſmutationi ſubſtantiali, & accidentali. Eſt. n. cõe his duabus habere vnum ſubiectũ, recipiens tranſmutationẽ. Amplius neceſſariũ eſt non eſſe prędere eſſe rei geniꝰ & corruptibilis, et oĩo inhęrere eius, quod fit: non. n. fit, niſi illud, quod non eſt. Sicut aũt inuenitur poſſe prædere eſſe in ſubiecto neceſſario, in vtroq; modo factionis: quod. n. eſt impoſſibile, nõ fit. Amplius inueni neceſſario eſſe illud, ex quo eſt factio rei, & ad quod eſt, eſſe contraria, & habere idem genus. Et q̃ illa cõtrarietas reducit ad primam contrarietatẽ, ſ. non eſſe, & formã. Differunt aũt in hoc, q̃m inuenit tranſmutationẽ indiui duoꝝ in ſuis ſubſtantiꝝ cogere ſubiectum non eſſe ens in actu, & non habere formã, qua ſubſtãtiatur. ſi enim haberet formã, nullam aliã reciperet, niſi illa deſtructa: vnum. n. ſubiectum habere pluſq; vnam formã eſt impoſſibile. Et, ſi eſſet ſubſtantia ſimplr exiſtens in actu, tunc eſſet impaſſibile, & nõ receptiuum. quod. n. eſt in actu non recipit aliquod, quod ſit in actu, ſm quod ſit in actu. Vnde natura huius ſubiecti recipientis ſubſtãtiales formas, videlicet primæ materiæ, neceſſe eſt vt ſit natura potentiæ, ſ. q̃ potentia ſit eius dẽa ſubſtantialis. Et ideo nullã habet formam propriam, & naturam exiſtentẽ in actu: ſed eius ſubſtantia eſt in poſſe: et ex hoc materia recipit omnes formas. Sed poſſe, quo ſubſtantiaſ hoc ſubiectum, differt ęt à natura ſubiecti, qđ ſubſtantiatur per hoc poſſe, in hoc, q̃ poſſe dicit reſpectu formæ: hoc aũt ſubiectum eſt vnum entium exiſtentium per ſe, & elementum vnum æternum exiſtentium per ſe, quoꝝ ſubſtantia eſt in potẽtia. Et ideo eſt difficile intelligere, vel imaginari illud, niſi in comparatione ad alterum, ſicut dicit Ariſt. Et, quando inuenit ſubſtantiales formas diuiſi ſm diuiſionem huius ſubiecti, diuiſio aũt non eſt huic ſubiecto niſi inquantum habet quantitatẽ, ſciuit q̃ primum eoꝝ, quæ exiſtunt in hoc, ſunt tres dimenſiones, quæ ſunt corpus. Et, cùm inuenit in eis dimenſionibus cõtrari formas oẽs, quaꝝ quælibet habet quantitatẽ terminatam propriã, ſciuit dimenſiones terminatas vltimo actu nõ poſſe eſſe, niſi poſtq̃ forma ſubſtantialis eſt in eo, ſicut eſt diſpoſitio de alꝝ accidentibus in actu. Inuenit etiam q̃ ſubiecta oĩum accidentium ſunt indiuidua ſubſtantiæ, quę ſunt in actu: de quibus declaratum fuit ab eo eſſe cõpoſita ex formis, & ſubiecto, qđ eſt in potentia. Et accepit ęt ſignum ex hoc, quod hoc ſubiectum recipit accidẽtia contingentia in eo, q̃ non eſt ſimplex. q̃m, ſi eſſet ſimplex actu, non poſſet recipere accidentia: patt. n. cõtrarium eſt ipſi actui. Et, quia inuenit oẽs formas cõtrari in dimẽſionibus non terminatis, ſciuit quòd prima materia nunq̃ denudatur à dimenſionibus non terminatis, quia, ſi denudaretur, tunc corpus eſſet ex nõ corpore, & dimenſio ex non dimenſione: & tunc formę corporales eſſent * contrariæ, & ſuccedentes ſibi in hoc ſubiecto, ſicut eſt diſpoſitio de formis ſubſtantialibus. Et hoc totum conuenit ſenſui. vt enim forma caliditatis agentis in aquã, aquam augeri, & creſcere in dimenſionibus, & vicinari in dimẽſionibus aeris: cùm igitur peruenit ad maximã q̃ntitatem aquæ, tunc ſubiectum eius denudatur à formã aquæ, & q̃ntitate dimẽſionum aquæ ꝓpria, & recipit formã aeris, & quantitatem dimenſionum ꝓpriarum formę aeris. & ſibi facit contra-

Tranſmutatio duplex ld. 1. phy. 61

ld. 3. cor. 61 & 3. Met. 15

Vnum ſubiectum habere pluſq; vnam formã eſt impoſſibile.

Perennis eſt dẽa ſubſtantialis primæ materię Op ponũ pmo Phy. 70.

ld. 2. de Aĩa c. 4. & 5. cor. li. 11. et. 72

Prima materia nõ denudatur à dimenſionibus interminatis.

* al permutabiles.

trium forma frigiditatis in aere, ſ. ꝙ dimenſiones aeris
non ceſſant diminui, donec ſpolietur à ſua forma, et re-
cipiat formam aquę. Dimenſiones igitur ſimplꝛ, quæ
appellantur corpus ſimpliciter, non denudantur à pri-
ma materia, ſicut nec alia accidentia cõta oĩbus corpo-
ribus contrarĩs, aut duobus eorum, aut pluribus, ver-
bi gratia diaphaneitas, in qua cõicant ignis, & aqua.
Et, quia illa forma, ſ. dimenſionis non terminatæ exi-
ſtit in prima materia primitus, & ſuccedit ſibi in ea, cũ
impoſſibile ſit hoc ſubiectum recipere duas earũ in ea-
dẽ parte exiſtentes terminatę quantitatis, ideo impoſ-
ſibile eſt à ſubiecto denudare formam, vel ſubiectũ de-
nudari à forma, niſi per formæ deſtructionem: neque
etiam eſt poſſibile ipſam fieri in ſubiecto, niſi per agẽs
extrahens illa de potentia ad actum. Vnde neceſſe eſt
has formas eſſe cõtrarias, adeo ꝙ altera corrũpat ſuam
contrariam, & ſubiectum recipiat formam ſimilẽ, vn-
de formę elementorum ſunt contrariæ. Et ideo paſſiua
dicuntur quodammodo eſſe cõtraria, & quodammo-
do eſſe ſimilia. Vnde, ſi aliqua corpora ſimplicia ſunt,
quorum forma caret contrarĩs, contingit quod illę for
mæ ſint nec generabiles, nec corruptibiles, nec haben-
tes ſubiectum cõe. Declaratum eſt igitur ꝙ cauſa cor
ruptionis entium, & factionis eorum eſt contrarietas
exiſtens in ſuis formis, & cõmune ſubiectũ, quod nul-
lam habet propriam formam: ſed eſt potentia recipiẽs
numerum ſecundum formas diuerſas in ſpecie, & nu-
merum ſecundum formas diuerſas in numero, & quæ
ſit ſecundum maius, & minus. Et cauſa huius totius
eſt, ꝙ hoc ſubiectum recipit primitus dimenſiones in-
terminatas, et quia eſt multum in potentia. Quoniam,
ſi non haberet dimenſionem, non reciperet minimũ for
mas diuerſas numero, nec formas diuerſas ſpecie, * ſed
in eodem tempore non inueniretur, niſi vna forma. Er
cum hoc ꝙ eius materia eſt vna numero, ſi non eſſet
multa potentia, non denudaretur ab illa vna forma,
quam reciperet, & eſſet forma in ſubſtantia illius ſu-
biecti, & iſtud ſubiectum eſſet impoſſibile vt denuda-
retur à ſua forma omnino, aut corrumperetur illa for-
ma, & alia forma generaretur. Et, quia iſtud ſubiectũ
non recipit multas formas inſimul, vel ſucceſſiue, niſi
ex hoc, ꝙ recipit tres dimenſiones primitus, manifeſtũ
eſt, ꝙ ſi ſubiectum aliquod ſit, quod non recipit, niſi
vnam formam ſemper, ꝙ ſit vnum numero ſimplici-
ter, & ꝙ nulla multitudo eſt in eo omnino, neque po-
tentia, neq; actu, & ꝙ non diuiditur per formam, neq;
forma per eius diuiſionem. Et cauſa in hoc eſt, quia
non recipit quantitatem primo, ante receptionem for-
marum: quia, ſi reciperet, eſſet diuiſibile ſecundum for
mam, et forma diuiſibilis ſecundum eius dimenſiones,
ſcilicet per ſubiecti diuiſionem, & finiti eſſent actus ſe-
cundum finitatem illius quantitatis, & eſſet poſſibile
in ea formam recipere maius et minus, partem & totũ.
Si igitur aliqua forma eſt, quæ non recipit maius & mi
nus, neq; diuiditur per diuiſionem ſubiecti ſui, neque
ſubiectum diuiditur per diuiſionem formæ, ſ. per eius
diuerſitatem, manifeſtum eſt ꝙ in ſubiecto iſtius for-
mę non exiſtunt dimenſiones primitus, ſed poſtquam
forma exiſtit. Et intelligo poſt, ſecundũ eſſe, nõ poſt,
ſecundum tempus, ſicut eſt diſpoſitio in prima mate-
ria, ſcilicet ꝙ non inueniuntur in ea, niſi vt habet for-
mam exiſtentem. Vnde putauit Auicẽ. ꝙ diſpoſitio
trium dimenſionum exiſtentium in materia ſimplꝛ, ſ.
non terminatarum, eſt diſpoſitio dimenſionum termi-
natarum in ea: quapropter dixit neceſſe eſt formã pri-
mam exiſtere in prima materia, anteq; dimenſiones
exiſtant in ea. Ex quo accidunt et multa impoſſibilia,
vnum eſt, formam non diuidi per diuiſionem materię:
quapropter non recipiet diuiſionem: & ipſam eſſe æter

* 2 l addit. nili in tempo ribus diuerſis.

8. Phyſi. 8. &. 9.

nam non diuiſibilem per diuiſionem ſui ſubiecti, & ipſam non habere contrarium ſibi ſuccedens in eodẽ ſu-
biecto. quod ſi ita eſſet, tũc materia nullã reciperet for-
mam præter iſtam ſibi propriam. Cùm igitur fuerint
declarata ab Ariſto. iſta propria rebus generabilibus,
et corruptibilibus ex parte ſubiecti, & ex parte formę,
ex quibus accidit iſtis entibus ſenſibilibus generatio,
& corruptio, ſcilicet idiuiduis exiſtentibus p ſe, & fuit
declaratum de corporibus cœleſtibus ipſa eſſe neque
generabilia, neq; corruptibilia, negauit ea habere ſu-
biectum recipiẽs numerum, & diuiſionem per exiſten
tiam ſimplicium dimenſionum in eo primo ante exi-
ſtentiam formæ, & ipſa eẽ in potentia multa, & vnum
numero. Et negauit formas corporum cœleſtium diui-
di per diuiſionem ſubiecti ſui, et eſſe finitarum actionũ
propter finitatem eorum corporum. qm̃ potentia to-
tius in formis diuiſibilibus per diuiſionem ſui ſubiecti
eſt maior potentia partis. Qm̃ ergo inuenit eoꝝ actio-
nes eſſe infinitas, concludit formas eorum non eſſe in
ſubiecto mediantibus dimenſionibus, ſed eas non eſſe
potentias in corporibus. Et, cũ figebatur in iſtis pro-
portionibus, et inuenit potentias cœleſtes agere actio-
nem infinitam, concluſit mediantibus dimenſionibus
has virtutes non eſſe in corpore oĩno, neq; habere ma-
teriam recipientem eas mediantibus dimenſionibus,
neq; materiam multam in potentia, neq; recipere ma-
gnum, & paruum, neq; habere contrarium. & totum
hoc ſequitur ex hoc, ꝙ formę eorum agunt actione in-
finita. & oẽ hoc eſt probatum i Phyſico auditu. Et, cũ
fuit perſcrutatus etiam de natura iſtorum corporum
in primo Cœli, & declarauit ipſa eſſe ſimplicia ex hoc,
ꝙ motus eorum ſunt ſimplices, & ꝙ natura eorum eſt
neq; grauis, neq; leuis, ſ. natura non innata diſponi per
leuitatem, aut grauitatem: & fuit declaratum eĩ ꝙ cor
pora grauia, & leuia ſunt contraria, quia motus eorum
ſunt contrarij: amplius ꝙ motus corporum cœleſtium
non habent contraria: concluſit hæc corpora eſſe inge-
nerabilia, & incorruptibilia, & ipſa non habere ſubie-
ctum recipiens dimenſiones prima receptione, ita ꝙ
formæ ſuæ diuidantur per diuiſionem ſui ſubiecti. &
hoc intendit, cùm dixit in primo Cœli, ꝙ formæ hoꝝ
corporum cœlent contrario, & ſubiecto, quemadmo-
dum concluſit hoc idem ex hoc, ꝙ motus eoꝝ à princi
pijs, quæ ſunt in eis, ſunt infiniti. Et, quia manifeſtum
eſt ſenſui, ꝙ corpora cœleſtia recipiunt dimẽſiones ter
minatas ſm ſuas formas, neq; poſſunt recipere formas
mediantibus dimenſionibus interminatis, ſicut eſt diſ-
poſitio de formis gñabilibus, & corruptibilibus, ne-
ceſſe eſt ea recipere dimenſiones talt modo, ex quo nõ
contingit formas & gñabiles, & corruptibiles: quod
eſt, qa materia eoꝝ recipit dimenſiones ꝑma receptio-
ne mediantibus illis formis ſuis, & non recipit formas
mediantibus dimenſionibus exiſtentibus in eis in po-
tentia, ſ. non terminatis, ſicut eſt diſpoſitio in dimẽſio-
nibus, quæ ſunt in prima materia cum forma iſtius ma
teriæ, ſed dimẽſiones, quæ ſunt in materia cœleſti ſunt
proprium proprijorum eius. Et, cũ fuerit declaratum
et de corporib⁹ cœleſtibus eoꝝ formas exiſtere in ſuis
ſubiectis, videlicet exiſtentia ꝙ non diuiduntꝰ ꝙ diuiſio
nem ſui ſubiecti, & ꝙ cauſa in hoc eſt, quia non exiſtũt
in ſubiectis, ſm ꝙ ſunt diuiſibilia, fuit ei declaratum,
quod iſtæ formæ non conſtituunt per ſubiectũ, immo
ſunt abſtractæ in eſſe. qm̃, cùm exiſtunt in toto ſubie-
cto, et non diuiduntꝰ per eius diuiſionẽ, contingit ꝙ nõ
conſtituunt⁹ per ſubiectum: non. n. exiſtunt in eo, neq;
in toto, neq; in parte, & vlr nec in diuiſibili, nec in in-
diuiſibili. Et, cùm ita ſit, neceſſe eſt vt forma, qua mo
ueꝰ, ſit illa, ad quã moueꝰ: in formis. n. conſtitutis ꝑ ſua
ſubiecta differunt, ſ. qa forma, qua mouenꝰ, nõ eſt illa,
ad quam

Primo Cœ. a textu. 124. vſq; in finẽ.

Tex. 20. & inde.

ad quam mouentur, & ideo oĩs forma hmõi, ſ. quę mo
uetur ad ſeipſam perficiendã per formã aliã, neceſſe eſt
vt ſuũ mouere ſit finitum, cũ nõ mouet, niſi qm̃ moueꝰ.
Et hoc etiã eſt vnum eoꝝ, quę mouerunt Ariſt. ad opi
nandum ꝙ formæ corporꝫ cœleſtiũ non ſunt cõſtituę
p ſua ſubiecta, qm̃ tunc motus eoꝝ eſſent finiti. Et non
eſt dicendũ ꝙ formæ, ꝙbus mouenꝰ corpora cœleſtia
ſint aliæ ab eis, ad quas mouenꝰ, & ꝙ iſtę, quæ dicũtur
non eſſe in materia oĩno, et quę carent ſitu, ſunt formę,
ad quas mouenꝰ, cùm tñ illę, quibus mouenꝰ, ſint for-
mæ in materijs, et ſint diuiſibiles per diuiſionẽ earum.
Qm̃, ſi ita eſſet, tunc illæ formæ exiſterent in ſubiectis,
& mouerenꝰ per motũ ſubiectoꝝ, & ſic diuiderenꝰ ad
diuiſionẽ ſubiectoꝝ. motũ. n. ſi mouetur eſſentialiter,
erit diuiſibile eſſentialiter, et ſi per accidens, per accñs.
Ergo nihil eſt in corpibus cœleſtibus, quo forma, qua
eſt motus, differat ab ea, ad quã eſt motus: immo ſunt
eędẽ formæ, & non differunt, niſi in diſpõe. Et, ſi ita
eſſet, tunc ſuũ mouere eſſet finitũ. quod. n. mouetꝰ, im-
poſſibile eſt vt ſit principiũ motus æterni. & dicit Ari.
ꝙ intellectus, et intellectũ idem ſunt in corporibus cœ-
leſtibus. & hoc totũ dictum eſt in alijs locis. Et nõ eſt
dictum cœlum hñre aĩam, niſi propter appetitũ exiſtẽ-
tẽ in eo, & motum localẽ. appetitus vero, q eſt in hoc
corpore, non eſt, niſi qa eſt corpus cœleſte viuum per
ſe, appetens p ſe, non propter potentiã exiſtẽtem in eo
diuiſibilem per eius diuiſionem, eſſet. n. generabile, &
corruptibile. & dicit eſſe motũ per principium ſepara-
tum, quod eſt in eo, non ꝑ principium, quod eſt pars in
eo. & hoc modo dicitur viuũ, et intelligens. Et, ſi eſſet
intelligens per partẽ in eo, non eſſet intelligens per ſe: et
eſſet ſimile hoi in hoc, quòd hõ eſt intelligens per par-
tem in ipſo, & ſiꝫ homo eſt viuens, & appetens, & mo
uẽs in loco. Et vlr, quia declaratũ eſt actionem iſtius
corporis eſſe æternã, declarabitur formã eius non ex-
iſtere per ſuum ſubiectum, & ſuũ ſubiectũ eẽ ſimplex,
non cõpoſitum ex materia & forma: qm̃, ſi ita eſſet, eſ-
ſet generabile, & corruptibile. Et quod dicũt incipiẽ-
tes philoſophari, quòd aĩę iſtoꝝ corporum cœleſtium
ſunt formæ in materijs, quæ ſcilicet acgrunt ęternitatẽ
ex formis imaterialibus, nihil eſt. conuenit. n. vt id, qđ
non habet naturã eſſendi æternum, acquirat æternita-
tẽ ab alio. & totum hoc eſt impoſſe. natura. n. gñabilis,
& corruptibilis non recipit æternitatem ab alio. et hoc
manifeſtum eſt ei, q conſyderat fundamẽta Ariſ. De-
claratum eſt igitur ex hoc ſermone, quæ ſit ſubſtantia
cœli, & ſubſtantia quiditatis formæ, & materiæ eius.
non tamen omnia, quę diximus, inuenimus ea declara
ta in libris, qui peruenerunt ad nos ex verbis Ariſto.
ſed aliqua eorum inuenimus in eis ab eo declarãta, &
aliqua ſequuntur ex dictis eius. Apparet tamẽ ex ver-
bis Ariſtote. ꝙ tam declarauit omnia iſta in libris, qui
non peruenerunt ad nos. Vocetur igitur iſte tractatus
Sermo de ſubſtantia orbis, dignior enim eſt hoc nomi-
ne, quàm libri. intituletur igitur hoc titulo. & hic fi-
nitus eſt ſermo.

2. Cœ. 15. & 74. com.

Caput Secundũ. De natura corporis cœleſtis, quo pacto ſit ſimplex, non compoſitum, non graue, neq; leue: ac de pluribus ipſius accidentibus.

Erſcrutandum eſt igitur de natura cor-
poris cœleſtis, & quid intelligunt, cùm
dicunt ipſum eſſe ſimplex, & non com-
poſitum, & ipſum eſſe neq; graue, neq;
leue. Dicamus igitur quomodo illud
corpus non componitur ex materia &
forma, ſicut generabilia & corruptibilia componũtur.
nulla enim potentia eſt in eo omnino: omne enim, in
quo eſt potentia, non eſt potentia, niſi ad duo contra-
dictoria, ſcilicet potentia, quæ eſt in ſubſtãtia. Et ma-
nifeſtum eſt etiam quòd forma, qua mouetur, non eſt
generis formarum quatuor elementorum: quoniam, ſi
eſſet aliquid generis illarum, eſſet graue, aut leue, et mo
ueretur ex ſe per accidens, vt declaratum eſt in Octa-
uo Phyſicorum. remanet igitur vt natura eius ſit na-
tura animæ. Sed, quando nos inſpeximus animalia,
quæ ſunt hic, inuenimus duo principia duorum mo-
tuum, quorum alterum eſt principium motus recti, ſci-
licet motus ad inferius aut ad ſupertus, & ſecũdum eſt
principium motus localis proceſſiui. & inuenimus mo
tum iſtum eſſe contrarium motui declinationis eſſen-
tialis, qui eſt in eo. Et ideo accidit ei feſtitudo, & cogi-
tur ad quietem. vnde neceſſe eſt vt principium motus
cœleſtis corporis ſit generis animæ tantum: & ꝙ mo-
tus, quem habet circulariter, ſit motus proprię animę,
ſecundum quòd eſt anima. Et, cùm ita ſit, ſequitur ꝙ
illa natura eſt, quæ facit ipſum eſſe corpus neque leue,
neq; graue, & moueri circulariter. Et animali, quod eſt
hic, contingit non moueri circulariter, niſi qa eius ani-
ma cõſtituitur per corpus, quod mouetur motu recto,
& ſic opponitur declinatio hic. Sed, quia anima, quæ
eſt in corpore cœleſti, non eſt innata mouere circulari-
ter ab eo, quod eſt innatum circulariter moueri, quia
non eſt anima in eo, vt in corpore grauis aut leuis, cùm
ipſum moueatur ex ſe ab anima, ideo animam habet
tantum, & non habet aliud principium. &, quia mo-
uetur circulariter, ſcimus ꝙ proprium illius animæ, ſe-
cundum ꝙ eſt anima, eſt mouere circulariter. Natura
igitur iſtius corporis non eſt, niſi natura animę mouen
tis in loco. Sed, quia natura corporis eſt alia a natura
animæ, quia eſt compoſitum ſine dubio ex moriente,
& moto, & neceſſe eſt mouens, & motum eſſe diuerſa,
neceſſe eſt conſyderare de natura illius corporis. Et,
quia declaratum eſt hoc corpus eſſe ingenerabile, &
incorruptibile, apparet quòd eſt neceſſe vt ſit corpus
ſimplex, non compoſitum ex materia, & forma. Et, qa
eſt individuum demonſtratum, & ens demonſtratum
in actu, & habens vnam figuram in actu, & omnia iſta
ſunt in corpore propter materiam, & ſunt in materia
propter formam, neceſſe eſt vt hoc corpus cœleſte ſit
materia animalium cœleſtium, quę mouentur circula-
riter ex ſe, & vt ſit perfectius modis cęteris materiæ. et
hoc, quia non eſt in eo de potentijs, niſi potẽtia in loco,
& de motu locali nobilior omnibus, ſcilicet circularis,
quemadmodum habet nobiliſſimã, & perfectiſſimam
figuram, ſ. ſphæricam. Et, quia declaratum eſt de tor
mis cœleſtibus ipſas non habere conſtitutionem p cor
pora cœleſtia: nam, ſi haberent, tunc mouerentur ex ſe
per accidens, & indigerent moto ex ſe primo eſſentia-
liter: declaratum eſt. n. in Octauo Phyſ. ꝙ mota ex ſe,
quæ ſunt hic vna eſſentia in ſpecie, reducuntur neceſſa-
rio ad motum eſſentialiter, & mouens, & ꝙ ſit com-
poſitum ex vno mouẽte, & vno moto primo, & quòd
illud mouens non ſit potentia in corpore omnino. vt
ꝙ formæ corporum cœleſtium, & maxime forma vl-
timi continentis ſit quodãmodo aĩa, ſ. propter appeti-
tum exiſtentem in eo, & propter mouere ſit quodam-
modo intellectus, & ſit forma ſimpliciter, per quã ani-
mal cœleſte componitur ex vno mouente, & vno mo-
to. Econtrario de animalibus, quæ ſunt hic. apparet. n.
ꝙ mouens componi ex duobus mouentibus, ex ani-
ma videlicet, & re delyberata extrinſecus mouẽte ani-
mã, [a] & ideo motum inueni in eis compoſitũ, non ſim
plex. Corpus aũt cœleſte eſt quaſi materia iſtius for-
mæ abſtractæ, quia eſt materia exiſtẽs in actu: & ideo
non aſſimilat materiæ, niſi in hoc tñ, quia eſt materia
fixa ad recipiendum formam. [b] & ideo dignius dicitur

Idẽ, vide 8. 2 14. & 2. Cœ li. 60. com. Quomõ diſſeratur cœleſtia corpora in motu.

Vide p hoc 3 de Aia. 60.

Vide 1. Cœ. text. 6. 12. & 2. 22. 1.

a Vide 1. de Aia. 40. & 1. de Sẽſu & Sẽſato. 3. Met. 16. 6. p. Qualiter ſpecies materialis recipitur in ſenſu ſine materia. Lib. 5. Met. 16. 11.

Extraord. Auer. Aaaa iij ſubiectũ,

subiectum, q̃ materia. materia, n. quæ est hic, dicit̃ materia, quia est in potentia forma in eo fixa, & dicit̃ subtectum, quia est fixa formę, & fit compositum ex materia & forma. [a] Et videtur ꝙ ad esse corporis cœlestis non sit necessaria eius forma, sicut est dispositio in corporibus animalium, quæ sunt hic. in animalibus enim, quæ sunt hic, animæ eorum videntur necessariæ pro esse corporum eorum, quia non saluarentur animalia, nisi per sensibilem animam, & imaginatiuam: corpus autem cœleste, cùm sit simplex, & non transmutabile ab aliquo extrinseco, non indiget in suo esse anima sensibili, aut imaginatiua, [b] sed tantum indiget anima mouente ipsum in loco semper, & virtute, quæ nõ sit corpus, nec in corpore ad largiendum ipsi permanentiam æternam, & motum æternũ, qui non habet principiũ, neq; finem. [c] Et debes scire ꝙ istud corpus cœleste nõ indiget virtute mouente semper in loco tantum, sed virtute largiente in se, & sua substantia permanentiam æternam. quoniam, etsi simplex sit, & non habet in se potentiam ad corruptionem, tamen est finitæ actionis necessario, quia est finitarum dimensionum, & terminatarum superficie continente ipsum. & oẽ tale, cũ intellectus, posuerit ipsum existẽs per se, absq; eo ꝙ aliud largiatur ipsi permanentiam, & æternitatem, [d] necesse est vt ita sit de finitate suæ permanentiæ, sicut est de finitate suæ actionis: & ideo necesse est in intellectu esse potentiam largientem ipsi permanentiam æternam, quemadmodum largitur ipsi motum proprium æternum. Et non tm̃ hoc, sed necesse est hic esse virtutem, quæ largitur ei motum proprũ, siue actionem, quę est æternitas inter cæteros motus, s. motũ localem in circuitu, & figuram propriam illi motui, s. sphæricam, & mensuram propriam vnicuiq; illorum corporum, & conuenientiam inter ea ad inuicem in ordine, & quantitate, ita ꝙ ex omnibus perficitur vnus actus, s. totus mundus. Nulla n. dña est inter indigentiam virtutis actiuæ in corpore, & in oi corpore, aut in vno corpore cõposito ex corporibus simplicibus huiusmodi, & indifferenter siue illud corpus fuerit gñatum, siue nõ generatum. vnde videmus cœlum hre vnam virtutem, non tm̃ mouentem omnia, sed agentem, & conseruantem, sicut est dispositio in corpore hominis, & in corpore facto propter finem proprũ. Finis. n. significat agens significationem necessaria, sicut motum significat mouens. Sed in genere agẽtium quoddam est prius tẽpore acto, & oẽ, qđ fit in sphæra istius mundi, est istius agentis, & istius acti, quoddam est prius natura, sicut est dispositio temporis cum orbe, & agentis cum orbe, s. actionis ipsum in dispositionibus necessarijs in inueniendo finem, ob quem fuit. Et cùm ignorauerunt hoc quidam esse de opinione Aristot. dixerunt ipsum non dicere causam agẽtem vniuersum, sed causam mouentem tm̃, & illud fuit valde absurdum. Et non est dubium in hoc, quod agens ipsum est mouens ipsum. quod. n. mouet ipsum motu illi proprio, est illud, quod largitur illi primo dispositiones, per quas acquirit motũ proprium. Et hæc est virtus illa, quam laudauit Arist. in multis locis sui Libri de Cœlo, & indicat ipsam esse cœlo nobiliorem, & altiorem. Et tã induxit nos amor explanãdi hoc tacere digressionem à principali, s. à declaratione corporis cœlestis, quod est de cœlo, tanq; corpus de animali. Redeamus igitur ad id, in quo fuimus, & dicimus ꝙ corpus cœleste cõicat cum corporibus generabilibus, & corruptibilibus in hoc, quod est ex tribus dimensionibus, & est substantia recipiẽs dimensiones, et ꝙ vtraq; substantia non est sine dimẽsionibus. Sed inuenimus substantiã deferentem dimensiones, & dimensiones in corpore generabilt, & corruptibilt, vel corporibus generabilibus, & corruptibilibus eadem numero in potentia, non eadem in actũ, & ꝙ dimensiones oẽs cões oibus corporibus generabilibus sunt eodem modo in potentia: qa inuenimus idem corpus transferri de forma in formã, & ex dimensionibus in dimensiones alias in actu, v. g. ꝙ corpus, quod est aer, transfertur in corpus, quod est ignis. Si igit̃ hoc corpus, quod est cõe formæ aeris, & ignis, esset idem numero in actu, tunc forma esset accidens. &, si essent duo in actu, & transmutaret vnum in alterũ, necesse esset corporeitatẽ destrui de corpore corrupto ad nõ corpus, & corporeitatem gñatam generari ex non corpore: quod est impoſe. vnde necesse est eas habere naturã corporalem sibi cõem. Quærendum est igit̃ vtrum illa sit vna, aut plures. & si vna, vtrum vna potentia, aut actu: & si plures, sit̃. cogimur igit̃ ponere vnã in potentia, & plures in potentia. Declarabitur igit̃ ſm hoc, ꝙ corpora, quæ sunt hic, generabilia & corruptibilia, ipsa cõponant ex substantia, quæ est in potentia, & dimensionibus existentibus in ea, quę sunt in potẽtia, & ẽt ꝙ illud corpus est vnũ potẽtia, & multa potentia, et ꝙ, cùm exit in actũ, erit materia in actu. Vñ dicit Arist. materia nõ habet eẽ in actu, nisi ſm ꝙ vr̃, quemadmodũ forma nõ habet esse in actu, nisi ſm quod intelligit̃. Corpus vero cœleste, cùm non transmuteť ſm subiectũ, necesse est cõponi ex substãtia in actu, & dimẽsionibus in actu: & ideo est ingñabile, & incorruptibile. Et, cũ ita sit, corpus cœleste est materia recipiẽs formã cœli hoc modo, q declaratus est de hac materia, s. de eius cõuenientia cũ materia gñabili, & corruptibili in aliquo, & diuersitate eius ab ea in aliquo. Nam in vtroq; etiam est materia, ſm ꝙ vr̃, & sit̃ etiam ſm ꝙ inuenitur in eis potentia ad motum in loco, & si in corpore cœlesti non sit potentia ad trãsmutationem. Et substantię existentes in substantijs existentibus in corpore cœlesti non sunt potentia ad trãsmutationem, vt substantiæ existentes in substantijs existentibus i corpore generabili, & corruptibili. & sit̃ est in corpore cœlesti. declaratum est. n. de eis eas esse conuenientes cũ formis generabilibus, & corruptibilibus in aliquo, & in aliquo differentes ab eis. Et ex hoc mõ id, quod congregat hic ex aia, & corpore, dr̃ aial, cum hoc, ꝙ illud, quod congregat illic ex corpore, & aia, dicitur nõ æquiuoce aial, sed ſm prius & posterius: & ideo necesse est in talibus naturis vt prius sit causa posterioris, vt dictum est de hac natura alibi, v.g. illa, quæ dicuñ calida, sed diuersantur ſm magis, & minus. Qm̃ igitur cœlum componitur ex materia & forma, sicut est dispositio in animalibus, quæ sunt hic, declaratum est. Amplius in quo conuenit forma istorum cum formis illorum, & in quo differunt, & in quo differt vltimus motor istorum ab vltimo motore illorũ. Remanet igitur declarare in quo differunt hæc duo genera, quo ad accidentia, & in quo conueniunt. Differunt in natura passiua, quæ dr̃ alteratio, & conueniunt ſm accidẽtia, ſm quæ non transmutat̃ substãtia. hæc. n. alteratio, ſm quã transmutat̃ substantia alterati, vr̃ esse propria corporibus, quoꝝ substantiæ admiscent̃ potentiæ, & sunt corpora generabilia, & corruptibilia. Accidẽtia vero, quæ non transmutant substantiã deferentis, sunt cõia vtriq; corpori. Et primum istoꝝ est motus localis, & diaphaneitates, & qualitates, quas sequũtur ista, s. raritas, & densitas. vr̃. n. ꝙ raritas, & densitas causę sint ferè diaphaneitatis, & nõ diaphaneitatis. Sed tñ dicuntur vtręq; in vtroq; corpore ſm prius, & posterius, sicut dicitur corporeitas. Et similiter conueniunt in illuminatione, & obscuritate. sed hæc magis videntur dici æquiuoce, quàm secundum prius, & posterius. Lux enim videtur fieri in hoc corpore igneo diaphano simplicet, quod est in concauo orbis Lunæ, quando agit in corpore

[a] Idem. 1. de Ala. c. 9 60. 61. Id. 2. de Ait 15. &. 62. Id. 2. Coeli 17. &. 61. &. 12. Met. 36.

[b] Cœlum indiget tm̃ ab ala mouente in loco semp, & virtute, quæ non sit corp⁹, ad largiendum sibi pmanentiam æternam, & motum æternum. Vide opp. 2. Cœ. 6. Vide contra Zim.

[c] Vide consule 2 Phys. 74. 8. Phys. 15. 1. de Ala. 5 &. 36. &. 2. de Gene. ala. cap. 4. d Hic videt repugnãr superi⁹ dicto, ꝙ cœlum est simplex, & nõ habet potentiã ad corruptionem.

Finis significat agẽs significationem necessaria.

Vide cõsille 1. de cõm. c. 8. 106. Vid 2 Meta. 41. cõm.

Primo Cœli 20. &. 2. Cœli 17. &. 62. 66.

In quibus accidentib⁹ cõuenit, differuntur corpora cœlestia, & quæ hic.

corpore denso, & admiscetur cum eo. at causa illuminationis partium corporis cœlestis, scilicet stellarum videtur esse densitas illius partis diaphanę in actu ex orbe. & hoc apparet in stellis, quæ eclipsant se ad inuicem, & hoc bene apparet in Luna. Et, cùm ita sit, stellarum, & cœli substantia est eadem natura, secundum quòd omnes Antiqui dicunt, & vt narrauit Aristoteles in libro Cœli: & corpus cœleste secundum hoc est diaphanum per se in actu, econtrario corporibus diaphanis, quæ sunt hic, quæ sunt diaphana in actu apud præsentiam lucis. Et partes diuersantur in hoc in diaphaneitate, & non diaphaneitate, ita quòd in eis sit aliquid simile colori, sicut in galatia. Et Luna videtur eẽ densa, & obscura, & recipiens lumen ab alio, scilicet à Sole. & in libro de Animalibus dixit Arist. quod natura eius est vnigenea natura terræ plusquam cæterarum stellarum. Et forte corpora cœlestia diuersantur in raritate, & densitate, quæ sunt causę illuminationis, & obscuritatis, licet hæc non inueniantur nisi in Luna tantum. Secundum igitur hoc est intelligenda, vt mihi videtur, dispositio, & illuminatio corporum cœlestiũ. Et de accidentibus conuenientibus corpori cœlesti, & generabilibus, & corruptibilibus est calefacere. Et Arist. dicit ꝙ corpora cœlestia non calefaciunt, secundum quòd sunt calida, sed secundum velocitatem motus, & ratiocinatur in hoc ex hoc, quòd accidit in fagitta directa, & resoluit plumbum, quod est in ea. & dicit in Metaphysica quòd non sequitur vt fiat accidens ex sibi simili, neq; in genere, neq; in specie, sicut sequitur in qualitatibus, quæ sunt substantiæ. Et expositores dant secũdam causam, scilicet illuminationem. dicunt enim ꝙ lux, in eo ꝙ lux, videtur calefacere, quãdo reflectitur, & dicunt ꝙ non est de accidentibus propriis igni, sed de accidentibus communibus igni, & cœlesti corpori. Et forte dicendum est ad hoc, ꝙ non est remotum vt calor dicatur in eis æquiuoce per hoc lignũ, scilicet quia actio eorum diuersatur. calor enim ignis corrumpit, & destruit entia, & maxime ignis illuminãtis, calor vero corporum cœlestium largitur vitam vegetabilem, sensibilem, & animalem. Et secundum hoc calor erit duobus modis, calor, qui est de qualitatibus passiuis, quæ transmutant substantiam, in qua sunt, & calor, qui non est de qualitatibus passiuis. sicut est dispositio in diaphaneitate, & non diaphaneitate, scilicet quòd quædam sequitur qualitatem passiuam, & quædam non. Consyderantes autem actionem stellarum in antiquo tempore vere dicunt quòd quædã largiuntur caliditatem & siccitatem, quædam caliditatem & humiditatem, quædam frigiditatẽ & siccitatem, quædam etiam frigiditatem & humiditatẽ. & sic quatuor qualitates communes corporibus cœlestibus, & quatuor elementis dicuntur æquiuoce, aut secundũ prius, & posterius. Et forte corpora cœlestia largiuntur calorem, licet non sint calida in se: non enim sequitur vt omne faciens aliquod accidens dispona̅t per illud. verbi gratia, quoniam non omne, quod mouet debet moueri, neq; omne, quod nigrificat, debet esse nigrum. Et hoc apparet etiam ex hoc, quòd si alteratum esset ex alterato, & calidum ex calido, tunc procederetur in infinitum, & non inueniretur primum alterans, sicut sequitur in motu. necesse est igitur peruenire ad alterans non alteratum, sicut ad mouens non motum. Sed differunt, quia mouens in loco nõ peruenit ad aliquod mouens se secundum totũ, sed ad mouens aliud: in alterationibus autẽ peruenire potest ad alterans per aliquam dispositionem, quæ non habet causam, & ista sunt corpora cœlestia. Sed illa dispositio, q̃ est in eis, forte est de genere eius, quod agit in aliud, & forte nõ: verbi gratia quia calefactio, quam agit in inferioribus,

Calor cœlestis, & elemẽtaris æquiuoce dicuntur.

Methaũ de re. Lib. 2. detrahit. nobis est ab alio, vide p hoc Plu. de Placit⁹ philosoph. c. 25.

est à natura neq; calida, neq; frigida, sicut motus eius est à natura neq; grauis, neq; leuis. & hoc est magis, qđ apparet, cùm hæ qualitates sint inuicem actiuæ, & passiuæ, necesse est peruenire ad qualitates actiuas, quæ non sunt passiuæ. Et apparentius est, & dignius, vt istæ, quæ sunt hic, non reducantur ad qualitates, quæ sunt sui generis: & si ponantur, debent dici secundum prius, & posterius: sequeretur enim vt de genere qualitatum passiuarum esset aliqua non passiua. quod est remotum. apparet igitur ex hoc quòd ignis non sit primum calefaciens, qa est passiuus, sed necesse est vt primum calefaciens calefaciat per qualitatem non passiuam, sicut primum mouens mouet per dispositionem nõ mobilem. Hoc est igitur, quod currit in hac quæstione cursu demonstrationum scriptarum in istis rebus secundum fundamenta, quæ adepti sumus a perficiente hos sermones, qui fuit Aristoteles Nichomachi filius. &, quia iam peruenimus ad loquendum secundũ mensuram, ad quam peruenit nostra scientia. Naturalis in rebus diuinis remotis ab isto loco nostro, compleamus hunc sermonem, & gaudeamus de scientia, quæ accidit nobis de istis rebus optimis magis, quàm gauderemus de scientia de rebus nobis propinquis, & quæ in nobis inueniuntur, quamuis enim scientia nostra de eis prior sit scientia de illis, modicum tamen de re nobili, & desyderata nobis est nobilius multo alio. & scientia eius est magna. fortasse attamen id modicum, quod est ibi, est eligibilius multo, quod est hic. Deus igitur perducat nos ad felicitatem humanam, & vltimam perfectionem, quæ in nobis naturaliter inuenitur: de qua si perfrutabitur homo, videtur nobilius omnibus: & Deus non ponat nos in eis, quorum impedimenta sunt res, quæ in nobis sunt extrinsece, & intrinsece.

Caput Tertium. Formam cœli uirtutem esse non in corpore: ipsumq; simplex esse, non compositum: causq; uirtutem, in actione finitam, infinito, æternoq; tempore mouere.

Via declaratum est corpora cœlestia cõponi ex mouẽte, & moto, & motor in eis nõ est corpus, sicut est dispositio in cęteris motis ex se: & hoc in vltimo Octaui Phy. in quo ẽt declaratum est ꝙ motus, quo mouet hoc corpus, est æternus, ingñabilis, & incorruptibilis, & quia hoc est, declaratũ fuit illic ꝙ istud mouens nõ est virtus in corpore, sicut est alijs, s. ꝙ mouentia ipsa sunt virtutes in corpore. Et hoc fuit declaratum ponendo duas propositiones, quarum Vna est ꝙ ois virtus in materia est finitæ motionis: Altera aũt est ꝙ virtus, quæ est maxima in corpore cœlesti, est infinitę motionis: ex quibus concluditur ꝙ virtus, quæ est in corpore cœlesti, non est in materia. Proposito autem dicens ꝙ virtus, quę est in corpore cœlesti, est infinitæ motionis, declaratur in Octauo Phy. per æternitatem motus, & temporis. Dicens vero ꝙ omnis virtus, quæ in materia, est finita, est manifesta per hoc, ꝙ omnis virtus in corpore, s. virtus corporalis materialis videtur diuidi per diuisionem corporis secundum paucitatẽ, & multitudinem. Si igitur omne corpus est finitum, vt declaratum est Tertio Phy. impossibile est virtutem infinitam eẽ in corpore finito. & hoc manifestum est per inductionem. Et Aristote. laborauit in Octauo ad declarandum hoc ex fundamentis declaratis ab ipso, scilicet quòd omnis motus est in tẽpore, ex quo intulit quòd, si virtus infinita esset in corpore finito, contingeret istud moueri per illam in non tempore. corpora enim

Alterat. vlq; in hãc.

4 Phy. 129. 6 Phy. 29. 10. 36.

non

non excedunt se in velocitate, & tarditate, nisi in excessu eorum in virtutibus motiuis materialibus, & excessus virtutū sequitur excessum corporum, scilicet ꝙ corpus, cuius virtus est maior est velocioris motus. ex quo sequitur ꝙ si aliquod corpus habuerit virtutē infinitam, vt moueatur in non tēpore. sed declaratum est omnem motum esse in tēpore. nam in omni motu est
Quæstio. prius, & posterius, quæ sunt in tēpore. Et, cùm ita sit, et est declaratum ꝙ corpus cœli cōponitur ex motore, & moto, & ꝙ iste motor non cōstituitur per rem motam, neq; existit in ea, sed est absolutus ab omni materia, quærendum est de hoc, quod mouet ab eo, s. de corpore cœlesti, vtrum sit cōpositū ex materia, & forma, sicut dispositio corporis, quæ mouentur apud nos ex se à primo motore, qui est in eis, s. corporum animalium, quæ mouent ab anima, an sit simplex, & non est in eo potentia oīno, nec forma, a qua proueniat actio præter formā mouentem, quæ non constituit per ipsum, s. formam, quæ largitur et motum continuum, s. mouere
Solutio. infinitum. Dicamus ergo, ꝙ si fuerit concessum ꝙ ois virtus in materia est finita, nulla differentia est in hoc, ꝙ sit actiua, aut passiua, s. receptiua. si igit corpus cœleste recipit mouere infinitum, vt declaratum est, necesse est vt nō sit compositum ex materia, & forma, & vt sit simplex, s. subiectum simplex primo motori, qui est forma ipsius: omne enim cōpositum ex materia, & forma est finitę receptionis, sicut finitę motionis in aliud. est igitur proprium isti moto ex se, quod est corpus cœleste, hoc videlicet ꝙ motor ipsius non est in materia, & ꝙ istud, quod mouetur ab eo, est simplex non compositum, & sic intendimus verificare propositionem, in qua posuimus quòd cuiuslibet virtutis in corpore suum mouere est finitum, & suum moueri etiam est finitum. Et, si cōcesserimus ꝙ in corpore cœlesti est virtus finita alia à virtute motiua, quæ non est in eo, nec cōstituitur per ipsum, v.g. virtus, per quam cœlum dicitur habere motum circularem, sicut grauia, & leuia per formam declinationis motum rectum, qua videlicet dicatur esse neq; graue, neq; leue, tta ꝙ ista virtus sit in materia, & quod aggregatū ex materia, & ipsa sit
Aver. 12. vsq; in fin. corpus cœleste, sicut dicit Auic. sequitur necessario vt in æterno sit posse ad corruptionem, absq; eo ꝙ corrumpatur. quod destruitur in vltimo tractatu Primi de Cœlo. Esse igitur necessarium non est nisi duobus modis, necessarium s. ex se, & necessarium ab alio: qđ tamē est possibile ex se. sic potest aliquis existimare in corpore cœlesti, ꝙ ipsum scilicet habeat virtutem finitam, & a. quirat necessitatem à virtute infinitæ. & sup hoc fundauit Auicē. suam declarationem de esse primi principij sine declaratione eius, ꝙ est motum ęternum esse, & est declaratio fundata super propositiones insta
Dubitatio. biles, sicut tu vides. Sed est quęstio de hoc, quia Aristoteles dicit in de Cœlo ꝙ virtutes corporum cœlestium sunt finitæ actionis, quia corpora cœlestia sunt finitæ quantitatis, & ex hac propositione declarauit quòd corpora cœlestia sunt finitæ quantitatis, & dedit causam in hoc, quia corporum cœlestium quædā mouent vnam stellam, & quędam plures, & dixit quòd si stellę, quæ sunt in orbe stellarum fixarum, essent minores, aut maiores, non possent mouere eas oino, & declarauit ibi vniuersaliter ꝙ, si virtutes, quę sunt in corporibus cœlestibus essent in calefaciendo, & mouendo vniuersaliter infinitæ, mouerent corpora, quæ sunt apud nos in instanti. & hoc facit existimare ꝙ in corporibus cœlestibus sunt virtutes actiuæ finitæ. Ad
Solutio. vide. 1. cœ 19 & 21 &. 12. Met 41 hoc dicamus breuiter, quòd infinitum dicitur duobus modis, quorū vnus est virtus infinitæ actionis, & passionis in tempore, & est finita in se, scilicet in velocitate, & vigore, secundus est virtus infinitæ actionis, & passionis in se. virtus autem infinita in actione sua, aut passione non existit in corpore, siue fuerit cœleste, siue generabile, & corruptibile. hæc enim nō accidit corpori, nisi ꝓm ꝙ est corpus infinitū, & ideo orbes mouent, & mouentur in tempore, virtutes vero in actione, & passione infinitas in tempore necessariū est esse in corporibus cœlestibus: passione quidem, quia sunt simpliciter simplicia: actione vero, quia suæ formæ non constituuntur per subiectum. & vtrunq; est impossibile in corporibus generabilibus, & corruptibilibus, qa sunt composita ex materia, & forma. Infinitum igitur in vigore, cuius causa est corpus, ꝓm ꝙ corpus, impossibile est in corporibus siue cœlestibus, siue alijs: infinitum vero in tempore necesse est esse in corporibus cœlestibus ex diuersitate motoris, & moti in eis à corporibus generabilibus, & corruptibilibus: & est impossibile in corporibus generabilibus, & corruptibilibus, quia virtutes eorum motiuæ sunt materiales, & corpa sua, quæ mouentur ab eis, sunt cōposita ex materia, & forma. Corpora igitur cœlestia, & generabilia & corruptibilia cōueniunt in hoc, ꝙ actio, et passio in eis existentes sunt finitæ in se, & per hoc mouentur in tempore, & quędam sunt velociora quibusdā. &, cùm virtutes eorum motiuæ non sunt materiales, ideo recipiunt ex modo illo receptione infinita in tempore, non receptione finita, quia vero virtutes generabilium, & corruptibilium sunt materiales, ideo nullā infinitatem recipiunt. Et non sequitur ex hoc, ꝙ in corpore cœlesti est virtus finita in actione, & passione, vt in eo sit virtus finita in tempore, neq; sequitur ex hoc, ꝙ sit virtus finitæ actionis, & passionis, vt sit corpus possibile vt corrumpatur, aut vt sit cōpositum ex materia, & forma. Possibile enim non debet esse nisi ex hoc, quod virtus finita in tempore sit, & quod ipsa sit cōposita. Et est manifestum ꝙ, si voluerimus corpus cœleste cōponi ex materia, & forma, sequitur in ipso esse virtutem finitæ actionis, & passionis in tempore, Manifestum est enim ꝙ, si in corpore cōposito ex materia, & forma esset virtus infinita in tēpore, sequeretur in ipso esse virtutem infinitam in ipsa actione, aut passione, & est impossibile ꝙ Arist. intulit ex posse virtutum, qui bus mouentur corpora cœlestia in tēpore. Et est manifestum ꝙ non sequitur etiam ex hoc, ꝙ corpus recipit passionem finitam in se infinitam in tempore, vt sit cōpositum ex materia, & forma, ficut sequeretur cùm actio, & passio eius fuerit finita in tempore. primum enim contingit ei, ꝓm quod est corpus tantum: secundum autem, ꝓm ꝙ est corpus non compositum. Modus deceptionis in hac quæstione, & quòd fecit putari Arist. contradicere sibi, est æquiuocatio istorum duorum nominum, finitum, & infinitum. quoniam, cùm non distinguitur finitas, & infinitas contingentes in tēpore à finitate, & infinitate cōtingentibus in actione, & passione, contingit ista ambiguitas, & ex hac finitate, in qua conueniunt corpora cœlestia, & materialia, declarauit Arist. vniuersaliter corpus oē esse finitum, nō ex finitate, quæ accidit corpori, ꝓm ꝙ componitur ex materia, & forma. & per hæc absciduntur dubitationes contra Arist. [a] Et potest aliquis dicere ꝙ, cùm omne corpus agit per aliquod, & patitur per aliud, necesse est vt oē corpus sit cōpositum ex materia, & forma. [b] Et ad hoc dicamus esse verū. sed corporū quoddam est cōpositum, tta ꝙ forma non cōstituit per materiā, tta ꝙ materia est subiectū tm̄, & non materia, cuius esse sit in potētia, [c] vt corpus cœleste: & quoddam est cōpositū ex materia, quæ est in potentia, & forma, q̄ constituitur per materiā, vt corpora gñabilia, & corruptibilia. [d] Et ex hoc vī ꝙ corpus dicit de eis æquiuoce: quia æternum, & non æternum non cōicant in aliquo

a Dubitatio. b Solutio. c Corp⁹ cœleste ē subm tm̄, nō materia. Id. supra cap. 2. &. 8. Met. cō. 12. &. 1. de cœ. 92. Sed vide de oppositū 9. Met 17. d Corpus dr̄ equiuoce de æternis, & inferioribus

aliquo omnino. Apparet etiam ex hoc corpus cœleste non habere subiectum, nisi tm̄ propter motū localem, corpora aūt generabilia, & corruptibilia habent materiam propter generationē, & corruptionem, datur aūt eis forma propter actionem, sed differēter, quia in altero est tēpore infinita, in altero vero finita: propterea illę sunt immateriales, istę vero formæ materiales. secundum hoc igitur debet intelligi ista quæstio, quā ignora
* 2. Lłongē. uit diu ante * logicam perscrutationem.

Caput Quartum. Quo pacto necessaria sit motus cœli continuatio cum his inferioribus.



Vm declaratum est ab Aristo. ꝙ motus cœli est primus motus, & fuit etiā dictum ꝙ motus est in moto, sequitur ex hoc vt hoc, quod mouetur hoc motu, sit æternum. si enim esset generabile, & corruptibile, sic motus eius non esset primus motus. &, cùm consyderauit res possibiles in motu, & quiete, fuit necesse etiam, propter hoc, quòd motus eius est motus primus ante omnem motum, vt eius motus sit æternus. Et, cū declarauit ista, scilicet corpus esse æternum, & morum etiam, perscrutabatur primo de motu cœli, & inuenit istum a virtute neq; grauj neq; leui. cùm enim omnis virtus, aut leuis, aut grauis existat in corpore generabili, & corruptibili, aut natura generabili, & corruptibili, aut anima existente in materia, necesse fuit vt hæc virtus, quæ neq; est leuis, neq; grauis, sit in corpore simplici, nō habens subiectum, nec contrarium, & vt sit anima necessario, non admixta materiæ, sed animā corporis æterni, tta vt ista anima non sit abstracta à corpore, & cum hoc separata ab ipso, inquantum istud corpus non indiget ipsa, quia est ꝓmanens per se, sicut est dispositio in animalibus, quæ sunt cum virtutibus naturalibus, & vt illa anima sit in eo: nam omne motum ex se mouēs per
Vide. 12. Met. 16. &. 44. virtutem existentem in eo. Et, cùm consyderauit in istis virtutibus, declarauit fuit ipsi ipsam esse virtutē appetitiuā de virtutibus animæ tantum. Et, cùm consyderauit de istis virtutibus appetitiuis cœlestibus, inuenit eas moueri ad appetibile nobilius ipsis. Et, cùm consyderauit in virtutibus appetitiuis cœlestibus, in-
12. Met. 41. uenit eas esse finitarum potētiarum. Et, cùm consyderauit in cōtinuatione motus earum, fuit declaratum ꝙ causa continuationis motus earum non est ista virtus, qua mouetur, sed illud, qđ largitur et continuationem, est aliquid appetibile. Et, quia continuatio non prouenit nisi a motore non moto, sequitur ꝙ istud mouens neq; est corpus, neq; potentia in corpore, & ꝙ est intel
Tex. c. 114. & inde. ligentia abstracta: quod etiam declaratum est in libro de Anima, scilicet ꝙ omne quod est tale, est intelligētia abstracta, & ꝙ istud corpus cœleste intelligit hanc intelligentiam: intelligentia enim transmutat ipsum secundum hoc desyderium. Et, cùm consyderauit etiam de causa æternitatis cœli, declarauit in vltimo Primi de Cœlo & mundo, in eo non existere potentiā omnino, & declarauit etiā de virtute, qua mouetur cœlum localiter, scilicet anima appetitiua, ipsam non habere materiam, nisi materiā, quæ est in potentia in loco tan
Tex. c. 71. tum. cùm igitur scirit has tres causas, compleuit scientiam de cœlo. Et est declaratum ex hoc toto, quod dixit in Secundo Cœli & mundi, scilicet ꝙ, si in cœlo essent plures stellæ, aut maiores, cessarēt motus eius, aut essent minores, & sic cessaret continuatio motus: motus enim est necessarius, quo ad continuationē. & fuit declaratū ex his omnibus ꝙ dator continuationis motus est dator motus cœli. quia, nisi ipse esset, destrueretur motus, &, si motus, etiam cœlum: cœlum enim est propter motum suum. & si motus cœli destrueret, motus entium inferiorum destrueretur, & sic mundus. ex quo verificatur ꝙ dator continuationis motus est dator esse omnibus alijs entibus. Demonstratio autem, qua vsus est in vltimo 8. Phy. probans, s. ꝙ virtus infinita nō existit in corpore finito, siue fuerit materialis, siue non, plures induxit ad errorem, & multotiens locuti fuimus de dissolutione quęstionis contingentis in ea, & similiter loquti fuimus de hoc, quod contingit ex
10 hoc, ꝙ videlicet primū motum ex se, & ex alio est motum per accidens per naturā motoris sui, & hoc intendebamus declarare. et est manifestum, ꝙ qui destruxit scientiam causarum illorum trium quęstiōꝝ, non complebitur in eo scientia cœli.

Caput Quintum. De cœli simplicitate, ac spū alitate.



Erscrutādum est de hoc, quod dicunt, ꝙ corpus cœleste est simplex, & spirituale. intendunt enim in ipso esse dimē siones non in materia: & ideo non recipit alterationem in qualitatibus, nec in substantia. & est sicut dixit Themistius, ꝙ Sol, & Luna, & alię stellę aut sunt formę, idest dimensiones non in materia, idest corpora spiritualia, aut habent materiā æquiuoce cum istis materijs. Nullus autem dubitat in hoc ꝙ sunt corpora, quæ mouentur, & etiam nullus dubitat ꝙ corpora non recipiunt alterationem, & transmutationem in substantia, nisi quia sunt in materia, & ideo inueniuntur in eis plusquam vnum numero, & sunt species, & genera. corpora igitur cœlestia sunt absoluta à materia. Sed tamē fuit dubitatum de eis, vtrum habeant materiam, propter potentiam, quæ est in eis ad vbi: omnis enim potētia existit in materia. sed forte videt ꝙ ista materia habet esse medium inter materiam, quæ est omnino in potentia, & inter actum purum, scilicet tres dimensiones, in quibus non est potentia omnino, & sic potentia habebit. gradus, & materia gradus, & per hanc potētiam indigent corpora cœlestia motore, in quo non est potentia
40 omnino. Ioannes autem dedit quæstionem, de qua plures consyderantes non potuerunt euadere. dixit. n. si mundus est finitus, debet habere potētiam finitam, igitur est generabilis, & corruptibilis. Et ad hoc dicendum est ꝙ generatio, & corruptio, et omnis motus est a virtute, quæ est habitus: & omne, quod caret causis motus, necesse est habere quietem, quæ est eius privatio. Et non est impossibile existere in corpore finito, quod caret motu, quietem infinitam, licet corpus sit finitum: quies enim est priuatio, & priuatio non est
50 potentia. vnde dicit Arist. quòd, cùm stellæ carent causis motus, quas habent corpora cœlestia, de necessitate habent quietem infinitam, quæ est priuatio motus. Et similiter dicit quòd terra debet habere quietem infinitam, quæ est priuatio motus, quia caret agente motum in ea infinitū. & ideo dicit quòd quies, quæ est in ea, contingit necessario vt sit fortior virtute cœli, qua mouetur: quia motus super ipsam sit etiam motus impossibilis in eo, quod est quiescens, cū caret causis motus. & hoc manifestum est per se. In Cœlo igitur est
60 priuatio infinita, licet sit finitum, cùm quies sit priuatio, non virtus, sicut existimauerūt qui dixerunt quòd quies est in eo per virtutem, immo necessario est per priuationem virtutis, & ideo videmus loquētes in hac quæstione quærere, vtrū maneat per se, aut per dispositionem additam illi, & est permanentium per se: quia permanentia est priuatio motus, & priuatio non accidit ei, nisi quia caret agente motum. & scias quòd hæc quæstio est valde bona. & sic consumatus est libellus de substantia orbis.

Hæc

oppositum. 12. Met. 41 vide com. Zima.

78. &. 79.

Hic vt velle corpora cœlestia esse diuersimodo specierū. Id. De substruc. destruc. disp. 1. Sed vide oppo. 2. cœ 49. et 69. 1. m. vide cō. Zim.

Materia cœli habet esse medium inter materiā, quę est oino in potentia, & actum purū

Dubitatio Ioannis. 12. Met. 41. Solutio.

Hæc duo sequentia capita, ab Abramo de Balmes la tinitate donata, q̃q̃ ab hoc tractatu separata esse videantur, cùm iam ei finis sit impositus: quia tamen in eadē uersantur re, in qua & priora: ideo ipsa Sextum, & Septimum tractatus huius capita constituimus.

Caput Sextum. Corpora cœlestia non componi ex materia, & forma.

VIri philosophantes dubitauerunt de re motoris primi, qñ dixerunt ꝙ non sit necessartum ꝙ sit hic motor, qui non sit in corpore oino: & istud, quia ipsi dixerunt, quod in cœlis sunt duæ virtutes, quarũ vna est ꝙ sunt æterni, & altera ꝙ sint cõpositi ex materia, & forma, ex quo hęc est dispositio cuiuslibet corporis: sicꝫ concluditur ex hoc in figura tertia ꝙ aliqua corpora æterna sint cõposita ex materia & forma, & illa sunt corpora cœlestia. Hoc aũt est, quia ipsi putauerunt ꝙ omne generabile, & corruptibile cõpositum sit ex materia & forma, & istud non cõuertat. Et veritas est ꝙ ista, ꝓpositio conuertitur: & hoc, quia dictum dicentis omne corpus generabile, & corruptibile est cõpositum ex materia, & forma, est definitio generabilis, & corruptibilis, definitiones autem cõuertuntur cum definitis suis. Etiam omne cõpositum ex materia, & forma est alterabile: & oẽ alterabile est generabile & corruptibile. &, cùm hoc ita fuerit, omne compositum ex materia, & forma est non ęternum: sicꝫ cõcludetur cœlos non esse compositos ex materia, & forma. Ari. aũt declarauit hanc rem, quia ex quo nõ est in cœlis trãsmutatio ꝼm substãtiam, nec alteratio, ex quo non est eis subiectum, neꝫ cõtrarium, manifestũ est de dispositione eorum ꝙ ipsi sunt simplices: simplex aũt est æternum necessario: & ꝙ inuentatur ex eis de dispositione materię ꝙ in eis sit potentia ad vbi tm̃, & ꝙ propterea ipsi digniores sint nois subiecti, q̃ nominis materiæ. Et ex eo declaratũ fuerat ei ꝙ res simplex non mutat substãtiam suam, sequitur ꝙ cœlis sit motor appositus, & hic motor non habeat cõsistentiam in cœlo. quia, si hoc esset ita, cœli non essent simplices, & esset in eis potẽtia ad receptionem formę mouentis eos. si aũt esset in eis potentia, sequeretur ꝙ corrumperentur. & ratiocinatus est super hoc, quia, si inesset eis potentia, esset sua positio, quia iam exiuissent in actum, hoc est iam fuissent corrupti. quod est falsum possibile: hæc. n. est dispositio potẽtię, & possibilitatis. igit ex positione istius sequitur absonum impossibile, videlicet ꝙ æternũ sit corruptibile. Iam autẽ declaratum est in Libro Priorum ꝙ ex falso possibili non sequitur impossibile. qñ aũt verificatum est ꝙ in cœlis nõ sit potentia, sequit ꝙ sint simplices, et ꝙ motor eoꝝ nõ sit forma in eis, ꝼm ꝙ inueniuntur formæ in materijs, quia essent generabiles & corruptibles: id autẽ, quod est talis denominationis, est simplex necessario. Quando aũt Arist. inuenit motum circularem motũ in infinitum, incœpit perscrutari de motore istius motus infiniti, vtrum sit possibilis, ꝙ si posset eẽ virtus in corpore, illud corpus esset simplex, vel esset substãtia separata ab omni corpore: & vidit ꝙ notum sit ꝙ ista actio infinita non possit esse ex virtute finita: & quod impossibile sit necessario vt quicꝫ sit ex virtute infinita, & denominetur ꝼm hãc denominationẽ, quia est in subiecto: quia virtus, quæ est forma in corpore, non denominatur per finitatẽ, neꝫ per ipsius priuationẽ, nisi per subiectum, in quo est, ex quo non contingit ista denominatio qualitati, nisi propter corpus, cui contingit quãtitas per se, & vidit ꝙ, si denominarẽ tur virtutes istæ per priuationẽ finitatis propter subiectum suum, sequetur ex hoc ꝙ essent ex subiecto infinito in actu, hoc est ex corpe infinito. & tam declaratum est impossibilitas entitatis corporis infiniti, & declaratum est ꝙ non sit virtus, de qua verificeẽ ꝙ sit infinita ꝼm hunc modum, ex quo non est corpus infinitũ: sicꝫ manifestũ est ex hoc ꝙ demõstratio de motore abstracto cõsistit sup verificatione ꝙ infinitum in actu ste falsum: sicꝫ relinquit ei, ꝼm ꝙ cogat diuisio, ꝙ dicamus ei forsan hæc virtus est in corpore finito, siue hoc corpus sit cõpositũ ex materia, & forma, siue sit simplex. Et incœpit declarare ꝙ non possit esse virtus infinita, quia sit in corpe finito. hæc. n. positio sibi ipsi contradiceret, hoc est positio dicens virtus, quæ denominatẽ ꝙ sit infinita, quia sit in subiecto, & poneret subiectum illud finitũ: et fecit de hoc spẽm demonstrationis, in qua dubitaret qui nõ esset exercitatus in illa, & iam fecit illam eandẽ in pluribus locis naturalitũ auscultationum, & hoc in principio Septimi, et Octaui Phy. & est in q̃ accipiat ꝓpositionem possibilẽ per se, licet sit impossibilis per accidens, & cõiungat illi ꝓpositionem, cuius destructionẽ venatur, & cõcludit ex hoc impossibile. Et, cùm hoc ita sit, ex quo ille iã præmiserat, & declarauerat in libro Priorum ꝙ aliqñ sequatur cõclusio impossibilis ex illo, cuius ambæ præmissę sunt possibiles, vel altera earꝫ, v. g. quia iam declaratũ est ꝙ linea, inquantũ linea, diuidatur in infinitũ, licet sit impossibilis ipsius diuisio per accidens, inquãtum est linea in corpe naturali, aqua, vel igne. & ex quo declarata est ei hæc positio, ꝙ si poneret corpus finitũ, in quo esset virtus infinita, vt sit gratia exẽpli corpus cœli, iã esset possibile ꝙ poneret corpus maius corpe cœli, licet sit impossibile per accidens: deindde cõiunxit, & posuit rem non tam de dispositione istarꝫ virtutum, quæ sunt in corporibus, siue sint virtutes corporũ simplicium, vel cõpositorꝫ, ꝙ virtus corporis maioris est maior virtute corporis minoris, ex quo hæ virtutes, quæ sunt in corporibus, denominant per magnũ & paruum, ꝓpter subiecta earũ, in quibus sunt, Et ex quo verificata fuerat ei hæc positio, posuit corpus maius cœlo, quod est possile per se, impossibile per accidens, & concluſit ꝙ huius corporis virtus sit maior virtute corporis minoris, qđ est cœlum, propter causam, quã diximus: quæ est propter esse virtutẽ denominatam per quãtitatem ex parte subiecti, ex quo verificata fuerat ei hæc positio, & coniunxerat ei ꝙ in corpore finito sit potentia infinita maior virtute infinita, quę sit in minori. hoc autem est impossibile, i. ꝙ infinitũ sit maius infinito. Quãdo aũt scruit ꝙ impossibile non sequaẽ ex possibili, quod posuerat in hoc syllogismo: neq; ex prę̃missa dicente ꝙ virtus, quę est in corpore maiore, sit maior virtute, quę est in corpore minori: scruit ꝙ falsitas esset ꝙ concludatur ex positione corporis finiti, in quo sit potẽtia infinita. Et ista est demonstratio vera, in qua nõ est dubitandum. quia Ari. iã declarauit ꝙ in corpore finito nõ sit potentia infinita, non solum in corpore cõposito ex materia & forma, sed ẽt in corpore simplici. et declaratio sua iam nota est de corpe absolute, siue fuerit cõpositum, siue simplex. Et sit hoc notum de corporibus cœlestibus, ꝙ opera eoꝝ sunt finita, & ꝙ ipsa mouentur temporibus finitis, & ꝙ quædã eorum sunt velociora aliquibus, & quædã tardiora quibusdã, & qñ intelligerentur principia, quibus mouent corpora cœlestia per motorẽ proprium eis, hoc est virtus desyderatiua animalis, videret de dispositione sua ꝙ nõ possit esse virtus naturalis, quia virtus naturalis mouetur ad vbi, & est virtus, ad cuius esse sequitur alteratio, & illa est generabilis, & corruptibilis: & virtutes, quibus mouent cœli, non sunt generabiles neꝫ corruptibiles, cùm

cùm autem nõn sint naturales, iam necessario sunt animæ. Et hoc iam declaratur, quia nobilissimum animatorum, quod est corpus cœleste, nõ potest esse quin sit animatum. Et, quia hæc anima non sequit alterationẽ, ex quo fuerat igenerabilis, & incorruptibilis, ipsa itaꝫ est abstracta in hoc corpore ꝼm dispositionem, quam dicimus de anima, ꝙ sequatur alterationem, & sit generabilis & corruptibilis. quia res, quæ mouet ex se, non habet motionem nisi inquantum est in anima, non ꝼm ꝙ sunt formę in materijs in corporibus cõpositis, quarum generationem præcedit alteratio. & ex quo etiam fuit per se notũ ꝙ corpus maius habet virtutẽ velocioris motus, sequeretur ex positione virtutis infinitæ in corpore finito ꝙ mouetetur velocius quocũqꝫ motu, adeo ꝙ moueretur in nõ tẽpore, quod est impoſe. Sicꝫ demõstrationes huius speciei, cùm ponerentur ꝼm hũc modum, essent demonstrationes veræ: & non esset in eis difficultas, nisi illi, q ignorauerit id, quod declaratũ est ex hoc in libro Priorũ. Et ideo nos inuenimus Auẽpace, quasi negantem eas, & intelligentem ex forma verborum Auic. dubium in hac re. & ideo fueruntur plures illorum, qui institerunt libris eius verificantes motus infinitos, qui finirentur in cœlo, quod nõ sequereſ ex hoc, ꝙ sit hic motor abstractus à materijs. Causa autem huius erroris fuit, quia possibile est apud illos ꝙ in corpore æterno sit res composita ex materia & forma. sicꝫ ex eo est manifestum ꝙ, si sit corpus cœleste, impoſe sit qn sit in eo virtus desyderatiua, qua moueatur ad motorem, qui est finis, & ꝙ sit cũ virtute desyderatiua intelligens, & ꝙ hęc virtus desyderatiua cũ suo esse in corpore finito sit finita, etsi esset simplex, prout diximus. Et tam declarauit hoc Aristot. per alias demonstrationes, de quibus est ꝙ, ex quo declaratum fuerat ei ꝙ hic sint mota ex se, quorũ quædam gignunt aliqua ex eis, & sic in infinitum, sicut generatur homo ex homine, & equus ex equo, & sic de similibus, concluſit ꝙ sit hic mobile primũ ex se, quod sit causa, qua sunt hæc mouentia mota, quæ sunt infinita: quia hoc est possibile per accidens non esse mobile primum per accidens: quia causæ quę sunt per se, non est dubium ꝙ ascendunt in causam primam per se, in qua est vltimũ, & primum, & sequuntur ex isto primo causæ infinitæ per accidens, in quibus nõ est primum, neꝫ vltimum. Et ex quo fuit motoris huius moti ꝙ sit ipsum motum ex seipso per se, quod est ex quo est primum, & sic eodem modo impossibile est ipsum esse motum per accidens, sicut est dispositio motorꝫ ex seipsis generabilũ, & corruptibilium, ex quo quicquid mouetur sub cœlo ex se habet motum suum sequentem alterationem, alteratio aũt est corpori aut extrinsecus, vel ab intra, sed motum primi moti non sequitur alteratio, quia extra ipsum non est corpus, nec ipsum est cõpositum ex materia, & forma potẽtiali ad substantiã, sed est simplex, & intendimus per simplex ꝙ non sit in eo hyle potentialis, nisi ad ubi solum. Et, cũ motus eius sit cõtinuus, & ipsum sit in se finitum, motum per formam, quæ est in eo, quæ est anima desyderatiua, & fuerit corpus cœleste animatum, & omne animatum mouetur ad amatum per desyderium existens in eo, & omne corpus fuerit finitæ virtutis, sicꝫ est manifestum ꝙ, si virtus desyderij esset in hoc corpore, inquãtum est, solum esset finitæ motionis, & est manifestum ꝙ ipsum acquisierit continuationem motus per motorem, ad quem finitur motus. Et ex hoc est declaratum de re huius motus ꝙ ipse sit intellectus abstractus à materia, & ꝙ cœli non mouentur, nisi ꝼm ꝙ intelligunt ipsum. Si autem imaginaretur aliquod corpus cœleste, in quo sit virtus infinita, esset motus totius, & partis idem, & finiretur quicquid est hic de motibus ab illis, & esset vnus motus sine tempore. et hoc est dispositio sermonis Aristo. Et, si essent in corpe stellato stellæ plures ñs, quæ sunt, staret corpus, ꝙa potentia eius est finita supra id, quod mouet. &, si staret motus, nõ posset primus motor facere acquirere ei continuitatẽ motus vltra deperditionem, & esset motus eius corruptibilis. si aũt corrũpere tur eius motus, corrũperetur ipsum per quietẽ, & corrumperentur omnia entia, quorũ esse est in motu. Laudetur Deus ille, qui prouidit huic mundo per inuentionem huius corporis mobilis, quod est finiti motus secundum aliquam partem, & infiniti secũdum aliquam partem. Ex quo autem motum primum ex se non finitur motus eius, neꝫ mouetur per accidens, quia motor in eo ꝼm modum agentis est motor secundum modũ finis, manifestũ est ꝙ eius primus motor sit vnus, & simplex, & intrans mutabilis, quia mouet continuo. & manifestũ est ꝙ motum primum sit vnum simplex, ex quo non mouetur per accidens, quia, si ipsum esset compositũ ex forma, & materia, esset mobile per accidens. Et, cũ hoc ita sit, manifestum est ꝙ sit hic motor primus simplex intrãsmutabilis, qui est necessario abstractus à materijs. & manifestũ est ꝙ hoc sit motum ab illo primum simplex, qđ est cœlũ. & hoc est, cuius declarationẽ intendebamus. & iã Arist. declarauit hãc rem. Ex quo, quãdo fuerit compositũ ex duobus oppositis, & inuenitur vnũ eorum separatum ꝼm esse, sicut etiam alterũ inuenitur separatum ꝼm esse, exempli gratia, si inuenireur res mota mouẽs, & vltra inuenireur res mota non mouẽs, sic manifestum est ꝙ sequatur ex hoc ꝙ inuentatur res mouens non mota, oino separata ꝼm esse. verbi gratia, qñ inuenitur color cõpositus ex albedine, & nigredine, vt si diceres rubeũ, & vltra inuenitur nigredo per se, sic est necessariũ vt inueniatur albedo per se separata à rubeo. Ac iterum, quia, vt ait Arist. principiũ oportet esse, quod præcedat naturaliter id, cuius est principiũ. quia, si indigeret hoc, non esset prius natura, ꝙa prius natura est ꝙ, qñ aufertur, aufertur id, quo est prius, & qñ hoc ita fuerit, forma constans in materia non est prior natura, q̃ materia, sicꝫ non est verum ꝙ principium sit cõpositum ex forma, & materia. & iterũ omne compositũ est in potẽtia simplex, in nullo aũt æterno est potẽtia vt dissoluatur. Hæ itaꝫ sunt demonstrationes, quibus vsus est Arist. ꝼm hanc quantitatẽ, & sunt tutæ, & veræ, vt cerno. Com placeat sibi Deꝰ in nobis de eo, quod scripsimus in hoc quæsito, qđ est nobilissimum quæsitum, & maxime in quo errauerunt philosophi. Hoc aũt actum est in Marrochia anno .DLXXIIII. ad computum innouatoris legis, id est Maumethi.

Opinio Auẽpace.

Causa erroris Auẽpace.

Caput Septimum. Quæsitum, quo ostendit, quomodo corpora cœlestia, cũ sint finita, & possibilia ex se, acquirant ab alio æternitatem.

EX quo declaratũ est de re corporum cœlestium motorũ motu circulari, ꝙ eorũ motus nõ defecerit, neꝫ defecturus sit, & declaratum est ꝙ omne motum habeat mouens, oportet ꝙ mouẽs hæc corpora sit potentia, vel potentiæ, quarũ consistentia non sit in corpore, ex quo sunt impartibiles ad partitionẽ corporis illarum. Et manifestum fuit qđ sunt impartibiles ad partitionẽ corporũ earum, quia virtus corporis minoris earum, & corporis maioris sunt æquales in mobilitate non deficiente. Si aũt essent partibiles ad partitionem corporis earũ, in quo sunt, sequeretur necessario ꝙ virtus corporis minoris, vt si dixissem virtutem mouentem orbem minorẽ, moueret breuiori tempore q̃ virtus mouens orbẽ stellatum. quia iã est manifestum ꝙ virtus partis corporũ, quorum virtutes partiuntur ad

partitionem

partitionem eorũ, ſic minor virtute totius. & hæc demonſtratio continet virtutẽ agentem, & patientẽ, quę ſunt in omni corpore, ſicut exquiſitũ eſt Primo Cœli, & mundi. Et, ſi res ita ſe habet, tã omnis virtus in corpore, agens vel patiẽs, eſt neceſſario finita: ex quo virtus totius in eis eſt maior virtute partis, & virtus maioris eorũ eſt maior virtute minoris. res aũt ita eſt, ſi in corporibus cœleſtibus ſit virtus recipiens, & agens in aliud neceſſario eſt finita. hoc autem ſic exiſtente iam poſſibilia eſſent ſm eorum naturam. Si aũt hoc ita eſſet, tunc eſſet aliqđ æternũ poſſibilis corruptionis. iam aũt oſtenſa eſt huius impoſſibilitas Primo Cœli. quia, ſi hoc eſſet poſſibile, tã poſſibile eſſet ꝙ cõuertatur poſſibile in neceſſarium. &, ſi dixerimus ꝙ nõ haberẽt poſſibilitatem corruptionis, tã non haberent virtutes recipientes, nec agentes finitas: qđ eſt impoſſibile, cũ ſint corpora finita. cõm autem eſt commonſtratum ꝙ earum virtutes receptrices, & agẽtes ſunt finitę, ex eo qđ contingit eis de vehementia motus, & eius tarditate, & virtute agentis in aliud ab eis, & eius debilitate. intendo aũt per virtutem agentis id, qđ eſt maius in cœlo, verbi gratia in ſua calefactione, & ꝑ agens minus, ſicut eſt calefactio aliarũ ſtellarum. Et dicimus ꝙ virtutes corporeæ recipientes, et agentes, quædã ſunt neceſſario ſm naturas ſuas finitæ, q̃ ſunt in potentia materię primæ, & nõ eſt poſſibile eis ꝙ ſint infinitæ, hoc eſt ꝙ ſint de natura neceſſarĥ, neque ex natura ſua, neque ex alio ab eis, vel ſine medio, vel mediãtibus potẽtĳs aliĳs inuentis in materia. & hoc eſt, ꝙa iſtarum potentiarum agentes habent contraria, & patientes ſunt coniunctę formis, ꝙbus ſunt contraria, ſiue fuerint iſtæ ſimplices, ſicut ſunt quatuor elemẽta, ſiue fuerint cõpoſitæ ex elementis: & quædã earum ſunt, quæ ſunt finitæ ſm naturam ſuam, ſed redditæ ſunt infinitę, & translatæ fuerũt à natura poſſibilis in naturã neceſſarĥ, ꝙa eſt ſm ſuam naturam infinitũ agens, & neceſſariũ, & ſunt potentię, quæ non ſunt in corporibus, & iſtæ ſunt, quibus non ſunt cõtraria, neꝙ ſunt in materia mediãtibus formis, quibus ſunt cõtraria. Et, niſi hoc eſſet, cogeret nos dubium præcedens, & eſt ſermo dicentis qũo erit æternum id, in quo eſt potentia poſſibilitatis, & eſſet aliqđ poſſibile non exiens in actum toto tpe. Hoc autem eſt falſum, ꝙa potentia poſſibilitatis in hoc loco, quã comprehendit hic intellectus in natura earũ, comprehendit eam, poſtq̃ ipſam denudauerit à potentĳs non poſſibilibus ſm naturam. denudatio autem illarum ab illis eſt falſa, & poſitio illius poſſibilis etiam ſm ſuam naturam eſt falſa. & hoc, ꝙa ſemita intellectus eſt ꝙ denudet naturas, quę non fuerint denudatę à ſe inuicem, & ſcrutetur cõſequentia illas naturas eſſentialiter, & iudicet de eis, ſm ꝙ fuerint denudatę, iudicio quodã. quando autem conſyderaret eas ſm ꝙ ſunt cõpoſitę, & ſuæ conditionis ſit ꝙ non ſeparantur, iudicaſſet de falſitate illius iudicĳ de eis. Verbi gratia quod facit Geometra, ipſe enim, quando denudauit ſuperficiem æqualẽ, & circularem à materia, iudicaret ꝙ vtamur eis ſm rem indiuiſibilem. quando aũt Phyſicus perſcrutatus eſſet hoc, declararet eius falſitatem, ex quo oĩa duo corpora, quę tangerentur à corporibus naturalibus, oporteret quòd vnum tangeret aliud ſecundũ partem diuiſibilem. Et ſimiliter, quando perſcrutatus fuerit intellectus de virtutibus finitis, quibus non ſunt contraria, decernet earũ natura apud ipſum ꝙ fuę actiones, & paſſiones ſunt finitę: &, qñ perſcrutatus eſſet de eis, ſm ꝙ nõ ſit poſſibile eis ꝙ ſeparentur ab infinito agente ſm earum ſubſtantiam, fuiſſet apud ipſum falſum ꝙ ſit in eis potẽtia ad poſſibilitatẽ, ſecundum ꝙ ſunt conſiſtẽtes in rebus non poſſibilibus, ſed neceſſarĳs ſm ſubſtãtiam earum. Et, quando hoc fuerit intellectum ſecũdum hoc, diſſolueretur dubiũ præcedens, & foret verũ, quod dicit Alexan. de regiminibus orbium, quod eſt hoc, ſ. ſi impoſſibile eſſet ꝙ ſit corpus infinitum, iam omne corpus eſſet finitum, &, ſi omne corpus eſſet finitũ, haberet virtutem finitã. ex quo autem cœli ſunt corpus finitum, ſequitur ꝙ eorum virtus ſit finita. ſi autem eſſet finita, aliqua die quieſceret, quãdo autem quieſceret deſtrueretur. ſi autem totum hoc eſſet, iam rediremus, & dicemus ꝙ primorum corporum continuatio eſſet propter cauſam primam, & continuatio corporum tranſmutabilium propter corpora prima conſiſtentia propter primam cauſam. Et fuiſſet etiam ſermo Auicẽ. verus, videlicet ꝙ res neceſſariæ ſint duarum partium neceſſariæ ex ſua ſubſtantia. eſt aũt neceſſariũ ex ſua ſubſtantia illud, quod dicitur neceſſarię entitatis ſm ſuam formam, & quædam ſunt neceſſarię ex alio ab eis, poſſibiles ex ſubſtantia ſua. hoc eſt dictum ſecundum conſyderationem ſuę ſubſtantiæ, non ꝙ eis penitus ſit poſſibilitas. & hę ſunt, de quibus dicitur ꝙ earum natura cõuertatur ex poſſibili in neceſſariũ apud intellectum, ſed non in eſſe, & impoſſibilis eſt ipſius translatio ad eſſe. Ac etiam animæ corporum cœleſtium non ſunt aliquid vltra virtutes comprehẽdentes formas ſpirituales denudatas à materia, & quando intellectus ſcrutatus fuerit has virtutes, & denudauerit eas à formis ſpiritualibus, inuenit eas de natura poſſibilis. quando autem eas ſcrutatus eſſet ſm ꝙ impoſſibile eſt vt denudentur à formis ſpiritualibus, inueniet eas de natura neceſſarĥ ſecundum aliud ab eis. quia, ſi ipſę eſſent neceſſarię ſecundum ſuam ſubſtantiam, ſicut de eis crediderunt Aldaharĥ, nõ eſſent de natura poſſibilis ſecũdum ſuam ſubſtantiam. iam autẽ conſtitit demonſtratio ꝙ ſint de natura poſſibilis ſecundum ſuam ſubſtantiam, quando eas intellectus denudauerit à natura neceſſarĥ ſecundum ſuam ſubſtantiam, quæ ſunt formæ ſpirituales, quia ipſæ ſunt corpora finita, ſed non ſunt compoſita ex forma & materia, ſm qđ ſua forma cõſiſteret in materia. quia talia ſunt poſſibilia ex ſua ſubſtãtia, nõn neceſſaria ex alio ab eis. Et ſm hoc eſt diſpoſitio cauſæ cum cauſato. & hoc eſt, quia omne cauſatum, qñ ipſum ſpeculatus fuerit intellectus, iudicabit ipm eſſe poſſibile ex ſua ſubſtantia. &, ſi eſſet cauſatũ à cauſa ęterna, eſſet omnimode neceſſariũ per aliud ab eo. ſi autem eſſet cauſatũ à cauſa poſſibili, impoſſibile eſſet ipſum eſſe neceſſariũ per aliud ab eo. poſſibile aũt ſimpliciter eſt oppoſitum neceſſario ſimpliciter, & natura mediĳ inter illa eſt poſsibilis ex ſua ſubſtãtia neceſſaria ex alio ab ea. ſic ttaçh eſt iudiciũ verum apud intellectũ in eius comprehenſione harum potentiarum. Et ſecundũ hoc exponetur ſermo Prophetæ in Alchorano, quando dicitur, omnis res eſt corruptibilis præter faciẽ eius. Et ex eo, quod manifeſtatum eſt in hoc ſermone, diſſoluetur quęſtio Ioannis contra Peripateticos de æternitate mundi. quia ille ait iam oſtendit Ariſtoteles ꝙ omne corpus ſit finitum, & ꝙ cuiuſçh finiti virtus ſit finita, ergo nõ verificaretur de mundo ꝙ ſit ęternus. quia impoſſibile eſt quòd illud, cui non eſt virtus infinita, ſit virtutis infinitæ, niſi poſsibile eſſet ꝙ poſſibile conuertatur in neceſſarium. Latuit autem eum quòd virtutes finitę ſunt duarum ſpecierũ. Virtus, cui ab eius finitio eſt poſsibile ꝙ recipiat neceſsitatem ab alio ab eo, & non auferatur neceſſarium, quia poſsibile eſt æternum eſſe neceſſarium, ſicut dixit Ariſtoteles Octauo Phyſicarum auſcultationum. Et virtus, de qua eſt impoſsibile quòd recipiat neceſsitatem ab alio ab ea. & ſimiliter neque in particulari, vel in vniuerſalibus ſuis, vel ſuis generibus.

Diſſolutio quęſtiõis Ioannis.

Sermonis de ſubſtantia orbis finis.

Auerois

AVEROIS CORDVBENSIS

DESTRVCTIO DESTRVCTIONVM PHILOSOPHIÆ ALGAZELIS

Calo Calonymos Hebræo interprete;

Adiunctis multis Diſputationibus, ac etiam Dubĳs Algazelis, quæ prius apud Latinos minime reperiebantur.

PROLOGVS AVEROIS.



Ntentio noſtra in hoc ſermone eſt declarare ordinẽ, & apparentiam opinionũ ſermonũ poſitorũ in libro Deſtructionis Philoſophiæ Algazelis, & diminutionẽ plurimorum dictorũ eius à gradu veritatis, & demonſtrationis, recipiendi. Et non videtur neceſſitas inclinantis eſſe in eis eodem modo. Nam poſſibilitas, quæ eſt in patiẽte, apparet in ea neceſſitas inclinantis ab extra, apprehenditur enim ſenſu in rebus artificialibus, & multis ex rebus naturalibus, eſt tamen dubium in rebus naturalibus, nam multæ ex rebus naturalibus eſt principium mutationis earum ex eis, & ideo exiſtimatur in plurimis earum ꝙ motor ſit motum: & non eſt notum per ſe ꝙ omne motum habeat motorem, & ꝙ non ſit hic res, quę mouеat ſeipſam. nam hoc totum indiget declaratione: & ideo perſcrutati ſunt de eo Antiqui. Poſſibilitas vero, quæ eſt in agente exiſtimatur in plurimis eius ꝙ non indigeat in exitu eius in actum inclinante ab extra, nam permutatio agentis ex non agendo ad agendum exiſtimatur in plurimis eius ꝙ non ſit mutatio indigens mutante: ſicut permutatio Geometræ ex non geometrizando ad geometrizandum, & permutatio docentis ex non docendo ad docendũ. Sic etiam & mutatio, quæ dicitur indigere mutante, aliqua eſt, quę eſt in ſubſtantia, & aliqua in qualitate, & aliqua in quantitate, & aliqua in vbi. Et Antiquum etiam aliquod dicitur de antiquo ex ſe, & aliquod de antiquo ex alio apud multos. Vlterius mutationes, aliquæ earum apud aliquos permittuntur de antiquo, vt poſſibilitas ꝙ ſit voluntas innouata in antiquo apud carneos, & poſſibilitas generationis & corruptionis in materia prima apud Antiquos, & tamen eſt antiqua. Sic etiam & intellecta dicuntur de intellectu, qui eſt in potentia, & tamen eſt antiquus apud plurimos eorũ. & ſunt aliqui eorum, apud quos non permittitur, & præcipue apud quoſdam Antiquos eorum, & non apud alios. Similiter & agens aliquod eſt, quod agit voluntarie, aliquod vero naturaliter: & non eſt quidem qualitas emanatiõis actionis poſſibilis ex eis eadem, ſcilicet circa neceſſitatem inclinantis. Et quis ſcit an ſit hæc diuiſio agentium ſufficiens? aut inducet demonſtratio ad agens, quod non aſſimilatur agenti naturaliter, neque agẽti voluntarie, quod nobis apparet. Omnia iſta ſunt quæſita magna, & excelſa: & vnumquodq̃ eorum indiget ſpeculatione ſeparatim, et cum eo, quod dixerint Antiqui de eo. Aſſumere autẽ vnum loco multorum quęſitorum eſt locus famoſus locorum falientium turpium: & error in vno horum principiorũ eſt cauſa erroris maximi circa ſpeculationem de entibus.

DISPVTATIO PRIMA.

DE NARRATIONE RATIONVM PHILOSOPHORVM, CIRCA ANTIQVITATEM MVNDI, ET EARVM DESTRVCTIONIBVS.

ALGAZEL,



It Algazel, recitans rationes Philoſophorum de antiquitate mundi. Sufficit autem nobis narrare ex rationibus eorum id, quod eſt conueniens animæ. Et dicimus ꝙ hic modus rationis eſt triplex. Primus quidem, cùm dicunt impoſſibile eſt vt prouеniat innouatũ ab antiquo abſoluto. nã, cùm poſuerimus ꝙ ab antiquo non prouenerit mundus exempli gratia, deinde prouenit, tunc nõ prouenẽbat antea, quontam non fuit ad eſſe ipſius aliquid inclinans. Et, ſi eſſe mundi ab eo fuit poſſibile poſſibilitate abſoluta, tunc, cùm productus fuit, nõ euadet qn innouatum ſit quoddam inclinãs, aut non. ſi non fuit quoddã innouatũ inclinãs, ergo mũdus remãſit in poſſibilitate abſoluta, vt fuerat antea. ſi vero innouatũ fuit inclinans, ꝓmutabitur quidem ſermo de hoc inclinante, quare nunc inclinauit, & nõ antea. & ſic aut ꝓcedet in infinitum, aut deuenietur ad aliquod inclinãs, quod nunquã defecit eſſe inclinãs,

AVEROES,

At Auer. Iſte ſermo eſt ſermo in ſupremo gradu gaduum topicæ, & non peruenit ad demonſtrationem. quoniam propoſitiones eius ſunt generales: & generales ſunt proximæ cõmunibus: propoſitiones vero demonſtratiuæ ſunt ex per ſe dictis, & appropriatis. Nam nomen poſſibilis dicitur æquiuoce de poſſibili vt plurimum, & poſſibili vt raro, & poſſibili æqualiter: & nõ videtur neceſſitas inclinantis in eis eſſe eodem modo. poſſibile enim vt plurimum bene exiſtimatur ꝙ inclinetur ex ſeipſo, non aũt ex inclinante ab extra in oppoſitum quidem poſſibilis æqualiter. Sic etiam & poſſibilitas aliqua eſt in agente, & eſt poſſibilitas agendi: & aliqua eſt in patiente, & eſt poſſibilitas

ALGAZEL,

It Alga. Dubitatio autem eſt dupliciter. Primo quidem, vt dicatur eis, quare negatis id, quod dicitur, ꝙ mundus fuerit productus voluntate antiqua, quę determinauerat eſſe eius, & ꝙ procederet priuatio vſq; ad finem, ad quem peruenit, & ꝙ inciperet eſſe ab eo, in quo incœpit, & eſſe antea non fuit de voluntate eius, & ideo non fuit productus: attamen in hora, qua productus fuit, fuit de voluntate eius, voluntate tamen antiqua, & ideo inouatus fuit? Quid ergo prohibet hanc opinionẽ, & quid eã falſam reddit?

AVEROES,

At Auer. Iſte ſermo eſt fallax, quoniam, cũ impoſſibile ſit ei dicere poſſibilitatem retardationis eſſe acti actiõi id agẽtis, & deliberãtis actionem ipſam, cùm fuerit agens eligens, dixit poſſibilitatem retardationis eius prouenire à voluntate agentis. retardatio autem actu ex voluntate agentis bene poſſibilis eſt, ſed retardatio eius actiõi agentis eſt impoſſibilis, & ſic retardatio actiõis ex deliberatione ad agendum in agente voluntario. Attamen dubitatio remanet, prout eſt, nam de neceſſitate euenиet ei vna duarum rerum, aut ꝙ actio agentis non cauſabit in agente mutationem, ex qua ſequitur vt ſit ei mutans ab extra, ſeu ꝙ ex mutationibus aliqua eſt de ſubſtãtia mutati

tati absq; indigentia mutantis, aut q̃ reperitur aliqua mutatio, quę bene potest euenire antiquo absque mutante. Nam id, ex quo manutenetur controuersia hic, sunt duo. quorum Vnum est, q̃ actio agentis sequitur ex ea necessario mutatio, & omne mutatū habet mutantem. Secundum vero, q̃ antiquū non mutatur mutatione aliqua. & hoc totum est difficilis declarationis. Et q̃ non potest se saluare ab eo secta Assaria est ponere agẽs primū, seu actionem primam, quoniam impossibile est eis ponere q̃ dispositio agentis circa actū, quod innouatur, sit hora actionis dispositio eius hora priuationis actionis. & ibi procul dubio est aliqua dispositio, quæ innouatur, & proportio, quæ non fuerat: & hæc necessario, seu in agente, seu in patiente, seu in vtroq;. Et, cum sic fuerit, tunc illa dispositio, quæ innouatur, cum de necessitate omne innouatum sit et agens, erit procul dubio agens eius, aut aliud agens, & sic non erit hoc agens, primum agens, & non erit sufficiens in agendo ipsum solum, sed cum alio. aut agẽs illius dispositionis, quæ est cõditio requisita in agendo, est ipsummet. & non erit hoc actuo, quę posita est, emanata ab eo prima, sed erit actio eius, propter illā dispositionem, quę reperitur in agente, antequam agat actum. & hoc sequitur necessario, vt vides. Nisi dixerit aliquis abusiue, q̃ sunt aliquę dispositiones, quę fiūt in agentibus, non indigentes quide mutante. & hoc profecto est absurdum, nisi apud permittentes q̃ sunt hic aliqua, quę fiunt ex se. & est sermo primus ex Antiquis, qui negauerunt agens. & est sermo, cuius falsitas est manifesta ex seipsa. Actū in hac dubitatiõe est cõsultio. nã, cũ dicimus voluntatẽ æternã, & voluntatẽ innouatã, dicuntur q̃quoce. & ẽt in cõtrarietate. nã volitas, quę nobis apparet, est potẽtia, in qua est possibilitas agẽdi vnū duorũ oppositorum equaliter, et possibilitas recipiẽdi vnum duorum oppositorum equaliter, cũ volitas sit defyderiũ agentis ad actionẽ. & cũ eam egerit, defecit defyderium, & peruenit volitũ. & hoc qdem defyderiũ et actio aligatur duobus oppositis equaliter: sed, cum dicitur, q̃ hic sit volens vnum duorũ oppositorum æternum, aufertur definitio voluntatis propter permutationẽ naturę eius à possibilitate ad necessitatem. & cum dicitur voluntas ęterna, non aufertur voluntas apud peruentionem rei volitę. & cum non fuerit et principiũ, non fuit innouata ab eo hora in peruentione rei volitę. & non põt innuri talis esse, nisi dicatur q̃ demonstratio perducat ad inuentionem agentis sm potẽttam, quę non est, nec voluntaria, nec naturalis, sed lex appellat eã volantatẽ, sicut pducit demonstratio ad res, quę existimant p̃ aspectu esse opposita, & cũ non sunt opposita, vt dicimus de ente, quod nõ est infra mundũ, nec extra eũ.

ALGAZEL.

Alga. respondens pro Philosophis. Si autem dixerit aliquis hoc falsum esse manifesta falsitate: quoniam innouatum habet efficientem, & causantem, sicut est falsum innouatũ esse absq; efficiente, & causante, sic etiam est falsum esse aliquod efficiẽs cum complemento suarũ conditionum, ad hoc vt sit efficiens, & causans, actu fundamentum, adeo q̃ non remansit ex eis aliquid omnino, deinde retardatur ab eo causatum, sed esse causati apud verificationem causantis cum complemẽto suarum conditionum est necessarium, & eius tardatio est falsa, sicut est falsum esse innouatum causatũ absq; causante. Et ante esse mundi erat volens repertum, & volũtas reperta, & proportio eius ad volitum reperta, & non est innouatum volens, nec voluntas, nec fuit innouata voluntati proportio, quæ ante nõ fuerat. nam totum hoc est mutatio. ergo quomodo innouatum est volitum? & quid prohibuit quin sit innouatum antea: & dispositio inouationis non sit parata est à dispositione priuationis inouationis in aliqua rerum, nec in aliqua dispositionum, nec hora horarum, nec proportione proportionum, sed omnia eadem, sicut fuerant antea, & adhuc non fuit esse rei volitæ, remanserunt prout fuerant, & tamẽ reperitur volitum, ergo non est hoc nisi vltimitas infantiæ.

AVEROES.

Auer. Hoc est manifestum in vltimitate manifestationis, nisi apud nẽgãtem aliquam propositionum positarũ supertius. sed Alga. se permutauit ab hoc ad exẽplum ponendum, & inuoluit cum eo hanc rñsionem Philosophoꝝ. & hoc est, quod dixit.

ALGAZEL.

Alga. Et non est falsitas huius generis in causato, & causante necessario, & per se tãtum, sed etiam accidentali positiuo. nam, si homo dixerit repudiare vxorem, & nõ peruenerit repudium, stat tum non imaginatur q̃ adhuc peruenret: quoniam possunt sermonem causam iudicij positione, & deliberatione: & non intelligitur retardari causatũ, nisi dependeat repudium in aduẽtu patris, aut introitu in domum. & non erit statim, sed cum aduentu patris, & introitu in domum. & superfedebit peruẽtio causati vsq; ad inuẽtionem eius, quod non inuenitur nunc. & nõ peruenit res, nisi tam innouata fuerit dispositio, & est ingressus in domum, aut aduentus patris, adeo q̃, si voluerit aliquis assumere causatũ à loquela circa peruentionem eius, quod non peruenit, non intelligitur, licet ipsemet sit ponens & eligens expresse positionem. &, cum hæc positio non fuerit intellecta. & eam non intelligimus, quomodo intelligemus hoc in causatis essentialibus intellectualibus necessarijs: In cõsuetudinibus autem id, quod est in intentione nostra, nõ retardatur ab intentione cum præsentia intentionis ad id, nisi propter prohibens. si autem verificabitur intentio, & posse, & auferuntur prohibentia, non intelligitur retardari et esse intenti. & hoc quidem imaginatur in deliberatione, quoniam deliberatio non sufficit ad hoc, vt sit actio, sed deliberatio ad scribendum nunquam faciet scripturam, nisi innouetur intentio reperta in homine, cum venerit hora actionis. Si autẽ fuerit voluntas antiqua, vt est intentio nostra ad peruentionem, non põt imaginari retardari intentum, nisi, propter prohibens, nec imaginari præcessionem intentionis, nam non intelligitur intentio in die ad surgẽdum in mane, nisi per viam deliberationis. Si autem fuerit voluntas antiqua, vt est deliberatio nostra, hoc quidem non sufficit in aduentu deliberati, sed impossibile est absq; innouatione emanationis intentionis apud inuentionem. & in eo est sermo de mutatione. Iterũ remanet dubitatio. quare hæc emanatio, aut intentio, aut electio, aut voluntas (appella eam vt vis innouatur nunc, & non antea. & sic aut inuenietur innouatum absq; causa, aut procedet in infinitum. & reuertitur sermo ad id, quod reperitur causans cum cõplemento suarum cõditionum. & non remansit aliquid demõstratum tale, & cũ retardatur causatũ, & erit absq; dispõne innouata: quod est falsum.

AVEROES.

Auer. Hæc exemplificatio est positiua de repudio. & existimauit cum ea roborare rationes Philosophorum: eas tamen debilitat. nam secta assaria potest dicere q̃, sicut retardatur repudium loquelæ vsque ad aduentum conditionis, cum fuerit mane, aut aliud, sic retardatur esse mũdi in actiõe Dei vsq; ad tempus inuentionis conditionis, à quo dependet. & est hora, qua intendit esse eius. Attamen nõ est sic in materialibus, sicut est in intellectualibus. qui autem assimilat hunc mundum materialem intellectuali, est ex eis, qui sequuntur cortices rerum.

Algazel,

ALGAZEL.

Alga. Non est necesse apud iussum, & nõ est apud aduentum conditionis retardantis iussui mandantis. quoniam non erit iussus absque eo, q̃ copuletur ei actio mandantis, & non est proportio intellecti ex eo, quod assumitur à natura in hac intelligentia à subiecto sibi conuenienti. Deinde dixit Alga. respondens quidem pro secta Assaria. & responsio est, vt dicatur falsum esse volũtatem antiquam dependere ab innouatione rei, quicquid sit, &c. vsque ad, & incõueniens absolutum non sufficit absq; demõstratione.

AVEROES.

Auer. Hic sermo est ex sermonibus nimium rhetoricis. & vis eius est q̃, cùm posuerit aliqs q̃, cùm sit agens cum omnibus suis conditionibus, impossibile est vt retardetur et actum, non euadet quin ponat hoc sciri aut ratione, aut quia est ex rebus per se notis. si autem ratiõe, oportet quidem eum, vt eam afferat: & tamen nulla est ibi ratio. si vero posuerit hoc tanq̃ per se notum, oportet vt id sciant omnes homines disputantes, & alij. & hoc non est verum: quoniam non est de conditione requisita in rebus per se notis, vt sciant eas omnes homines: nam hoc non est magis quàm esse famosum: sicut nõ est necesse et, quod est famosum, vt sit per se notum.

ALGAZEL.

Deinde dixit Alga, tanq̃ respondens pro secta Assaria. Nos autem de necessitate intellectus scimus q̃ non imaginatur causans cum cõplemento suarum cõditionum absque causato. & permittere hoc est dominatio ex necessitate intellectus, &c. Vsque ad, non sciebat artem suam omnino.

AVEROES.

Auer. Summa huius sermonis est q̃ ipsi non ponunt possibilitatem contrarij eius, quod vtdetur de necessitate impossibilitatis retardationis acti actionem agentis abusiue, et absq; ratione perducente eos ad hoc, sed posuerunt hoc ex demõstratione, quæ perduxit eos ad innouationem mundi, sicut non ponunt Philosophi contradictionem necessitatis intellectionis scitæ cum numeratione scietię, & sciti, eò quòd vniuntur in Deo glo. nisi per viam demonstrationis, quam existimauerunt adduxisse eos ad hoc in æterno ipso, & eo magis eum, qui posuit ex Philosophis contradictionem necessitatis eius, q̃ sciens scit seipsum, & non scit opus suũ, cũ dixerit in Deo glo. q̃ non scit, nisi seipsum. Attamen hic sermo, cùm inspicitur, est de genere oppositionis corrupti corrupto, nã omne scitum scientia vera, & vniuersalis in omnibus entibus, non reperitur demonstratio, quę contradicat ei, & omne, cui reperitur demonstratio contradicens, reputatur quidẽ esse verum, non q̃ sit verum in rei veritate. Et ideo, si fuerit notum per se vere esse numeratam scientiam, & scitum in apparenti, et in occulto, nos profecto sententiabimus q̃ non est demonstratio apud Philosophos esse eãdem, & in Deo glo. si vero sermo de numeratione scientiæ, & scitι est opinio, bene possibile erit de idẽtitate eorum apud Philosophos esse demonstrationẽ. & sisi, si fuerit per se notum q̃ nõ retardatur actũ agentis actionem eius, & posuerit contrarium huius secta Assaria ex eo, q̃ apud eos in hoc est demonstratio, nos quidem scimus sententia incisiua q̃ nõ est apud eos in hoc demonstratio. Et hoc quidem, & similia, qũ euenerit eis disputatio, reuertitur res ad consyderationem creationis conuenientis, quæ non sit nutrita in opinione, & existimatione. qñquidem id imaginatus est ille cum signis, & conditionibus, quibus distinguitur inter veritatẽ, & existimationem in libris Logicæ: sicut est, cùm cõmoti fuerint duo in vno sermone, & vnus quidẽ eorum dicit, q̃ sit versus, reliquus vero q̃ non sit versus, nõ reuertitur iudicium in eo, nisi ad creationẽ perfectã: quæ quidem discernit versum à non versu, & ad sciam versuum. & sicut ille, q̃ apprehendit versum, non prohibetur ei, quin neget cũ negans, sic etiã est in eo, quod est verũ apud vnum hoiem, non prohibet ei, quin neget id negans. Isti aũt sermones oẽs, sunt in vltimitate mollitiei, et debilitatis, oportebat tñ eum, vt non fuobuisset hunc suum librũ his sermonibus, si fuerat intẽtio eius in eo loqui cum hoibus priuatis. Et, qñ cõsequentia, quę adduxit in hac sua disputatione, sunt extranea, & extra disputationem, dixit statim sed non permittemus consequentia huius disputationis, & dicimus eis, quare negatis aduersarijs, cùm dixerint antiquitatem mundi esse falsam? quoniam induxit ad tenendum reuolutiones cœli infinitas numero, & non est numerus vnitatibus earum, licet habuerint sextum, quartum, et medietatem, &c. vsq; ad, et necesse est vobis dicere q̃ non sit par, nec impar, vt recitabimus postea. Et hæc etiã est quæstio sophistica. & summa eius est. qñ. quemadmodum vos non potestis contradicere nostræ rationi, q̃ mundus sit creatus, & est quia, si esset nõ creatus, essent reuolutiones non pares, nec impares, sic etiam nos non possumus contradicere sermoni vestro, q̃. cũ fuerit agens non deficiens habere conditiones agentis, non retardetur et actum. & hic quidem sermo finis eius est confirmare dubitationem, & eam confitere: & est vna intentionum sophistarum. Tu autem, qui huic libro incumbis, tam sciuisti sermones, quos dixerunt Philosophi circa affirmationem, q̃ mundus sit antiquus, cũ hac ratione, & sermones, quos dixit secta Assaria in contradictione eius. & audi rationes sectæ Assariæ circa nouitatem: & audi sermones, quos dixerunt Philosophi in contradictione rationum sectæ Assariæ in eo, quod scripsit ille homo.

ALGAZEL.

Alga. Et dicimus, quare negatis aduersario, cùm dixerit antiquitatem mundi esse falsam? quoniam caulabit reuolutiones orbis infinitas numero, & non est numerus vnitatibus earum, licet habuerint sextum, quartum, & medietatem. nam orbis Solis voluitur in anno vno, et orbis Saturni voluitur in triginta annis: igitur reuolutio Saturni erit tertia pars decimæ reuolutionis Solis, & reuolutio Iouis medietas sextę reuolutionis Solis: nam ipse voluitur in duodecim annis. &, sicut non est finis in numero reuolutionum Saturni, sic non est finis in numero reuolutionum Solis, licet sint tertia pars decimæ. & sic etiam nõ est finis in reuolutionibus orbis stellarum, quę voluuntur in triginta sex millibus annorum semel, sicut non est finis in motibus ortus Solis in die, & nocte semel. Si autem aliquis dixerit q̃ falsitas huius habetur necessario, quæro quomodo recedent ab hoc termone? Si vero dixerit, numerus harum reuolutionum aut est par, aut impar: seu par, & impar simul: seu nec par, nec impar. Si quidẽ dixeritis par, & impar simul, seu nec par, nec impar, tunc habebitur falsitas eius necessario. Si vero dixeritis par, tũc par fiet impar in eodem. & quomodo determinauit id, quod est infinitum vnũ. Si vero impar, tũc impar fiet par in eodẽ. & quomodo terminauit hoc vnum, quo fit par? & sequit vobis necessario sermo, q̃ non sit nec par, nec impar.

AVEROES.

Auer. Summa huius sermonis est, cùm imaginati fuerint duo motus habentes reuolutiones inter extremitates vnius tpis, deinde imaginata fuerit pars vnuscuiusq; eoꝝ inter extremitates alterius temporis, tunc proportio partis ad partem est proportio totius ad totum. Verbi grã, si fuerit reuolu-

tio Saturni in ſpatio tẽporis, quod dicitur annus, tertia pars decimę partis reuolutionis Solis in eodem ſpatio, tunc, cum imaginati fuerint oēs reuolutiones Solis ad oēs reuolutiones Saturni, quæ fuerint in eodem tẽpore, de neceſſitate quidem erit proculdubio proportio oium reuolutionum vnius motus ad oēs reuolutiones alterius motus ꝓportio partis ad partem. Attamen, cū non fuerit inter duos motus vniuerſales proportio: quia vnuſquiſq; eorū eſt in potentia, t. non habēs principium, nec finem, & fuerit ibi proportio inter partes, quia vnaquæq; earū eſt in actu, tunc non ſequit de neceſſitate vt ſit proportio totius ad totū proportio partis ad partem, vt poluerūt hoſes in rationibus ſuis: qm̃ non reperit proportio inter duas dimenſiones, & duas mentiras, quaꝝ vnaquæq; ponitur infinita, ergo Antiqui, quia poluerunt exẽpli gratia vniuerſum motum Solis non habere principium, nec finem, & ſic motum Saturni, non erit quidem proportio inter eos omnino vt ſequat ex hoc, vt ſumma vniuſcuiuſq; eorū ſit finita, ſicut ſequitur in duabus partibus ipſius ſummę, & hoc eſt manifeſtum per ſe. Hic autem ſermo facit opinari ꝙ, cum fuerit proportio partium ad partes proportio multi ad paucum, hic etiam ſequitur in genere, vt ſit proportio vnius eorū ad alterum proportio multi ad paucum. Attame hoc ſequitur, cū fuerint ambę ſummæ finitæ cum autem non fuerit ibi finitas, non eſt ibi multitudo nec paucitas. &, cū ponitur, ꝙ ibi ſit proportio multitudinis ad paucitatem, imaginatur ꝙ ſequatur ex hoc alia falſitas, & eſt ꝙ ſit infinitum maius infinito. quod quidem eſt falſum. cū enim accipimus duo infinita in actu, tunc repertur proportio inter ea: cum autem accipimus ea in potentia, non eſt ibi proportio. Hæc eſt reſponſio huic quæſtioni: non autem id, cum quo reſpondit Alga. pro Philoſophis, et cum hoc reſoluuntur omnes dubitationes euenientes eis in hoc capitulo. Et difficilima omniū eſt illa, quam aſſueti ſunt dicere, ſcilicet ſi fuerint motus in tempore pręterito infiniti, non repertur motus ex eis in tempore præſenti demonſtrato, nec fuerunt ante eum cauſæ infinitæ. & hoc quidem eſt verum, & conceſſum apud Philoſophos, ſi poſſent fieri motus præcedentes conditio requiſita ad eſſe poſteriorum nam, cum oporteat vt reperiat vnus, oportet vt reperiantur ante eum cauſæ infinitæ. & nemo ſapientium concedit eſſe cauſas infinitas, ſicut eſt poſitione hoc apud Dahariros: quoniam ſequeretur eſſe cauſatum abſque cauſa, & motum abſque motore. ſed Philoſophi, quia induxit eos demonſtratio, quod hic ſit principium motuum æternum, cuius eſſe non habet principium, nec finem, & quod actio eius neceſſe eſt vt ſit non retardans eſſe eius, ſequitur ergo apud eos vt actio eius nō habeat principium, ſicut eſt in eſſe eius, natum, cuius actio eius erit poſſibilis, non neceſſaria, & non erit principium primum. ergo ſequitur vt actiones agentis, eius eſſe non habet principium, non habeant principium, ſicut eſt diſpoſitio in eſſe eius. &, cum hic fuerit, neceſſe eſt vt non ſit aliqua ſuarum operationum primarum conditio requiſita in eſſe ſecundæ, quoniam vnaquæque earum non agit per ſe, & eſſe vnam ante alteram eſt per accidens. & eſt poſſibile apud eos eſſe infinitum per accidens, non autem per ſe. immo eſt neceſſe vt hæc ſpecies infiniti neceſſaria ſequatur eſſe principi voluntarii æterni. & hoc non eſt in infinitis rationalis motuum præcedentium, aut continuorum. ſicut eſt in rebus, in quibus exiſtimatur ꝙ præcedens ſit cauſa ſubſequentis, vt homo, qui fuit erat hominem, & ſimiliter. nam faciens hominem ſemouit eum, mediante alio homine, neceſſe eſt deuenire ad agens primum antiquum, cuius eſſe non habet principium, nec in faciendo hominem ab homine, & eſſe hominem ab alio homine in infinitum eſt generatio per accidens: anticipatio vero, et poſtpoſitio per ſe. nam ſicut agens, cuius eſſe non habet principium, non eſt principium operationibus ſuis, quas operatur abſq; inſtrumento, ſic non eſt principium inſtrumẽto, quo operatur operationes ſuas, quibus non eſt principium ex operationibus quidem eius, quarum mos eſt, vt ſint cum inſtrumento. Et, quia opinati ſunt Loquẽtes ꝙ id, quod eſt per accidens, ſit per ſe, negauerunt eſſe eius, & eſt difficile ſoluere ſermonem eorū: et exiſtimauerunt ꝙ ratio eorum ſit neceſſaria. Attamen hoc eſt manifeſtum ex verbis Philoſophorum. quoniam declarauit princeps Philoſophorum, & eſt Ariſtoteles, ꝙ, ſi motus haberet motum, non eſſet motus: &, ſi elementum haberet elementum, non reperiretur elementum. Et hic quidem modus infiniti non habet apud eos principium, nec finem, quare non eſt verum dicere de aliquo eius, ꝙ finiatur, neꝙ ꝙ ſit ingrediens ipſum eſſe in tempore præterito, nec finiet. quoniam omne, quod finitur, tam incepit, et quod non incepit, non finietur, & hoc etiam eſt manifeſtum ex eo, quod principium, & finis ſunt in prædicamento relationis. Quare ſequitur et, qui dicit ꝙ eſt infinitas in reuolutionibus orbis in futurum, vt nō ponat in eis principium, nam omne, quod habet principium, habet finem: hoc autem non habet finem: ergo nō habuit principium, & ſic eſt diſpoſitio in primo, & vltimo, ſcilicet quod omne habens principium, habet finem: & quod non habet principium non habet finem: & quod non habet finem, non eſt ceſſatio alicui partium eius in rei veritate, nec eſt principium alicui partium eius in rei veritate: & quod non eſt principium alicui partium ſuarum, non habet finem. Et ideo, cùm interrogauerunt Loquentes Philoſophos, ſi ceſſauerint motus, qui ſunt ante motum præſentem, reſponderunt ꝙ non ceſſauerint. nam ex poſitione eorum, ꝙ non eſt eis principium, non habent ceſſationem. opinio autem Loquentium, ꝙ Philoſophi concedunt ceſſationem eorum, nō eſt vera. quoniam non ceſſat apud eos, niſi id, quod incepit. Igitur declaratum eſt ubi ꝙ in rationibus, quas recitauit ex Loquẽtibus de innouatione mundi, non eſt ſufficientia ad tangendum gradum veritatis, & ꝙ non deueniunt ad gradum demonſtrationis: nec rationes, quas recitauit ex Philoſophis in hoc libro, perueniunt ad gradus demõſtrationis. & hoc eſt, quod intendimus declarare in hoc libro. Et melius quod poteſt cum eo reſponderi interroganti de eo, quod ingreſſum eſt ex operibus eius in tempore pręterito, vt dicatur ꝙ ingreſſum eſt ex operibus ſuis, ſicut ingreſſum eſt ex eſſe eius. ambo enim non habent principium. Id autem, cum quo reſpondit Alga pro Philoſophis circa contradictionem rationis, ꝙ ſit aliquis motuum orbũ velocior alio, & difficultatem ſeis, eſt hoc, quod dicit.

ALGAZEL.

Aıt Algazel. Si autem dicatur locus erroris eſt, cum dicunt, quod hæ reuolutiones ſunt collectio vnitatum: quia iſtæ non ſunt in rerum natura: pręteritum enim finitum eſt, futurum uero adhuc non reperitur: collectio autem innuit entia præſentia, & tamen non reperitur aliquid hic. Deinde dixit Algazel, in contradictione huius dicimus quòd numerus diuiditur ad par, & impar. & falſum eſt, vt excludatur numerus ab eis, ſiue numeratum remaneat, ſiue deficiat. cùm autem poſuerimus numerum ex numeris, neceſſe eſt credere quod non poteſt quiſpiam euadere, quin ſit par, aut impar, ſiue iudicauerimus eum eſſe, ſiue non eſſe. nam licet non reperiatur poſt eſſe, non deficit tamen hęc propoſitio, & nō mutatur. hęc eſt ſumma ſermonis eius.

Auerroes.

AVERROES.

Aıt Auer. Hic ſermo eſt verus in habente principiũ, & finem extra animam, ſeu in anima, ſ. ꝙ ſit iudicium intellectus de eo circa par, et impar hora priuationis, & hora eſſe eius. id autem, quod eſt in potentia, ſ. non habens principium, nec finẽ, non verificatur de eo, nec ꝙ ſit pàr, nec impar, neꝙ ꝙ incœpit, neꝙ ꝙ finietur, nec ingrediens in tempus præteritum, nec in futurum: nam id, quod eſt in potentia, eſt tanꝙ id, quod non eſt. et eſt id, quod voluerũt Philoſophi, cùm dixerint ꝙ reuolutiones, quæ fuerãt in præteritum, & in futurum non repertũtur. Diſpoſitio autem huius quæſtionis eſt, omne, quod denominatur eẽ collectio determinata, habens principium, et finem, aut denominatur in hoc ex eo, ꝙ habet principium, & finem extra animam, aut denominatur i hoc ex eo, ꝙ eſt in anima, nō autem extra animam. id autem, quod eſt ex eo totum in actu, & determinatum in præteritum in anima, & extra animam, eſt neceſſario aut par, aut impar. quod vero ex eis fuerit collectio non determinata extra animam, non erit quidem determinatũ, niſi ex eo, quod eſt in anima: anima enim nõ põt imaginari id, quod nõ finitur in eſſe ſuo, & denominatur etiam hoc modo ꝙ ſit par, aut impar: in eo vero quòd eſt extra animam, non denominatur nec par, nec impar. & ſic etiam eſt id, quod fuerit de eo in præteritum, & ponatur eſſe in potentia extra animam, ſcilicet quòd non habet principium, nec denominatur quòd ſit par, nec impar, niſi ponatur in actu, ſcilicet habens principium, & finem. ergo omnes motus non habentes totum, nec collectionem, ſ. habentes principium, & finem, niſi in eo, qđ eſt in anima, ſicut eſt diſpoſitio in tẽpore, & motu circulari, neceſſe eſt in natura eorum, vt non ſit nec par, nec impar, niſi fuerit ex eo, quod eſt in aia. Cauſa autem huius erroris eſt, qm̃ res, cùm fuerit in anima in vna denominatione, imaginatur ꝙ ſit extra animam in denominatiõe illa. Et, qm̃ nihil eſt eius, quod fuerat in pręteritum, quod imaginetur in anima, niſi finitum, exiſtimatur ꝙ omne, quod fuerat in præteritum, ſit ſic natura eius extra animã. Et, quoniã id, quod erit eius in futurum, adiuuat imaginatio quòd ſit infinitum ex eo, ꝙ imaginabitur pars poſt partem, ſicut exiſtimauit Plato, et ſecta Aſſaria ꝙ ſit poſſibile, vt ſint reuolutiones orbis in futurum infinitæ. Et hoc totum eſt iudicium imaginabile, non demonſtratiuum. & ideo fuit magis apprehendens radicem ſuam, & magis conferuans poſitionem ſuam ille, qui poſuit mundum habere principium, ponendo habere finem, vt fecerant aliqui Loquentium. Sermo autem Alga. poſtea ꝙ nos dicimus eis ꝙ non eſt falſum ſecundum radices veſtras ponere entia præſentia eadem in eſſe, diuerſa tamẽ in denominatione, & ſunt infinita, & ſunt animæ hominum ſeparatæ à corporibus hora mortis, quę ſunt entia non denominata, nec parta, nec imparia: ipſi autem negant quod dicitur contra hoc ſcientia neceſſaria, ſicut, cùm vos poſuiſtis deſtructionem dependentiæ voluntatis antiquæ innouationi neceſſariam, eſt ſermo in vltimitate mollitiei. Summa autem eius eſt, quòd non debet denegari id, quod dicimus de eo, quod eſt neceſſarium apud vos, quòd non ſit neceſſarium, poſtquam vos ponitis res poſſibiles, quarũ impoſſibilitatem ponit aduerſarius eſſe notam de neceſſitate intellectus. ideſt ꝙ, ſicut vos ponitis res poſſibiles, & aduerſarius opinatur quòd ſint impoſſibiles, ſic ponitis vos res neceſſarias, & aduerſarius ponit eas non eſſe neceſſarias. & non poteſtis in hoc toto adducere differentiam inter duas poſitiões. Et iam declaratum eſt in Logicis quòd huiuſmodi eſt diſputatio Rhetorica debilis, aut Sophiſtica. Attamen reſpõſio in hoc eſt, vt dicatur quòd id, quod ponitur notum, neceſſario eſt ſic in ſeipſo. Quod vero vos ponitis, quòd deſtructio eius ſit nota neceſſario, non eſt, ſicut vos ponitis. & non eſt via ad habendum differentiam eorum, niſi per virtum perfectæ naturalitatis. ſicut, cùm aliquis poſuerit aliquem ſermonem eſſe verſum, aliũ vero quod non ſit verſus, quod diſcernere hoc ſpectat ad virtum perfectæ naturalitatis ſcientia innata homini. Ponere autem animas abſq; materia multas numero eſt quid non notum ex opinionibus Philoſophorum. nam cauſa multitudinis numeralis eſt materia apud eos: cauſa vero diſtinctionis in multitudine numeralẽ eſt forma. Reperiri autem multa numero, eadem tamen forma abſque materia, eſt quid dubium. nam non cognoſcitur, nec diſtinguitur individuum ab individuo aliquo attributo, niſi per accidens, quoniam reperitur aliud, quod communicat et in attributo illo: diſtinguitur tamen individuum ab individuo ex parte materiæ. Etiam impoſſibilitas reperiendi infinitum et, quod eſt in actu, eſt radix nota ex opinionibus Philoſophorum, ſiue ſint corpora, ſiue nõ ſint corpora. & non reperitur aliquis, qui faciat differentiam inter habentem ſitum, & non habentẽ ſitum in hac re, niſi Auicenna tantum: alij vero omnes, non inuent aliquem eorum, qui hoc dicat. & non conuenit radici ſuæ; radicum: & eſt ex rebus vanis. nam Philoſophi denegant infinitum in actu, ſeu corpus, ſeu non corpus. quoniam ſequitur ex eo, ꝙ ſit infinitum maius infinito. Auicenna autem intendit blandiri vulgo in eo, in quo aſſueti ſunt audire de anima. Sed eſt ſermo paucæ ſufficientiæ, & blanditiei. nam, ſi eſſent infinita in actu, eſſet pars vt totum, ſcilicet cùm diuiſum fuerit infinitum in duas partes. verbi gratia ſi linea, aut numerus eſſet infinita in actu ex duobus lateribus, deinde diuidatur in duas partes, tunc eſſet quælibet partium infinita in actu, & totum eſt infinitum in actu. ergo totum, & pars, quælibet eorum eſſet infinitum in actu. & hoc eſt falſum. & hoc totum ſequitur, cùm ponitur infinitum in actu, non autem in potentia.

ALGAZEL.

Aıt Alga. Si autem dixerit opinionem Platonis eſſe veram. & eſt ꝙ anima ſit antiqua, & vna: diuiditur tamen in corporibus: &, cum ſeparatur ab eis, redit ad fontem, & radicem, & fit vna. Dicimus quòd hoc eſt magis abominabile, & magis abſurdum, & potius credi debet quod ſit contradicens neceſſitatis intellectus. Nam nos dicimus quod anima Socratis eſt alia ab anima Platonis. ſi enim eſſet eadem, ſequeretur inconueniens neceſſario, quoniam vnuſquiſque apprehendit animam ſuam, & bene ſcit quòd non ſit anima alterius. ſi autem eſſet eadem, eſſent æquales in ſcientes, quæ ſunt attributa eſſentialia animabus, ingredientia quidem cum animabus in omni relatione. Si vero diceritis quod ſit vna, diuiditur tamen circa alligantiam cum corporibus, dicimus diuidi vnum, non habens quidem magnitudinem, menſura aliqua in quantitate mentiabili eſt talium de neceſſitate intellectus. Et quomodo vnum fiet duo: immo mille: deinde redit in vnum. ſed hoc intelligitur de habente magnitudinem, & quantitatem: ſicut mare diuiditur in lacus, & flumina, & ad id redeunt id autem, quod non habet quantitatem, quomodo diuiditur? Et intento in hoc toto eſt declarare quòd ipſi non vicerunt aduerſarios ex opinione eorum de dependentia voluntatis antiquę in innouatione, niſi cum rationibus neceſſitatis innouantis requiſiti, quod hoc ſit poſſibile: & quod ipſi non poſſunt abſolui ab eo, qui ratiocinatur neceſſario cum eis in his rebus contra opinionem eorum, & non poteſt fugi, & euadi ab eo.

Cauſa multitudinis numeralis eſt ipſa materia, cauſa uero diſtinctionis in multitudine numeralẽ eſt forma.

AVEROES.

AIt Auer. Socrates est alius à Platone numero: et tamen ipse, et Plato sunt idem in forma, quę est anima. Si autem esset aia Socratis alia ab aia Platonis numero, licut Socrates est alius à Platone numero, tunc esset anima Socratis, & anima Platonis duæ numero, & eædem in forma, & esset aiæ aia. &, cū necesse fuerit, vt sit anima Socratis, & Platonis eadem in forma, & idem in forma, euenit et multitudo numeralis, i. diutiio propter materias, tunc, si anima non moritur ad mortem corporis, seu fuerit i ea aliquid huiusmodi, necesse est, cū leparetur a corporibus, vt sit vna numero. hæc autem icientia non est via adipiscendi eā in hoc loco. Sermo autem, quem fecit in destructione opinionis Platonis, est sophisticus. & summa eius est, quoniam anima Platonis aut est alia ab anima Socratis, aut est eadem: sed illa non est anima Socratis: ergo est alia. Attamen nomen alietatis est æquiuocum. hic etiam & identitatis nomen dicitur tot modis, quibus dicitur alietas. & anima quidem Socratis, & Platonis sunt eædem aliquo modo, & multæ aliquo modo: ac si diceres sunt eædem ex parte formæ, & multæ ex parte subie ti earum. Cum autem dixit ꝙ non imaginatur diutiio nisi in eo, quod habet quantitatem, est sermo tadus in parte, quoniam hoc est verum in eo, qđ diuiditur per se. & non est verum in eo, quod diuiditur per accidens: idest quod illud diuiditur per accidēs, qa est in diuisibili per se. diuisibile autem per se est corpus. exempi gratia diuisibile per accidens est, vt diutiio albedinis repertæ in corporibus, cum diuiditur corpus per se: & hę formæ, & animæ diuiduntur per accidens, idest per diuisionem subie ti earum. Anima autē præ cæteris assimilatur lumini: &, sicut lumē diuiditur ad diuisionem corporū illuminatorū, deinde fit vnum in ablatione corporum, sic est res in animabus cum corporibus. Et adducere hoc in his demōstrationibus est turpe. nam reputatur de eo, ꝙ non sit homo talis, ꝙ hoc eum lateat. sed volunt cum hoc blandiri hominibus sui temporis & est remotum a moribus eorum, qui intendunt paretacere veritatem. Et forte iste vir habet excusationem ex tempore, & loco suo, sicut discernitur in libro suo. Et, quoniam isti sermones non adiuuant ad veritatem aliquam, dixit & intentum ex hoc toto est declarare ꝙ ipsi non vicerunt aduersarios ex opinione eorum de dependentia voluntatis antiquæ in innouatione, nisi cum rationibus necessitatis innouantis requisit. & ipsi non possunt absolut ab eo, qui ratiocinatur demonstratiue cum eis in istis rebus cōtra opinionem eorum, & non potest euadi ab eo. Ego autem dico ꝙ qui ratiocinatus est de eo, quod est notum per se ꝙ sit tale aliter ꝙ sit, nō reperitur sermo, cum quo possumus absolui ab eo. Nam omnis sermo declaratur cū rebus notis, quibus æqualiter ambo credunt aduersarij. &, cum ratiocinatus est vnus aduersariorum in omni sermone ꝙ sit aliter ꝙ sit, ille, quem posuit aduersarius, non erit tibi via contradicendi ei, sed talis est extra speciem humanam, et sunt homines, quos debemus corrigere, & castigare. Qui vero ratiocinatus est i per se noto ꝙ non sit per se notum propter errorem ingredientē in eo, hic quidem est ei medela. et est soluere dubitationem iam. Attamen qui non concedit per se notum, quia est imminutus in naturalitate, hic quidem non est eum aliquid docendum, nec corrigendum. nam est, sicut ille qui imponit cæco, vt sciat designationem colorum, & eorum esse.

ALGAZEL.

AIt Alga. ratiocinans pro Philosophis. Si aūt dixerit hoc conuertitur contra vos. qñ Deus glorię creationem mundi poterat eū creare mensura anni, aut duorum annorum, & non est finis posse eius: & quasi expectauit, & nō creauit, deinde creauit: tunc tempus dimissionis aut fuit finitum, aut infinitū. si dixeritis finitum, ergo eē creatoris fuit finitum. si vero infinitum, ergo finita est mensura, in qua sunt possibilitates infinitæ, & ambo falsa. Dicimus ꝙ mensura, & tempus sunt creata apud nos. & nos declarabimus verificationem responsionis ad hoc, cùm loquemur de secunda ratione eorum.

AVEROES.

AIt Auer. Plurimi eorum, qui dixerunt innouationē mundi, dixerunt innouationem temporis cum eo. Quare, cum dixit ꝙ mensura dimissionis aut est finita, aut infinita, est sermo non verus. nam quod non habet principiū, non cessat, nec finit: & etiā qñ aduersarius non confitetur ꝙ sit dimissioni mensura. Quod vero debet dici eis, est vtrum sit possibile vt innouatio tēporis sit extremitas eius, quæ est eius principium, longior ab instante, in quo sumus? aut impossibile? Si dixerint impossibile, tunc posuerūt mensuram terminatam, qua maior non potest imaginari ab agente. & hoc est falsum, & abominabile apud eos. Si vero dixerint ꝙ sit possibile vt sit extremitas eius longior ab instante extremitatis creatæ, dicatur eis, vtrum sit possibile in hac extremitate secunda, vt sit extremitas longior ea? Si dixerint sic, & non euadent ab hoc, dicatur eis ergo hic est possibilitas innouationis mensurarum infinitarum numero, & sequitur vobis, vt sit cessatio earum secundum vos in reuolutionibus conditio requisita in innouatione mensuræ temporalis, quæ est ex eis. Si autem dixeritis quod id, quod est infinitum, non cessat, tunc id, quod sequitur secūdum vos aduersario in reuolutionibus, sequitur vobis in possibilitate mensurarum temporum, quę innouantur. Si autem dixerit ꝙ sit differentia inter ea, quoniam possibilitates illæ infinitæ, quæ sunt in mēturis, non exierunt in actū, & possibilitates reuolutionum infinitarū iam exierunt in actum, dicitur eis ꝙ possibilitates rerum sunt ex eis, quæ connectuntur rebus, siue sint præcedentes res ipsas, siue cum eis, vt tenent aliqui, & sunt necessario numerantes res ipsas. Si autem falsum est reperiri reuolutiones infinitas ante reuolutionem repertam in instante, tunc erit falsum reperiri possibilitatem reuolutionū infinitarum: nisi quòd posset dicere aliquis quòd tempus est terminatum mensura, idest tempus mundi: & impossibile est reperiri tempus maius eo, & minus eo, vt Philosophi dicunt de mensura mundi. & ideo isti sermones non sunt demonstratiui. Quare esset magis cautum dicenti mundum esse creatum ponere tempus terminatum mensura, & non ponere possibilitatem ante id, quod est possibile, & ponere etiam magnitudinem finitam. sed magnitudo habet totum, tempus vero non habet totum.

ALGAZEL.

AIt Alga. recitans de Philosophis in eo, ꝙ negarunt aduersario, ꝙ sit ex per se notis retardari actionem antiqui antiquo, aliqua specie rationum in hac propositione. Si autem dixerit, quare negatis dimittenti rationes necessitatis, & adducenti rationem eis ex aliis modis? &c. vsq; & non discernitur, & cognoscitur res à suo simili in aliquo.

AVEROES.

AIt Auer. Sūma eius, quod recitauit ipse de Philosophis in hoc capso, est in adducēdo rationē, ꝙ impossibile sit reperiri innouatum ab agente æterno ex eo, quòd impossibile est vt sit ibi voluntas. Attamen hæc quæstio est eis congrua, cùm cōcesserint aduersario ꝙ opposita omnia sunt indifferentia respectu ad voluntatem antiquā, tam id, qđ fuerit ex eis i tēpore,

pore, vt prius, & posterius, & tam id, quod est in qualitate contracta, vt albedo, et nigredo: & sic priuatio, et esse sunt apud eos indifferētia respectu ad voluntatem primam. &, qm̄ concesserunt hanc propositionem aduersario, licet non teneant eam, dixerunt eis ꝙ de natura voluntatis est non inclinare magis actionem vnius duorum indifferentium præ alio, nisi ex aliquo appropriante. & est causa, quæ reperitur in vno duorū, quæ non reperitur in alio. sin autem, tunc esset vnum duoꝝ indifferentium casu, et fortuna. Philosophi aūt cōfitentē eis hunc sermonem. nam, si esset voluntas ab æterno, tunc esset possibile fieri inouatum ab antiquo. &, cùm nō potuerint Loquentes respondere, coacti sunt ad dicendum ꝙ voluntas antiqua sit attributum, cuius natura sit distinguere rem ab indifferenti absque eo, ꝙ sit ibi approprians inclinans actionem vnius duorum indifferētium præ alio: sicut caliditas est attributū, cuius natura est calefacere, & scientia est attributum, cuius natura est apprehendere scitum. Attamen eis respondet aduersarius ex Philosophis, hoc est falsum, & non potest imaginari esse eius, qm̄ duo indifferentia, quæ apud volentem sunt æqualiter, non pendet actio eius magis in vno q̄ in alio, nisi in eo sunt differentia, idest in eo, qđ est in vno eoꝝ attributum, quod nō est i alio. cū vero fuerint æqualia oībus modis, & non fuerit ibi appropriās oīno, tunc voluntas pēdebit in eis æqualr, &, cùm pēdebit in eis æqualiter, & ipsa fuerit cā actionis, non est dependentia actionis in vno eoꝝ magis q̄ in alio. & tunc aut pendet in duabus actionibus simul, aut non pendet neq; in vno eoꝝ, & ambo sunt falsa. In primo aūt sermone quasi cōcederent eis, ꝙ oia sunt simulta respectu ad agens primum, & sequitur eis vt sit ibi approprians prius eo. & hoc est falsum. Et, quia respondent ꝙ voluntas sit attributum, cuius natura est discernere, & cognoscere sse à sibi, in eo ꝙ est sibe, contradixerunt eis, ꝙ hoc non intelligit, nec est qđ intellectuale de voluntate, & quasi negauerunt eis radicem, quā iam cōcesserunt. Hęc est summa huius capituli, & est pmutatio sermonis à quæstione prima ad sermonē de voluntate: permutatio autē est operatio sophistica.

ALGAZEL.

AIt Alga. respondens pro Loquentibus circa affirmationē voluntatis. Dubitatio aūt est dupliciter, Primo quidem, cùm dixerint hoc, nō potest imaginari: nam an scitis hoc de necessitate, aut speculatione, aut impossibile est ratiocinari aliquod eorum, vsque ad affirmare attributum, cuius natura est appropriare rem suo indifferenti?

AVEROES.

AIt Auer. Ista disputatio includitur in duabus rebus. Prima est, quia ipse concedit, ꝙ voluntas, quæ apparet nobis, non est verum de ea dicere ꝙ distinguat rem à simili, in eo ꝙ est simile. & ratio intellectualis iam cogit, vt sit attributum tale in agente primo, & id, quo existimatur impossibile esse attributum tale, est, sicut existimatur ꝙ non est hic ens, nec infra mundum, nec extra. Et secundum hoc voluntas attributa ipsi Deo glorioso, & voluntas hominis erūt dictæ æquiuoce, sicut est in nomine scientiæ, & aliis attributis, quoꝝ esse i æterno, nō est prout est in inouato: appellamus tñ eam voluntatem in lege. Attamen apparet ꝙ finis gradus huius disputationis est topicus. qm̄ demonstratio, quæ induxit ad affirmandum attributum tale in hac re, i. ꝙ appropriet simile in esse à nō simili, est positio voltorum similium, & tamē nō sunt similia: immo etiam sunt opposita, positq; omnia opposita reuertuntur ad esse, & priuationem, quę sunt in vltimitate oppositionis, quæ est repugnans similitudini. et positio eorum, ꝙ res in quibus pendet voluntas, sint similes, est positio falsa: & sermo erit de hoc posita. Si autē dixerint, nos autem diximus ꝙ sunt similia respectu ad volens, postq; fuerit remotum ab intētionibus: intentiones. n. sunt, quæ appropriant rem magis vni actioni, q̄ alteri: dicimus ꝙ intētiones, quæ sunt ex eis, quibus perficitur subsistantia volentis, vt intentio nr̄a, qua pēdet voluntas nostra in rebus, sunt talis de Deo, qm̄ voluntas talis est desydertum rei ad perfectionem apud diminutionem repertam in subsistantia volentis. intentiones vero, quæ sunt in subsistantia volti, nō ex eo ꝙ aliquid volti peruenit volenti, quod non fuerat in eo, sed hoc peruenit volto tm̄, vt exitus rei à priuatione ad esse, non est dubium ꝙ esse est melius sibi, q̄ priuatio, i. rei exeunti. & hæc est dispositio voluntatis primæ cum entibus. qm̄ ipsa eligit semper eis melius duorum oppositorum: & hoc essentialiter, & primo, et hæc est vna specierum disputationis, quas includit hic sermo. Secunda vero est, quia ipse non concedit hoc attributum voluntatis, quæ est in apparentia nobis, & conatus est affirmare ꝙ reperiatur in nobis i rebus similibus voluntas, quæ eligit rem prę simili. & adduxit ad hoc exemplum, vt si ponantur ante aliquē duo dactyli similes omnimode, & consyderat ꝙ impossibile est eos simul capere, & consyderat ꝙ non imaginetur apud eum inclinans ad aliquem eorum, & ipse procul dubio eliget vnum eorum in capiendo. Quod quidem est sophisticum. Nam, cùm posuerit aliquod tale, & posuerit volentem, quem induxit necessitas ad comedendum dactylum, seu ad capiendum, tunc captio quidem vnius duorum dactylorum in hac dispositione non est distinguere simile à simili, sed est tenere simile loco similis: & quemcunque eorum acceperit, peruenit ei voltum, & erit adimpleta eius intentio: & voluntas sua erit pēdens in electione capiendi vnius eorum, potius q̄ in diminutione absoluta. non autem in captione vnius eoꝝ, & electione eius, potius q̄ in dimissione alterius, i. cum ponantur intentiones in eis æquales, quoniam ipse non eligit accipere vnum eoꝝ, quodcunque sit, & inclinat eum ad reliquendū illud. et hoc est manifestum per se, nā electio vnius eorum præ alio est inclinatio vnius eorum præ alio, & impossibile est vt inclinet ad vnum duorum simi tum præ alio, in eo ꝙ est simile. si autem fuerint in esse suo, in eo ꝙ sunt duo indutdua, non sunt similia. nam omnia duo individua, differt vnum eorum ab alio aliquo attributo appropriato ei. ergo, si posuerimus voluntatem pendere in aliqua re appropriata alicui eorum, tūc imaginatur esse voluntas in aliquo eorum præ alio, propter differentiam repertam in eis. igitur non erit pendens voluntas in duobus similibus, in eo ꝙ sunt similia. Hęc est dispositio rei, quam narrant de primo modo dubitationis. Deinde recitant Alga. secundum modum dubitationis in eo, quod dixerit non reperiri attributū, quod distinguet vnum similium ab alio, & dixit.

ALGAZEL.

AIt Alga. Et modus Secundus dubitationis est, quia nos dicimus, vos autē in opinione vestra estis indigentes appropriatione rei præ simili, quoniam mundus est à causa sua cautante cum in dispositione propria cum affirmatione differentiarum eius: & quare appropriatur aliquibus modis: & talitas differentiæ rei a simili in intel ectu, aut in necessitate naturaliter, aut cōsuetudine non differt, & vsque ad, cui autem affirmatio finis in eo, potius q̄ mutatio finis, et hoc est, quod non potest euadi ab eo.

AVEROES.

AIt Auer. Proueniet ex hoc sermone ꝙ oporteat de necessitate Philosophos cōfiteri ꝙ sit ibi aliquod attributū agens mundi, approprians rem

prę ſimili. nam ipſi tenent ꝙ mundus põt eſſe maior q̃ eſt, aut minor. &, cũ ſic fuerit, ſunt ſiles circa eſſe eius. Si aũt dixerint Philoſophi ꝙ mũdus poſſibile eſt vt ſit in figura ſibi propria, & quantitate corporum appropriatorum, & numero appropriato, & ꝙ hæc aſſimilatio non imaginatur, niſi in tempore innouationis, & ꝙ non ſit ibi hora, in qua fuit innouatio mundi dignior alta, dicitur eis ꝙ iã poſſibile fuerat eis reſpondere huic ꝙ creatio mundi fuit in hora digniori, ſed appropinquantur eis duo ſimilia, inter quæ impoſſibile eſt Philoſophis ponere differẽtiam: quorum vnum eſt appropriatio partis motus, qui eſt in orbibus: ſecundum vero appropriatio loci polorum orbium, qm̃ omnia duo puncta oppoſita, quæ poſuerimus in linea protracta ab vno eorum ad aliud, tranſiens per centrum ſphęræ, poſſunt eſſe poli. appropriatio autem duorum pũctorum præ cæteris punctis, quę poſſunt eſſe poli eiuſdem ſphæræ præ cæteris punctis, quæ ſunt in illa ſphæra, non erit, niſi ex attributo appropriãte vnum duorum ſimilium. Si vero dixerint ꝙ non eſt verum vt omnis locus ſphæræ poſſit eſſe locus polorum, dicitur eis ſequtur uobis ſm hanc radicem ꝙ nõ erit ſimiliũ partium: & iã vos dixiſtis in multis locis ꝙ eſt ſimplex, & propter hoc fuit et figura ſimplex, & eſt rotũda. Vltertius, ſi poſuerint ꝙ ſint ibi loca non ſimiha, dicetur eis quomodo ſunt diſſimiles naturaliter ſan ex eo ꝙ ſunt corpus, aut ex eo ꝙ ſunt corpus cœleſte? & nõ põt eſſe pri uatio ſimilitudinis his duobus modis. Dixit &, cũ ſic fuerit, ſicut ſtat apud eos, dicere ꝙ horæ in innouatione mundi ſunt ſimiles, ſic bene ſtat aduerſario dicere ꝙ omnes partes orbis ſunt æquales, vt ſint poli. & non vt detur ꝙ hoc appropriatur eis in vno ſitu præ alio, nec in vno loco præ alio. & hæc eſt declaratio huius quæſtionis, & eſt rhetorica: nam multa, quæ apparent demonſtratiue eſſe neceſſaria, ſunt primo aſpectu poſſibilia. Attamen reſponſio apud Philoſophos eſt ꝙ ipſi opinantur tatiſe apud eos demonſtrationẽ, ꝙ mundus ſit cõpoſitus ex quinq; corporibus, corpore ſcilꝫ neq; graui, neq; leui, & eſt corpus cœleſte rotundum, quod mouetur circulariter, & quatuor corporibus: quorum duo ſunt ſicut extrema: nam vnum eſt graue abſolute, & eſt terra, quæ eſt centrum corporis circularis, & alterum eſt leue abſolute, et eſt ignis, q eſt in concauitate orbis circularis & ad, quod ſequtur terrã, & eſt aqua, eſt graue in cõparatione ad aerẽ, & leue quidẽ in cõparatione ad terrã: & aſſociat aquæ aer, & eſt leuis in comparatione ad aquã, & grauis in cõparatione ad ignem. Et cã ꝙ terræ ſit grauitas abſolute, eſt quia eſt in vltimitate remotionis a motu circulari: & ideo fuit centrũ fixum. Et cauſa leuitatis ignis abſolute eſt, qa eſt in vltimitate appropinquationis motui circulari, et corpora, quę ſunt inter ea, reperitur eis vtrũq; ſimul, ſ. grauitas, & leuitas, qa ſunt in medio inter duo extrema, i. locum longiorẽ, & locum propinquiorẽ. &, niſi eſſet corpus circulare, non eſſet ibi nec graue, nec leue naturaliter, nec ſurſum, nec deorſum naturaliter, nec abſolute quidem, nec reſpectiue, nec eſſent diuerſa naturaliter, adeo ꝙ terra, exẽpli gratia, de natura eius eſt vt moueaĩ ad locum appropriatũ, et ignis de natura eius ẽt eſt vt moueatur ad alium locum, & ſic quod eſt iter ea ex corporibus, et mũdus eſt finitus ex parte corporis circularis. corpus enim circulare eſt finitũ ex ſe, & natura ſua ex eo, ꝙ id cuius ſuperficies vna circularis: corpa vero rectaꝝ dimenſiõ. im non ſunt finita ex ſe, cũ poſſit eſſe in eis additio, & diminutio. ſunt tñ finita, quia ſunt in medio corporis, cui impoſſibilis eſt additio, & diminutio & ideo eſt finitum ex te. & propter hoc impoſſibile eſt vt ſit corpus circuens mundum, niſi circulare. ſin autẽ, requeretur vt corpora auſ finiantur ad alia corpora, & procedet in infinitum, aut finiantur in vacuum. & iam declarata eſt impoſſibilitas amboꝝ ſimul, Qui aũt imaginatus fuerit hoc, ſciet ꝙ omnis mũdus, qui ponitur, impoſſibile eſt vt ſit, niſi ex iſtis corporibus, & ꝙ corpora aut erunt circularia, & erunt nõ grauia nec leuia, aut recta, et erunt grauia aut leuia, ſ. ignis, aut terra, aut quod eſt inter ea, & ꝙ iſta non ſunt, niſi circularia, aut in continente circulari: quoniam omne corpus aut mouetur à medio, aut ad medium, aut circa medium: & ꝙ in motibus corporum cœleſtium eſt dextrum, & ſiniſtrum, & cõmiſcentur corpora quatuor, & fiunt ex eis oẽs generationes contrarię, & ꝙ iſta quatuor corpora contraria non deficiunt eſſe propter motus illos in generatione continua, & corruptione continua, i. in partibus ſuis. qm̃, ſi deficeret aliquis horꝝ motuum, tunc corrumperet hęc ordinatio, et proportio. nã manifeſtũ eſt ꝙ hæc ordinatio neceſſe eſt vt ſit conſequens numerum repertum in iſtis motibus. ſi enim eſſet magis, aut minus, peruerteretur hæc ordinatio, aut eſſet alia ordinatio, & numerus horꝝ motuum aut eſt de neceſſitate ad eſſe eius, quod eſt hic, aut ad bene eſſe. Et hoc totum non expectes hic declarari demonſtratiue, ſi autẽ fueris ex hominibus demonſtrationis, ſpeculare de his in locis ſuis. & audi hic ſermones, qui ſunt magis ſufficientes ſermonibus iſtoꝝ: &, ſi non fecerint te adipiſci veritatẽ, facient tñ te adipiſci dñium cogitationis, ꝙ mouebit te ad habendum veritatem in ſpeculando in ſcientijs. Nam conſydera ꝙ quilibet orbis orbium cœleſtium eſt viuens: qm̃ ſunt habentes corpora determinatę menſuræ, & figuræ, & mouẽi ex ſe ex partibus determinatis, non ex quacunq; ſit: & oẽ, quod eſt tale, eſt viuẽs neceſſario. ſ. nos, cum videmus corpus determinatę quantitatis, & qualitatis moueri in loco ex ſe à parte determinata, nõ propter aliquid ab extra, nec ex quacunq; parte ex partibus, & mouetur ſimul ad duas partes oppoſitas, ſententiabimus deciſiue ꝙ ſit viuẽs. Diximus aũt non propter aliqd ab extra, qm̃ ferrũ mouetur ad magnetem, cũ occurrit ei magnes ab extra, ac etiam quia mouetur ad eam à qualibet parte partium. Et, cùm verificatum fuerit hoc, ergo corpora cœleſtia habent loca, quæ ſunt poli naturaliter: & impoſſibile eſt vt ſint poli præter illa loca. ſicut animalia, quæ ſunt hic, habẽt membra propria in locis proprijs corporis, & in eoꝝ operationibus proprijs, & impoſſibile eſt vt ſint in alijs locis eoꝝ, ſicut membra motus, quę ſunt in locis determinatis animalis. poli aũt ſunt in animali circulari in gradu horum membroꝝ, ſ. ꝙ ſunt mẽbra motuum. Et nulla eſt differentia in hoc inter animalia rotundi corporis, & non rotundi, niſi ꝙ iſta mẽbra differunt in animali non rotundo figura, & potentia, & in animali rotundo differunt potẽtia tm̃: quare exiſtimatur in eis primo aſpectu ꝙ non differant, & ꝙ poſſibile ſit vt ſint poli in orbe, quęcũq; puncta fuerint. Et quẽadmodum, ſi aliquis dixerit ꝙ hic motus in hac ſpecie animalis, i. quę eſt hic, poſſibile eſt vt ſit in quocunq; loco eius, et ꝙ ſit in loco, vbi eſt in alia ſpecie animaliũ, eſt dicendum: quoniam datum eſt omni animali motum fieri in locis conuenientibus naturæ illius animalis, aut in loco tali, & in alio non poteſt fieri motus illius animalis: ſic eſt diſpoſitio in diuerſitate corporum cœleſtium in locis polorum ex eis. nam corpora cœleſtia non ſunt eadem ſpecie, plura vero numero, ſed ſunt plura ſpecie, vt individua animaliũ diuerſoꝝ, licet non reperiaĩ illius ſpeciei niſi vnũ individuum tm̃. Et hæc eadem rñſio eſt, quæ dicitur in reſpõſione, quare cœli mouentur ad partes diuerſas. nam ex eo, ꝙ ſunt aĩalia, neceſſe eſt vt moueantur ex partibus determinatis, ſicut eſt in dextro, & ſiniſtro, & ante, & retro, quæ ſunt partes determinatæ in motu aialis, niſi ꝙ ſunt diuerſa in

De compoſitione Mundi ſimplicium.

Si deficeret aliquis cœleſtium motuũ corrumperetur hæc ordinatio, & proportio. Idem lib. de ſubſtantia orbis cap. 4. Vide oppoſitum 12. Met. 41. Vide contr. Zim.

Corpora cœleſtia nõ ſũt eadem ſpẽ. Idem lib. de ſubſtantia orbis capitu. 5. Vide oppo. 2. coꝛ. 49. & 50. cõ. Vide cõtra. Zim.

in animalibus diuerſis figura, & potentia, & ſunt diuerſa in corporibus cœleſtibus potẽtia. et ideo poſuit Ari. ꝙ in cœlo ſit dextrum, & ſiniſtrũ, ante, & retro, & ſurſum, & deorſum. Diuerſitas autem corporũ cœleſtium in partibus motuum eſt, quia differunt ſpecie: & eſt quid proprũ eis, ſ. ꝙ differant ſpecies eoꝝ propter diuerſitatem partiũ motuum eoꝝ. Et cõſydera corpus cœleſte primum eſſe vnũ aĩal, cui determinauit natura ſua ſeu ad neceſſitatẽ, ſeu ad bene eſſe, vt moueatur ſm oẽs partes ſuas vno motu ab oriente in occidẽs: alij vero orbes, determinauit natura eoꝝ, vt moueantur contra hunc motum. & pars orbis totius, quam determinauit natura, eſt melior oĩbus partibus, cùm hic orbis fuerit melior oĩbus orbibus, & totis melius mobilibus oporter, vt ſit et pars melior. Et hoc totũ declaratũ eſt hic modo rhetorico: in locis aũt propriis declaratũ eſt demonſtratiue. ſi ergo dilexeris eſſe ex hoĩbus demonſtrationis, perquire ea in loco proprio. Et, cùm ſcieueris hoc, nõ erit tibi difficile debilitare rõnes, quibus rõcinatus eſt Alga. cũ fuerint duo motus diuerſi ſiles in cõparatione ad quẽlibet orbẽ orbium cœleſtiũ, & in cõparatione ad id, quod eſt hic. qm̃ apparet primo aſpectu ꝙ motus orientalis poſſit eſſe alijs præter orbẽ primum, & ꝙ motus occidentalis poſſit eſſe et, & hoc (vt diximus) eſt, vt ſi quis imaginatus fuerit ꝙ pars motus in Cancro ſit pars motus in hoie, & non eueniat hæc exiſtimatio de Cãcro, & hoie propter diuerſitatem figuræ in eis: euenit vero orbibus cœleſtibus, quia ſunt concordes in figura. & q cõſyderauerit in aliquo facto factoꝝ, non declarabit ei ſcientia eius, niſi cũ declarata fuerit ei ſcięntia intenta in illo facto, et finis intẽtus in eo. &, cũ non ſciuerit oino ſcientiam eius, poſſibile erit vt exiſtimet ꝙ poſſibile ſit reperiri hoc factũ, licet ſit in quacũq; figura fuerit, & in quacunq; ꝙntitate, & quocunq; ſitu partium, & in quacũq; cõpoſitione. hoc idẽ euenit Loquẽtibus, de corpore cœleſti. Et oĩa iſta ſunt cogitationes primo aſpectu, & ſicut qui opinatus fuerit hoc in factis, ignorat facta, & factorem, ſed habet in eis opiniones nõ veras, ſic ẽt eſt diſpoſitio ſ creatis. Et aduerte huic radici, & non acceleres in iudicando creaturas Dei glo. primo aſpectu, & eris ex eis, de quibus dicit, tu es ꝓpe os eoꝝ, & longe ab interioribus. Illuminet Deus glo. oculos nr̃os lumine ſcientiæ ſuę, & auferat à nobis velamina ignorantiæ. nã ipſe eſt tribuens ſcientias: & noticia operationũ propriaꝝ corporum cœleſtium eſt noticia facientis ea, quem inſpexit Abraã. requieſcat in pace, cùm dixerit factens cœlum, et terram: & nos transeramus ad ſermones Alga. in motibus.

ALGAZEL.

Alt Alga. Secũdum vero conſequẽs conſyderaĩ ex parte diuerſitatis motuũ orbium: aliqui qdem ex oriente in occidẽs, & aliqui ecõtra, &c. vſque ad poſſibile eſt aduerſario afferre rationes diuerſitatis in rebus, & diſpoſitionibus.

AVERROES.

Alt Auer. Non latet aũt te Rhetorica in hoc ſermone, ex eo, quod p̃ceſſit, ac etiã eius reſpõſio, & ꝙ hoc totum eſt eius, qui non intelligit naturas illas excellas, & operationes nobiles, quæ fiunt ex eis, & aſſimilat ſcientiã Dei glo. ſcientię hois ignorantis. Et, cũ dixit ſi aũt dixerint duæ partes oppoſitę ſunt contrariæ, & qũo fient æquales, dicimus ꝙ hoc eſt, ſicut id, quod dicitur, ꝙ ante, & poſt in mutatione mundi ſunt contraria, & quomodo ponitur aſſimilatio eorum. Id aũt, quod exiſtimauerunt, ꝙ ſit notum eſſe ſimilitudinem horarum diuerſarum in comparatione ad poſſibilitatem eſſendi, et ad omne congruũ, quod imaginatur poſitio eius in eſſe, & ſic etiam eſt nota æqualitas diſpoſitionũ, & ſituum, & locoꝝ, & partiũ in cõparatione ad congruũ et, illud eſt ſermo manifeſti erroris ex ſe. nã, ſi conceſſum fuerit ꝙ poſſibilitas eſſe hois, & priuatiõis ſit æqualis in materia, ex qua cauſatus eſt hõ, & ꝙ hoc ſit ratio ad probandũ ꝙ ſit inclinãs factẽ eſſe, & non priuationẽ, tunc non eſt poſe imaginari ꝙ poſſibilitas videdi, & nõ videndi ipſius oculi ſit ęqualiter. nã nemo põt ponere ꝙ partes oppoſitæ ſint ęqualeſ, ſed debet ponere ꝙ recipiens ea eſt indifferẽs, & ſequuntur ex eis oppoſitiones indifferentes. & ſic ante, & poſt, quæ ſunt ſimilia, ex eo ꝙ hoc eſt ante, hoc vero poſt, poſſibile eſt tñ vt ponat ꝙ ſint ſimilia circa receptionẽ eſſe. Attamẽ hoc totũ non eſt verũ. nã quod in eſt oppoſitis, eſſentialiter eſt, vt recipiẽtia eoꝝ ſint diuerſa: ꝙ aũt recipiens actionẽ contrariorꝝ ſit vnum in vna hora hoc eſt impoſſe. Philoſophi aũt non tenẽt poſſibilitatẽ eſſe rei, & priuationis æquaĩter in vna hora, ſed tempus poſſibilitatis eſſe eſt aliud à tẽpore priuationis, & hora apud eos eſt cõditio requiſita in innouatione eius, qđ innouatur, & in corruptione eius, quod corrumpit. Si aũt eſſet tempus poſſibilitatis eſſe rei, & tẽpus priuationis idem, i. in materia rei propiqua, erit eſſe eius corruptio poſſibilitatis priuatiõis eius, & erit poſſibilitas eſſe, & priuationis ex parte agentis: nõ autem ex parte recipientis. Et ideo, q conatus eſt ex hac via affirmare agens eſt termo ſufficiens, cũ eſt rhetoricus, & topicus, non demõſtratiuus licet exiſtimatum fuerit in Altarabio, & Auicena ꝙ ipſi procellerint hac via ad probandum ꝙ ois actio habeat agens: et eſt ita, qui non procellerunt Antiqui: & profecto ſecuti ſunt iſti duo viri in hoc Loquentes nr̃ę gentis. Attamen quo ad innouationẽ totius apud tenentem innouationem eius non imaginatur qdem in eo antecedens, nec ſubſequens, qm̃ antecedens, et ſubſequẽs in horis imaginantur in comparatione ad inſtans p̃ſens: &, cum non fuerat ante creationem mũdi apud eos tẽpus, quo modo imaginatur vt p̃cedat inſtans ipſum, in quo creatus eſt mundus: et non poteſt demonſtrari hora in creatione mundi: qm̃ antea aut non fuerat tempus, aut fuerat tẽpus infinitum: & ambobus modis nõ demonſtrat ei hora propria, in qua pendeat voluntas, & ideo hic liber nomẽ proprium ſibi congruũ p̃ æ cæteris eſt Deſtructio ſimpliciter, nõ deſtructio philoſophãdi. nã quod tacit adipiſci icumbente ei eſt deſtruere, & deuaſtare ſnias. Et, cũ dixit ſi aũt fuerint ei poſſibiles rõnes diuerſitatis cum ſimilitudine, conueniunt aduerſario rõnes diuerſitatis in rebus, et diſpoſitionibus, i. verificatum fuerit Philoſophis ponere diuerſitatẽ in partibus motuũ, verificaĩ et aduerſario ponere diuerſitatẽ in tẽpibus cũ credulitate ſimilitudinis in eis. Attamen hæc eſt contradictio ſm ſermonẽ dicentis, non ſm rem ipſam, cùm conceſſi proportio inter partes oppoſitas, & tempora diuerſa. & huic contradicit pportio in hac mutatione tẽporum, & partium. & aduerſario eſt ponere æqualitatem inter eos in rõne diuerſitatis, aut ratione ſimilitudinis, quare oĩa iſta ſunt ſermones topici.

ALGAZEL.

Alt Alga. Dubitatio aũt Secũda p radice rõnis eoꝝ eſt vt dicaĩ, vos negatis emanationẽ prouenientẽ ab antiquo, & in impoſſibile eſt vobis abiũ cõſtitutione eius. Nã in mundo ſunt innouationes, & habẽt cauſas. ſi aũt innouationes illæ procellerint ad alias innouationes, & ſic in infinitũ, eſt falſum. & hoc nõ eſt id, quod cogitet aliqs intelligẽs. Si autem hoc eſſet poſſibile, eritis ablq; neceſſitate concedendi agens, et affirmare neciũ in eſſe, quod eſt ſuſtentaculũ innouationũ poſſium. &, cũ innouationes habuerit extremitatẽ, ad quã deueniat, poſtea eaꝝ, tunc illa extremitas erit antiquũ ipſm. ergo nõ euadet ſm radicẽ vestrã, qn permittamus emanationẽ innouatã ab ętemo.

AVEROES.

AIt Auer. Si vellent Philosophi ponere ens antiquum in esse propter ens, quod innouatur, hoc modo interendo rationem, scilicet si posuissent ꝙ innouatum, in eò ꝙ est innouatum, emanat ab æterno, tunc esset eis refugium exonerandi se à dubitatione in hac disputatione. Sed debes scire ꝙ Philosophi pmittunt esse innouatum ab innouato in infinitum per accidens, cum fuerit hoc reiteratum in materia cõprehensa finita: vt ꝙ sit corruptio corrupti in eis conditio requisita in eê secundi tm. v.g. qm̃ est necesse apud eos vt homo ab homine generetur, cum conditione, ꝙ corrumpatur homo præcedens, ita ꝙ sit materia, ex qua generetur tertius. verbi gratia ꝙ imaginẽtur duo homines, quorũ primus fecit secundum ex materia hominis corrupti: &, cum fuerit homo secundus, tplemet homo primus corrumpitur, et facit homo secundus ex materia eius hominem tertium, iterum corrumpitur homo secundus, & facit ex materia eius homo tertius hominem quartum. Nam potest imaginari in duabus materijs posse fieri actionem in infinitum, ablatꝙ eo ꝙ sequatur inde tallitas. & hoc tantũ, quantum remanet agens. Cum hoc agens non fuerit et principiũ, nec finis in esse suo, tunc hoc actio non habebit principium nec finem, vt declaratum est superius. Et sic accidit imaginari in eis in tempore præterito, s. cum præcesserit hominem homo, qui eum fecerit, & homo corruptus, & ante hoiem illum homo, qui eum fecerit, & homo corruptus. nam or tale, cùm substentat in agente antiquo tunc est in natura circuli, in quo impossibile est esse quadratum. Si vero fuerit homo ab homine ex materijs infinitis, & possibile est vt addantur additione infinita, tunc erit totum: qm̃ esset possibile reperiri materiam infinitam, et repertetur quiddam totum, quod non finiretur: quoniam, si reperiretur totum finitũ additum additione infinita, ablatꝙ eo, ꝙ corrũpatur aliqd eius, tunc erit possibile, vt reperiatur totũ, quod nõ finitur: & hoc est, quod iam probauit Aris. in lib. Physi. ergo modus, quo probauerunt Antiqui ens antiquũ, qui ad non moueatur oino, nõ est ex parte esse innouatorum ab eo, in eo ꝙ sunt innouata, sed in eo ꝙ sunt antiqua in genere. Et conuenientes apud eos est, ꝙ hic processus in infinitum sequatur ab ente agente antiquo: quoniã innouatum necesse est vt sequatur per se à causa innouata. Sed modus, quo posuerunt Antiqui, quo ad esse ens æternum vnum numero, ablatꝙ eo, quod recipiat aliquam speciẽ mutationis, sunt duo modi: quorum Vnus est, quoniam inuenerunt hoc esse circulare antiquum inuenerunt enim generationem hominis, q reperitur nunc, esse corruptionem precedentis, & generationem huius corruptionem precedentis, & sic corruptionem eius, quod corrumpitur ex eis, inuenerunt esse generationem subsequentis: & intulerunt de necessitate quod hic mutatio antiqua fit a motore antiquo, et moto antiquo, non tantabile ex se, sed quod mutatur: intũ in loco secundum partes, scilicet appropinquando quibusdam generatis, & distando. & hoc erit causa corruptionis corrupti ex eis, & generationis generati. & sic est corpus circulare. & hoc quidẽ corpus est ens, non mutabile ex ipsum est causa innouationũ ex parte operationum suarũ, quæ fiunt, & ipsum, ex parte concurrentium earum operationum ei, s. non habens principium, nec finem, est ex causa non habente principium, nec finem. Secundus autem modus, quo posuerunt eis antiquum, nõ corporeum omnino, nec habens in se tallitatem, est, quia inuenerunt omnia genera motuum deuenire ad motum in loco, & inuenerunt motũ in loco deuenire ad mobile ex se à motore primo, non moto omnino, nec per se, nec per accidens: sin autẽ, reperirẽtur motores, qui mouentur, simul infiniti: & hoc est falsum. Et oportet vt hic primus motor sit eternus: sin autem, non esset primus. Et, cùm sic fuerit, tunc oĩs motus in esse deuenit ad hunc motorem per se, non aũt per accidens: & est id, quod reperitur cum omni moto in hora, qua mouetur. Esse autem mobile ante motorem, vt homĩ generari ab hoie, hoc est per accidens, non per se. Motor autem, qui requiritur in homine à principio generationis eius ad finem esse eius, est hic motor. & sic esse huius motoris requiritur in esse oĩum entium: et requiritur in conseruatione eorum, quę sunt in cœlo, & terra, & reliquorum, quæ sunt in medio. Et hoc totum non declaratur in hoc loco demõstratione, sed sermonibus, qui sunt de genere huius sermonis, & sunt magis sufficientes, q̃s sermones aduersarij ei, qui confitetur veritatem. Et, cùm declaratum fuerit tibi hoc, non indiges euasionibus, quibus tuetur se Alga. à quæstione Philosophorum circa modos dubitationũ contra eos in hac disputatione: quoniã sunt euasiones diminutę. nam, cùm non fuerit tibi declaratus modus, quo posuerunt ens æternũ in esse, non erit declaratus ei modus euasionis eorum ex esse innouari ab æterno. & hoc est, sicut diximus, mediante eo, quod est æternum ex se, sed generabile, & corruptibile, ppter motus suos particulares, nõ propter motum vniuersalem circularem, seu mediante eo, quod est passio. is æternę in genere, s. non hũs nec principium, nec finem. Sic aũt Alga. respondet pro Philosophis. Si autem dixerit, nos equidem non negamus emanationem innouati ab antiquo, i. quodcũq; innouatum fuerit: sed negamus emanationem innouati ab antiquo, quod sit caput innouatorum ab antiquo, posteaq; non distinguitur hora innouationis ab ea, quæ fuerat antea circa inclinationẽ modi essendi, nõ ex eo, ꝙ imaginatur hora, nec instrumentum, nec conditio, nec natura nec accidens, nec causa causarum, quæ causat aliquam rem. Cùm autem non fuerit hoc innouatum primũ, ipsum potest esse vt emanet ab eo cũ innouatione alterius rei de dispositione subiecti recipientis, seu aduentu horæ conuenientis, aut eò ꝙ currit ita hoc cursu naturali. Et, quia respondit eis Alga. hac responsione, dixit, respondens eis, interrogatio autem de aduentu dispositionis, aut aduentu horæ, & omni, quod innouatur in eo, est conueniens, et aut procedet in infinitum, aut perueniet ad antiquũ, ex quo erit innouatum primum. Attamen nos dicimus ꝙ hęc interrogatio est, quam interrogauit primos: & hæc species consequentiæ est illa, quam intulit contra eos, ad tenendum ꝙ emanet innouatum ab æterno, &, quia respondit ei responsionibus non congruis interrogationi, & est permittere innouatũ ab æterno, nõ autem innouatum primum, ideo reiterauit quæstionẽ eis. Sed responsio huius quæstionis est id, quod precessit de modo emanationis innouati ab antiquo primo, non in eo ꝙ est innouatum, sed in eo ꝙ est æternũ, ex eo ꝙ est æternum secundum totum, innouatum vero secundum partes. nam omne agens æternum apud eos, si emanauerit ab eo innouatum per se, non est antiquum primum apud eos. et actio eius apud eos substẽtat antiquo primo, scilicet aduentus conditionis actionis antiqui, quod non est primum, sustentatur antiquo primo, eo modo, quo sustentatur innouatum ab antiquo primo: et est sustentatio, quę est secundum totum, non secundum partes. Deinde adduxit responsionem pro Philosophis in eo, quòd ipse imaginatus fuit partem imaginationem opinionis eorum: & est quòd non potest imaginari innouatum ab antiquo, nisi mediante motu circulari, qui assimilatur antiquo, ex eo quòd non habet principium, nec finem: & assimilatur innouato, quia omnis pars eius imaginatur generata,

nerata, & corrupta: & hic motus ex innouatione partium eius erit principium innouationũ, et erit in æternitate vniuersitatis eius actio æterna. Deinde dixit circa dubitationem huic modo, quo emanat innouatũ ab antiquo primo ſm opinionẽ Philosophorum, & dixit eis, motus circularis aut est innouatus, aut antiquus. Si autẽ est antiquus, quomodo possit esse principium primum innouatorũ? Si vero innouatus, tunc indiget innouante, & procedet res in infinitũ. Si vero dixerint ꝙ ipse assimilat antiquo aliquo modo, & assimilat innouato aliquo modo: nã assimilatur antiquo, ex eo ꝙ est permanens, & assimilatur innouato, ex eo ꝙ innouat. Dicimus vtrum sit principium innouatorum, ex eo ꝙ est permanens, aut ex eo ꝙ est innouatus. Si autẽ ex eo ꝙ est permanẽs, igitur emanat aliquod innouatum ex aliquo, ex eo ꝙ est permanens. Si vero emanat ab eo, ex eo ꝙ est innouatus, ergo indiget eo, qđ faciet innouationem, & procedet hoc in infinitũ. & hæc est dispositio sermonis eius. Et est sermo sophisticus. quoniam non emanat ab eo innouatum, ex eo ꝙ est permanens, sed emanat ab eo, ex eo ꝙ est innouatus. sed ipse nõ indiget causa innouante. qm̃ innouatio eius non est nouа, sed est operatio antiqua, s. absq; principio, & absq; fine. & necesse est vt agens huius sit agens antiquum: qm̃ actio antiqua est ab agẽte antiquo, & innouata ab agente innouato: motus autem intelligitur de antiquitate eius, ꝙ non habeat primum, nec vltimum. & hoc est, quod intelligitur de permanentia eius. nam motus non est permanens, sed est successiuus. &, quia Alga. cõsyderauit hoc, dixit eis in euasione ab hac cõsequentia, est species indutirię reiterata quibusdam qõnibus.

ALGAZEL.

AIt Alga. Secunda autem ratio eorũ in hac disputatione est, qm̃ existimauerunt ꝙ dicens mundum posse poni Deo glorioso, & Deum glorioso precedere eum, vsq; ad, &, cum necesse fuerit antiquitas temporis, & est prolatio mensuræ motus, sequitur antiquitas motus. &, cùm sequitur antiquitas motus, sequitur antiquitas motꝰ.

AVEROES.

AIt Auer. Via autem processus sermonis, quem recitauit de eis, non est demonstratiua. & summa eius est si Deus glo. præcesserit mũdum, aut erit prior causalitate, nõ tempore, sicut prioritas hominis respectu vmbræ suæ: aut erit prior tẽpore, vt prioritas ædificatoris respectu parietis. Si autẽ fuerit prior prioritate hoĩs respectu vmbræ suæ: & Deus est antiquus: ergo mundus est antiquus. Si vero fuerit prior prioritate temporis, sequitur vt sit præcedens mundum tempore non habente principium, & erit tempus antiquum. nam, cùm ante tempus fuerit tempus, non põt imaginari innouatio eius. &, cùm tẽpus fuerit antiquum, ergo motus est æternus: qm̃ non imaginat tempus, nisi in motu: &, cùm motus fuerit æternus, erit motum in eo æternum, & motor eius de necessitate æternus. Attamen hæc demonstratio non est vera: quia Deus glo. non est ex eis, quoꝝ natura est esse in tempore: mũdus vero est, cuius natura est esse in tempore, & non est vera apud eos proportio æternitatis ad mundũ, ita ꝙ aut erunt simul, aut est ante eum tempore, seu causa. æternum enim nõ est ex eis, quorum natura est esse in tempore: mundi vero natura est esse in tempore.

ALGAZEL.

AIt Alga. Dubitatio autẽ est vt dicatur ꝙ tempus sit innouatum, & creatum, & non est ante id tempus omnino. Et dictum nostrũ, ꝙ Deus glo. sit ante mũdum, & tempus, est ꝙ ipse fuerat, & nõ fuerat mũdus, nec tempus, deinde fuit & cum eo mundus, & tempus. Et dictum nostrum, nanq; fuit, & non erat mundus, nec tempus, est esse substantia creatoris, nec priuatio substantiæ mũdi. Et dictum nostrum, fuit & cum eo mundus, est esse duarum substantiarum tm, & præcessio est separatio in esse tm, & in mundo est vnum inuiduum. Si aũt diceremus fuit Deus glo. & non aliud, exẽpli gratia postea fuit Deus, & aliud, non importat dictio nisi esse substantiæ, & priuationẽ substantię, & vltertius esse duarum substantiarũ. & non est de necessitate huius conty derare tertiam, et est tps. & licet imaginatio non quiesceret, nisi conty deraret tertiam, & est tps, tm̃ impetias fallacias imaginationis.

AVEROES.

AIt Auer. Hic sermo est sophisticus. & corrupt⁹. qm̃ tam tacta est demonstratio ꝙ sunt hic duæ species ipsius esse, quorum vnum est in natura motus, & hoc non euadit tempore: & aliud non est in natura motus, & hoc est æternum, & nõ denominatur tempore. id autẽ, quod est in natura motus, est ens notum sensu, & intellectu: eius vero, quod nõ est in natura motus, nec in mutatione, tam tacta tuit demonstratio de esse eius apud omnes confitentes ꝙ omne motũ habet motorẽ, & omne actum habet agens, & ꝙ causæ mouentes altera alterã non procedunt in infinitum, sed peruenunt ad causam primam, quæ non mouetur omnino. & tacta fuit etiã demonstratio ꝙ id, quod nõ est in natura motus, est supra esse eius, quod est in motu, & tacta etiã est demonstratio ꝙ ens, quod est in natura motus, non euadit à tempore, & ꝙ ens, quod non est in natura motus, nõ euenit ei tempus omnino. Et, cùm sic fuerit, tunc præcessio vnius eorũ alterius, i. eius, quod non euenit ei tempus, non est prioritas temporalis, nec prioritas causæ in causato, quæ sunt de natura entis, quod mouetur: vt est prioritas hominis respectu vmbræ suæ. Et ideo qui existimauerunt præcessionẽ esse nõ motu moto ꝓcessionẽ esse duorum motorum vnius quidem reliquo, errauit. nam quęlibet duo entia huius generis, cùm aliquod eorũ conty deratum fuerit in cõparatione ad secundum, tunc verificabitur de eo dicere aut erunt simul, aut ante id, seu post id tempore. & qui processerunt hac via ex Philosophis, sunt posterio
res Maiorum, propter paucitatem intelligentiæ eorũ in opinionibus Antiquorũ. ergo præcessio vnius duarum entitatum reliquæ est præcessio esse, quod nõ mutatur, nec est in tempore, esse mutabili, quod est in tempore, & est alia species præcessionis. &, cùm sic fuerit, non verificatur de his duabus entitatibus, nec ꝙ sint simul, nec ꝙ vna earũ præcedat aliam. Sermo autem Alga. ꝙ præcessio Dei glo. mundo non est præcessio temporalis, sed posuit eĩ mundus, est sermo verus: sed nõ intelligit retardationem mundi ei, cùm non fuerit præcessio eius temporalis, sed retardationẽ cuiusdam respectu causæ. nã positio opponitur præcessioni: & opposita sunt in eodẽ genere de necessitate, vt declaratum est in scientijs. Et, cùm non fuerit præcessio temporalis, non erit positio temporalis. Et contingit huic etiã dubitatio præcedens, & est quomodo ponuntur causatum causæ, quæ perfecte habet conditiones agentis. Philosophi autẽ, quia posuerunt ꝙ eius mobile, vniuersalitas eius non habet principium, non accidit eis hæc dubitatio: & possunt dare modum emanationis entium innouatorũ ab ente æterno. Et ex rationibus eorũ ad probandum ꝙ ens mobile non habet principium, nec innouationem quò ad vniuersalitatẽ eius, est qm̃, cùm fuerit positum innouatum, ponetur ens repertum, anteq; reperiretur, Innouatio enim est motus: & motus necessario est in moto, siue ponatur motus in tempore, siue in instanti. Vltertius omne innouatum est possibilis innouationis, anteq; innouet. licet etiam Loquentes excitẽtur etiã in hac radice, & in

posterum

posterum loquemur de ea cum eis: possibilitas autē est passio necessaria passionum entis mobilis, et sequit necessario, si ponat innouata, vt reperiatur, anteq; reperiretur. & hoc totum est sermo topicus in hoc loco, nisi q; est magis sufficiens verbis hominum. Sermo autē Alga. si autem esset Deus glo. & non aliud expli gratia, deinde fuit Deus cum alio, nō importat hæc dictio nisi esse substantię, deinde fuerunt duo, & nō est de necessitate huius cōsyderare rem tertiam, & est tempus, est sermo verus, nisi q; sequitur vt sit retardatio sua ei non retardatio temporalis per se: sed, si fuerit, est per accidens, cùm tempus præcesserit subsequens, s. ex necessitate præcessionis temporis, & ipsum esse innouatum: mundus autē non euenit ei hoc de necessitate, nisi esset pars motꝰ, quā excedit tēpus ex extremitatibus eius: vt accidit Moysi, & alijs hominibus generabilibus et corruptibilibus. Et hoc totum non est declaratū hic demonstratiue, quod vero declaratū est hic, est q; contradictio non sit vera, & quod recitauit ipse postea de rationibus Philosophorum, non est verum.

ALGAZEL.

AIt Alga. respondens pro Philosophis. Si autem dixerit q; dictum nostrum, q; fuit Deus glo. & non mundus, habet intelligētiam tertiam præter esse substātiæ, & priuationem mundi ratione, qm̄, si nos consyderabimus priuationem mundi in futurū, tunc proueniret esse substātiæ, & priuatio substantiæ. & non est verū dicere Deum, & non mundum: sed cōuenient est dicere erit Deus, & non mundus: & dicere in præteritum fuit Deus, & non mundus. & erit differentia inter dicere nostrum fuit, & erit, qm̄ non erit id, quod intelligitur de vno, id, quod intelligitur de alio, & perscrutabimur nunc in quo consistit differētia. Et non est dubium q; ipsi non differunt in esse substantię, nec in priuatione mundi, sed in re tertia. nam, cùm nos dicimus de priuatione mundi in futurū, fuit Deus glo. & non mūdus, dicetur nobis q; hic est error. fuit enim dicitur de præterito, & significauit q; sub dictione fuit, est intelligentia tertia, quæ est in se transiens: & transiens ex se est tempus, & trāsiens ex alio est motus, qui tranſit trāseunte tempore: ergo de necessitate sequitur vt ante mundum sit tempus, quod cōpletum est, vtq; quo peruenerit ad esse mundi.

AVERROES.

AIt Auer. Intentio huius sermonis est ad notificandum q; in sermone dicentis fuit sic, & non sic, deinde fuit sic, & sic, est intelligentia tertia: & est tempus, quod significauit illa dictio, fuit, in rōne differentiæ intelligentiæ huius rei in præterito, & futuro. nam nos, cùm cōsyderauerimus esse alicuius rei cū priuatione alterius, dicimus est sic, & non sic, & mutatione ambarum intelligentiarū determinatur q; sit hic res tertia. si aūt, cùm dicimus fuit sic, & non sic, non significaret illa dictio, fuit, aliquid, non esset differentia inter dicere nostrum, fuit, & erit. Attamē hoc, quod dixit, non totum est notum per se, & nō est dubium in eo circa cōparationem entium adinuicē in præcessione, & postpositione: quandoquidem fuerint ex eis aliqua, quoꝝ natura est esse in tempore. cùm vero nō fuerint in tempore, illa dictio fuit, & similia ei non significant in istis propositionibus, nisi copulationē recitationis recitato, sicut dicimus & fuit Deus pius, & misericors. & sic, si vnum eoꝝ fuerit in tempore, & aliud nō in tempore, sicut dicimus fuit Deus, & non mundus, deinde fuit Deus, & mūdus. Quare non est cōuenies his entibus hęc cōparatio, de qua exemplificauit. Verificatur tñ comparatio verificatione indubitata, cùm fit cōparatio priuationis mundi ad esse eius. qm̄ priuatio eius de necessitate est yt sit in tempore, siquidē esse mundi fuerit in tempore. &, cùm impossibile est vt sit priuatio mundi in horamet esse mundi, ergo est de necessitate antea. & priuatio id præcedit, & mūdus postponitur ei, qm̄ prius, & posterius in motu non intelliguntur, nisi cum tēpore. Et quod ingreditur in hunc sermonem de inuolutione, est quia accepta est cōparatio inter Deum, & mundum. & hac via tantū destruitur hic sermo: & nō erit demonstratiuus, scilicet quem recitauit Alga. pro Philosophis.

ALGAZEL.

AIt Alga. respondens Philosophis pro Loquentibus, in contradicēdo huic sermoni, dicimus q; intelligentia radicalis ambaꝝ dictionum est esse substantiæ, & priuatio substātiæ. & res tertia, quæ est copulatio dictionum, est proportio sequēs respectu nostri. & ratio huius est, qm̄ nos, si consyderauerimus priuationē mundi in futurum, & vlterius consyderabimus post hoc esse secundum, tam diceremus apud hoc fuit Deus, & non mundus. & verificabitur sermo noster, siue si intellexerimus de eo priuationem primam, siue priuationem secundam, quæ est post esse. si aūt in hoc fuerit proportio ad futurum, possibile est vt cōuertatur in præteritū, & proferant eum cum dictione præteriti: & hoc totum propter defectum imaginationis in imaginando aliquod ens incipere, nisi consyderauerit ei aliquid ante. & hoc precedens, à quo non pōt euadere imaginatio, reputatur q; sit res vera in esse, & est tēpus, & est simile defectui imaginationis in consyderādo finire corpus in parte capitis, exempli gratia nisi ad superficiem superiorē eius, & imaginat q; vltra mundum sit locus, aut plenus, aut vacuus. Et, cùm dicitur q; non sit supra superficiē mundi sursum longinquius, defecit imaginatio obedire in hoc concedendo illud: licet, cùm dicitur q; ante esse mundi non sit aliquid præcedens, & tñ est verum, defecit in hoc concedere. Et, qm̄ possibile est imaginationem talem fieri, cùm imaginatus fuerit aliquis supra mundum esse vacuum, qd̄ est dimensio infinita, dicendo ei q; vacuum nō est intelligibile ex se: dimensio vero est consequens corpus, cuius diametri extenduntur. &, cùm corpus habeat dimensiones, tunc dimensio, quæ id prosequitur, est finita, & decisio vacui, & pleni non est intelligibilis. & tam probatum est q; vltra mundum nō sit vacuum, nec plenū, licet imaginatio non obediat in hoc concedendo. sic ēt dicitur sicut dimensio localis cōsequitur corpus, sic dimensio temporalis motum. nam ipsa est extensio motus, sicut hæc est extensio dimensionum corporis. Et, sicut probatio finitatis diametrorū corporis prohibet affirmationem dimēsionis locis supra ipsum, sic probatio finitatis motus ex lateribus eius prohibet imaginationem dimēsionis temporalis post ipsum, licet imaginatio inuoluatur in imaginationibus, & existimationibus suis, & non obediat ei. Et nulla est differentia inter dimēsionem temporalem, cuius probatio diuidit apud cōparationem eius ad sursum, & deorsum: si quidem possibile est affirmare sursum, quo nō sit superius, sic potest affirmari ante, ante quod nō sit ante verum, nō imaginabile, sicut est in ipso sursum. & hoc sequitur, & aduerte hunc, quia ipsi conuenerunt q; non est vltra mundum vacuum, nec plenum.

AVERROES.

AIt Auer. Summa huius sermonis sunt duæ quæstiones: quarum Vna est q; imaginari præteritum, & futurū, quæ sunt ante, & post, sunt duo reperta respectu nostræ imaginationis. nam possibile est nobis imaginari futurum fieri præteritum, & præteritum, quod fuit antea futurū. &, cùm sic fuerit, ergo præteritum, & futurum non sunt ex rebus existētibus per se, & nō habent esse extra animam, sed est res, quā operatur

operatur anima. &, cùm destruatur eē motus, destruitur intelligēcia huius proportionis, & comparationis.

Attamen responsio eius est q; consecutio motus, & temporis est vera: & tempus est aliquid, quod operat intellectus in motu: sed motus non destruitur, nec tempus, qm̄ non prohibetur esse tēporis, nisi cum entibus non recipiētibus motum: esse vero entium mobilium, seu consyderatio esse eorum euenit eis tempus necessario: qm̄ non sunt hic, nisi duo entia, s. ens recipiens motum, & ens nō recipiens motum, & impossibile est vt conuertatur vnum eoꝝ ad reliquum, nisi esset possibile cōuerti necessarium ad possibile. Si autem motus esset impossibilis, deinde reperiret, tunc de necessitate conuerteretur natura entium non recipiētium motum ad naturam recipientium motum, quod est falsum. & hoc esset, qm̄ motus est in re necessario. Et, si motus esset possibilis ante esse mundi, tunc res præcedētes recipientes essent in tempore necessario: qm̄ motus est possibilis, in eo q; recipit quietem, non autē in priuatione. in priuatione enī non est possibilitas omnino, nisi esset possibile vt priuatio deterret eē. & ideo impossibile est innouato quin præcedat id priuatio. & nō est dubium q; separatur priuatio innouati in subiecto recipiēte esse innouati, & remouetur ab eo priuatio, sicut est in alijs contrarijs. nam calidum, cùm fit frigidum, non cōuertitur substantia calidi in frigidum, sed mutatur subiectū recipiens à calido in frigidum. Quæstio aūt secunda, & fortior quidē earum, est sophistica, & corrupta. Et summa eius est q; imaginari præcessionē ante initium primi motus, ante quē non fuit aliquod, quod mouet, est sicut imaginari q; vnum corpus mundi, & est sursum exempli gratia, finitur necessario aut ad aliud corpus, aut ad vacuum. nam dimēsio est quid sequens corpus, sicut tempus est quid sequens motum. &, sicut est impossibile reperiri corpus infinitum, sic impossibile est reperiri dimēsionem infinitam. &, cùm impossibile sit reperiri dimensionē infinitam, impossibile est finiri omne corpus ad aliud corpus, aut ad aliq̄d, in quo consyderatur esse dimensionem: & est vacuum exēpli gratia, & procedet in infinitū: & sic motus, & tempus est quid sequens ea. Si aūt impossibile est reperiri motum præteritum infinitum, & fuerit hic motus primus finitus in extremitate initij, impossibile quidē est reperiri in eo ante. nam, si esset et ante, reperiretur ante primū motum alius motus. Attamen hæc quæstio, vt diximus, est turpis, & est ex locis permutationis sophisticis, si legeris artem sophisticam. & hoc quidem permutando iudicium ad quātitatem non habētem situm, in qua non reperitur totum, & est tēpus, & motus, à iudicio quātitatis habentis situm, & totum, & est corpus. & ponendo impossibilitatem priuationis finiendi in quātitate habente situm probationem q; sit impossibilis in quātitate non habente situm, & ponendo actum mentis in imaginando additionem, in eo quod est in actu, eiusdem consyderationis. Et hic est error manifestus. nā imaginatio additionis de magnitudine reperta in actu, & q; necesse sit vt finiatur ad aliam magnitudinem, nō est quid repertum in substātia magnitudinis, nec assumit in definitione eius. Imaginatio vero præcessionis, & postpositionis in motu innouato est quid per se assumptum in definitione eius. nam impossibile est vt sit motus innouatus nisi in tempore, s. q; excedat tempus initium eius. Et sic impossibile est imaginari tempus habens extremum, quod non sit finis alterius temporis: postquā fuerit definitio instantis q; sit res, quæ est finis præteriti, & principium futuri. instans enī est præsens. & præsens est mediū necessario inter præteritum, & futurum. & imaginari instans præsens, ante quod non sit præteritum, est falsum. Et non est sic in puncto: nam punctum est finis lineæ, & reperitur cum ea, quia linea est quiescens. & possibile est imaginari punctum, quod sit principium lineæ, & nō sit finis alterius lineæ: instans tñ impossibile est vt reperiatur nec cum tempore futuro, nec cum præterito, & est necessario post præteritū, & ante futurum. &, cùm impossibile est vt sit de se, impossibile est vt sit ante esse futuri, absq; eo q; sit finis temporis præteriti. & causa huius erroris est similitudo instantis cum puncto. Demonstratio autem, q; omnis motus innouatus sit ante eum tempus, est qm̄ omne innouatum aut nō erit, & impossibile est in instanti, in quo verum est dicere q; innouatum sit, q; non sit. remānsit ergo q; verum est dicere de eo q; non sit in alio instanti præter primum, de quo verum est dicere q; sit: & inter quælibet duo instantia est tempus medium: non enim continuat instans instanti, sicut non cōtinuatur punctum puncto: & iam declaratum est hoc in scientis: ergo ante instans, in quo innouatus est motus, est tempus necessario. nam, cùm imaginemur duo instantia in esse, fit inter ea proculdubio tempus. sursum autē non assimilatur ipsi ante, vt dictū est in hoc sermone, nec instans assimilatur puncto, nec quantitas habens situm assimilatur non habēti situm.

Qui autē abusiue permittit esse instans, quod non sit præsens, aut præsens, ante quod nō sit præteritum, ipse negat tempus, & instans. ponendo instans tale, etiam præsupponit tempus nō habens principium. & hęc positio contradicit sibi ipsi. Quare impossibile est vt attribuatur esse præcessiōis in omni inouato imaginationi. nam qui negat præcessionem, negat innouatum: &, qui negat q; sit sursum ipsi sursum, est econtra: qm̄ ipse negat sursum simpliciter: &, cùm auferatur sursum simpliciter, auferetur deorsum simpliciter. Et, cùm auferantur duo ista, auferetur graue, & leue, & nō est actus imaginationis inconuenientis in corpore recto rum dimēsionum, q; necesse sit vt finiatur ad corpus aliud, imo est necessarius. nam corpus rectarum dimensionum possibilis est et additio: & cui possibilis est additio, id nō habet terminum naturaliter. Et ideo sequitur vt finitur corpora recta ad corpus rotundum continens: qm̄ est cōpletum, cui impossibile est vt fiat additio, nec diminutio. Et ideo, cū acquirit intellectus imaginari de corpore rotundo q; necesse sit finiri ad aliud præter id, tūc imaginatus est inconuenies, & falsum. Et hæc oia nō sunt apprehenta apud Loquentes, nec q; apud eum, qui non inexperit speculari ordine artificiali. Vlterius, qm̄ non sequitur tepus motum, sicut sequit finitas magnitudinem: nam finitas sequitur magnitudinē, quia est in ea, sicut est accidēs in subiecto sibi appropriato, & demonstratur tale demōstratione subiecti sui, & est in loco, vbi est subiectum suum. & non est sic in continuatione temporis motus, sed connexio tēporis motus magis assimilatur cōnexioni numeri numerato, s. q; sicut non consyderatur numerus in cōsyderatione numerati, & nō multiplicatur in multiplicatione eius, sic est dispositio temporis cum motibus. & ideo est tepus vnum omni motui, & moto, & reperitur in omni loco, ideo q; si imaginari fuerimus homines carceratos à pueritia in vna spelūca terræ, determinabimus q; isti non apprehendunt tempus, cō q; non apprehēdunt aliquem motuum sensibilium, qui sunt in mūdo. Et ideo tenet Arist. q; esse motuum in tempore est simile præ oibus esse numeratorum in numero. nam numerus nō multiplicatur in multiplicatione numeratorum, & nō demonstratur et locus, cùm demōstrantur loca numeratorum. & videtur et q; propter hoc fuit proprietas eius mensurare motum, & mēsurare esse entium, quæ mouentur, in eo q; mouentur, sicut numerus mensurat corpora eorum. & ideo dicit Arist. in definitione temporis

poris ꝙ sit mensura motus secundum prius, & posterius, quæ sunt in eo. Et, cùm sic fuerit, quêadmodum cùm posuerimus numeratum quoddã innouatum, nõ oportet vt numerus sit innouatus, sed oportet, si fuerit numeratũ, vt sit ante id numerus, sic oportet, si fuerit hic motus innouatus, vt sit ante eum tempus. si autem innouatum fuerit tempus, cùm fuerit motus demõstratus, quicunq; sit, tunc tempus apprehenditur cum motu illo. & hoc quidem facit te intelligere ꝙ natura temporis est remotissima à natura magnitudinis.

ALGAZEL.

AIt Alga. respondens pro Philosophis. Si autem dicitur hoc pondus est tortuosum, mundus enim non habet sursum nec deorsum, quia est rotundus, rotundum aũt non habet sursum nec deorsum, sed appellatur pars sursum id, quod est propè caput tuum, & deorsum, quod est prope pedem tuum, & est nomẽ determinatum in comparatione ad te, & pars, quæ est deorsum respectu tui, est sursum respectu alterius, cùm imaginatus fueris eum esse in alia parte rotũditatis terræ: & etiam planta pedis eius erit in oppositum plantę pedis tui. imo pars, quam imaginatus es sursum ex partibus cœli die, est eadẽ sub terra nocte: & quod est sub terra, reuertitur supra terrã circulariter. Primum vero in esse mundi non potest imaginari vt cõuertatur vltimum, & est, quemadmodum, si imaginati fuerimus lignum, cuius vna duarũ extremitatum sit grossa, alia vero subtilis, & deliberauerimus appellare partẽ grossam contiguam subtili sursum ad locum, ad quem finitur, aliam vero partem deorsum, non videẽ ex hoc esse differẽtia essentialis mundo sed sunt noĩa diuersa, quæ sunt ex diuersa positione huius ligni, adeo ꝙ, si mutaẽ situs eius, non mutatur nomen: mundus aũt non mutatur: ergo sursum, & deorsum est proportio absoluta tibi, & non mutantur partes mundi, & superficies eius.

Priuatio aũt præcedens mundum, & finem primum, esse eius est ens essentiale, & non imaginatum vt recipiat permutationẽ, & fiat vltimum, nec priuatio, imaginata à nobis ꝙ sit corruptio mundi, quę est priuatio eorum ens, potest imaginari ꝙ fiat præcedens: sed extremitates finis mundi, quarum vna est prima, & alia vltima, sunt duæ extremitates essentiales permanentes, & non potest existimari permutatio in eis in permutatione relatiua ad eas: & econtra est in dispositione sursum, & deorsum. Quare possibile est nobis dicere quod mũdo nõ est sursum, nec deorsum: & cũ impossibile est nobis dicere ꝙ esse mundi nõ habet ante, et post. & cùm prohatum fuerit ante, & post, tũc nihil aliud est dispositio temporis, nisi id, quod est eius per prius, & posterius.

AVEROES.

AIt Auer. Hic termo responsionis Philosophorũ est in vltimitate ruinę. Et summa eius est ꝙ sursum, et deorsum sunt duo relatiua, quare euenit eis discursus imaginatiuus: discursus vero in ante, & post non est imaginatiuus, qm̃ in eo non est relatio, sed est intellectualis. Et dispositio huius est, quoniam sursum, imaginatum in aliqua re, possibile est imaginari deorsum in re illa, & deorsum potest imaginari sursum. sed in priuatione præcedente innouatum, quæ dicitur ante, non potest imaginari ꝙ sit priuatio, quæ est post innouatum, quæ appellatur post. Attamen dubium post hoc remanet eis. qm̃ Philosophi tenent ꝙ hic sit sursum naturaliter, & est id, ad quod mouetur leue, & deorsum naturaliter, et est id, ad quod mouetur graue. sin autem essent graue & leue respectiue, & positione. & tenent ꝙ finis corporis, quod est sursum, naturaliter euenit eis in imaginatione finis aut ad vacuũ, aut ad plenum. Sed hæc ratio opponitur et apud Philosophos duobus modis. Primo quidẽ, qm̃ ipsi ponunt sursum simpliciter, & deorsum simpliciter, & tũ non ponunt primum simpliciter, nec vltimum simpliciter. Secũdo vero, quia aduersarius potest opponere ꝙ nõ est causa imaginationis ꝙ sit sursum ipsi sursum: &, pcedet hoc in infinitum, ex eo ꝙ est relatiuum. sed accidit hoc imaginationi, qm̃ ipse non apprehendit magnitudinẽ, nisi copulatam magnitudini, sicut non apprehẽdit innouatum, quod nõ habeat pręcedens. Et ideo permutatus est Alga. ex dictione sursum, & deorsum ad vltra, & extra: & dixit, respondens Philosophis, sed respondemus illi dictioni vltra mundum, & extra, & dicimus mundo infra, & extra, &c. vsq; ad & hęc est causa erroris. & destruxit in hac permutatione id, cum quo disputauit cum Philosophis in assimilatione finis in tempore fini magnitudinis. nos aũt iam declarauimus modum fallaciæ in hac assimilatione, id quidẽ, quod sufficit, & declarauimus quòd sit quæstio sophistica. & nõ oportet id hic reiterare.

ALGAZEL.

AIt Alga. Ratio autem alia apud eos ad probandum eternitatem temporis. Dixerunt non est dubium apud vos ꝙ Deus glo. poterat creare mundum, anteq̃ creasset eum spacio centum annorũ, aut ducentorum, aut mille, & sic in infinitum. hæc aũt spacia distinguntur mensura, & quantitate. Et impossibile est quin affirmemus aliquid ante esse mũdi extensum, & mẽsuratum, cuius pars æqua sit durabilior, & lõgior alia. Et impossibile est quin affirmemus aliquid ante esse mundi, &c. vsq; ad ergo ante mundum apud vos est aliquid habens quãtitatem diuisibilem, quod est tempus: ergo ante mundum est apud vos tempus.

AVEROES.

AIt Auer. Summa huius termonis est ꝙ, cũ imaginati fuerimus motũ, inuenimus cum eo spacium mensurans eũ, quasi sit mensura eius. motus vero est mensuratus, & inuenimus hoc spacium, et mensurã posse poni in eo motum longiorem motu posito primo, & æqualem et, & conuenientem cum eo. et ex hoc spacio dicimus vnũ motum esse lõgiorem alio. &, cũ sic fuerit, et mundo ipsi fuerit spacium vnũ apud vos a principio vsq; ad præsens: ponamus exẽpli gratia, quod hoc sit mille annorũ. & quia ipse Deus glo. poterat creare ante hunc mundum alium mundum, tũc erit spacium, quod mẽsurat eum longius spacio, quod mensurat primum mundum mensura determinata, & sic põt creare tertium ante illum secũdum, & quilibet horum mundorum necesse est vt præcedat ad esse eius spacium, quo põt mensurare mensuram esse eius. &, cũ fuerit hæc possibilitas in mundis, procedetur in infinitum, ſ.ꝙ possit esse ante mũdum mundus, & ante mundum illum alius mũdus, & procedetur in infinitum. ergo hic est spacium ante omnes mundos. & hoc spaciũ, mensurans oẽs, impossibile est vt sit priuatio: priuatio enim non mensuratur: & non erit nisi quãtitas necessario. nam mensurans quantitatem est quantitas necessario. Igitur quantitas mẽsurans est id, quod nos appellamus tẽpus, & apparet ꝙ sit prius esse oĩbus rebus, quę imaginatæ sunt innouari, sicut mensura debet esse pręcedens mẽsurato in esse. Et quemadmodum, si fuerit hoc spacium, quod est tempus, innouatũ in innouatione primi motus, necesse est vt sit ante id spaciũ, quod est mensurans id, & in eo est innouatum, & est quasi mensura ei, sic necesse est vt sit ante oẽm mundum, cuius esse imaginatur spacium eum mẽsurans. Igitur hoc spacium non est innouatum. nam si esset innouatum, esset ei spacium id mensurans. nam omne innouatũ habet spacium id mensurans, quod appellatur tempus. Et hic est magis cõuenies modus modorum, quibus ponitur hic termo: & est via Auicennæ in probatione esse

esse temporis. Attamen eum intelligere est difficile, qm̃ omne possibile est spacium copulatum ei. & est locus quæstionis, nisi cùm conceditur ꝙ possibilitates, quæ sunt ante mũdum, sunt de natura possibilitatis repertæ in hoc mundo. i. sicut possibile, quod est in hoc mundo, de natura eius est vt eueniat ei tempus, sic possibile, quod est ante mundum. hoc tamen est manifestum in possibili, quod est in mundo, vnde potest imaginari ex eo esse temporis.

ALGAZEL.

AIt Alga. Dubitatio autem est, quoniã hoc totum est ex opere imaginationis. & magis cõueniens modorum, circa ablationẽ præcessionis tẽporis, est cùm dicimus vtrum fuerat in potestate Dei creare orbem superiorem in eleuatione eius, maiorem eo, quo creauit eum. Si autẽ dixerint non, ergo est defectiens. Si vero dixerint sic, vt duo brachia, vel tria, & sic procedet in infinitum, tunc in hoc est affirmare dimensionem vltra mundum habentẽ mensuram quantitatiuam. nam eleuatum mensurãta duorum brachiorũ, aut trium occupabit locum maiorẽ eo, quem occupabat aliud per duo brachia, vel tria. ergo vltra mundũ, sm̃ hoc, est quantitas determinans habẽtem quantitatem, & est corpus, aut vacuum. igitur vltra mundũ est vacuum, aut plenum, &c. vsq; ad & responsio nostra, imaginãdo in imaginatione existimationem possibilitatum temporalium ante esse mundi, est sicut responsio vestra, imaginando in imaginatione existimationem possibilitatum localium vltra esse mundi.

AVEROES.

AIt Auer. Hoc consequens verum esset, cùm fuerit possibile addere mensurã corporis mundi in infinitum. nam sequitur sm̃ hoc, vt reperatur à Deo glo. aliquid finitum, quod pręcedent possibilitates quãtitatiuæ infinitæ. &, cùm hoc fuerit possibile in possibilitate magnitudinis, erit etiã possibile in possibilitate tẽporis, & erit tempus finitum in extremis suis, licet fuerint ante id possibilitates temporales infinitæ.

Attamen responsio ei est, quòd imaginari mensuram mundi maiorem, seu minorem ea, quæ est, non est verum, immo est impossibile: & nõ sequitur ex eo, quòd hoc est impossibile, vt sit imaginatio possibilitatis alterius mundi ante hunc mundum impossibilis, nisi natura possibilis tam innouata fuerit: & nõ fuerant ante esse mundi nisi duæ naturæ, natura scilicet necessariũ, & impossibilis. & manifestum est quòd iudicium intellectus de esse naturarum trium non defecit, nec deficiet in iudicãdo de esse necessarij, & impossibilis. Hæc autem quæstio non sequitur Philosophis, qm̃ ipsi tenent ꝙ mũdus impossibile est vt sit minor eo, quod est, nec maior. Si aũt admittitur, vt sit magnitudo maior magnitudine alia, & hoc in infinitum, tunc possibile est vt reperatur habens mensuram absq; fine. &, si admittit vt reperatur habens mensurã absq; fine, tunc erit ens habens mẽsuram infinitam in actu. & hoc est id, quod tam declarauit Arist. additionem in habente mensurã in infinitum esse falsam. Sed in opinione eius, qui admittit hoc, ex eo ꝙ euenit ei defectus in Deo, bene conuenit ei hæc quæstio. nã possibilitas hic est intellectualis, sicut est ante mundum apud Philosophos. & propterea qui dicit de innouatione mũdi innouatione tẽporali, et dicit esse oẽ corpus in loco, sequitur ei necessario ut sit supra eũ locus, & hoc est aut corpus, in quo fit innouatio, aut vacuum. nam locum necesse est pcedere innouatũ necessario. & ideo qui destruit naturã uacui, & dicit finire corpus, non poterit ponere mundũ innouatum. Et ideo qui negat ex posterioribus sectę Assariæ esse vacuum, separat radices hominũ. quod non video in eis: sed rectauit mihi hoc aliquis, qui operã dedit opinioni horum hominum. Si autẽ esset operatio huius spacij mensurantis motũ, quod est quasi mensura motus de operatione imaginationis talis, sicut imaginatio mundi maioris, aut minoris eo, qđ est, non erit tempus in rerum natura. nam tẽpus nihil aliud est, nisi id, quod apprehendit intellectus de hoc spacio mensurante motum. &, cùm fuerit per se notum ꝙ tempus reperitur in rerum natura, oportet vt sit hæc operatio talis ex opationibus eius veris attributis intellectui, non ex operationibus attributis imaginationi.

ALGAZEL.

AIt Alga. Nos autem dicimus ꝙ id, quod nõ est possibile, non est attributum posse: & esse mundum maiorem & minorem eo, qđ est, non erit possibile: ergo non est imaginabile.

AVEROES.

AIt Auer. Hæc est responsio ei, quod negauit secta Assaria de positione mundi, ꝙ impossibile est vt ponat eum Deus glo. maiore, aut minorẽ, est defectus Deo glo. qm̃ defectus non est defectus, nisi eius, cui attribuitur posse, non autem de re talia.

ALGAZEL.

DEinde dixit Alga. dubitans eis, hæc aũt excusatio est inconueniens tribus modis, quoꝝ vnus est, ꝙ hoc est prędominium intellectus, nã intellectus considerans mundum maiorem, aut minorem eo, qđ est, brachio, nõ est sicut cõsideratio cõiunctionis inter nigrũ & album, & esse ac priuationẽ. impossibilis autem est collectio inter ablationem, & affirmationem, & ad id conuertuntur omnia mendacia, ergo est sententia corrupta.

AVEROES.

AIt Auer. Sermo in hoc, sicut dixit, est prædominium intellectus, quẽ primo aspexit. sed apud intellectum verum nõ est prædominium nam sermo de possibilitate huius, seu de priuatione possibilitatis eius indiget demõstratione. & ideo dixit verum, cùm dixit ꝙ impossibilitas huius nõ est sicut consideratio coniunctionis inter nigrũ & album, qm̃ hoc manifestum est per se esse falsum. Esse vero mũdum maiorem, aut minorem eo, quod est, impossibile esse, non est notum per se. mendacia autem, licet conuertantur ad mendacia per se nota, conuertuntur in duobus modis, quorum Vnus est, ꝙ hoc sit notum per se esse falsum. Secundus vero, vt consequatur à positione eius consequens proximũ, aut distans falsitati ex falsitatibus per se notis ꝙ sint falsæ, verbi gratia, si positum fuerit possibile esse mũdum maiorem, aut minorem, sequitur ex eo vt sit extra cum plenum, aut vacuũ. et ponere extra cum plenum, aut vacuum sequitur ex eo falsum ex falsitatibus: ex vacuo quidẽ esse dimensionem separatam: ex corpore vero ipsum esse mobile sursum, aut deorsum, aut circulariter. si aũt hoc fuerit, sequitur vt sit pars alterius mundi. & tam declaratum est esse alium mundũ cum isto, esse falsum in scientia Naturali: falsum sequetur vacuum. nam mundus non põt cudere à quatuor elemẽtis, & corpore circulari, quod mouetur circa ea.

Qui autẽ desyderat scire hoc, percutiat id cum digito suo in locis, vbi debet hoc consyderari, & hoc post cõditiones, quæ pręcedere debent speculatiuam speculatione demonstratiua. Deinde rectauit secundum modum.

ALGAZEL.

AIt Alga. Si autem mũdus fuerit, prout est cum impossibilitate essendi maior, seu minor eo, qđ est, tunc esse eius, prout est, est necessarium, nõ autem possibile: necessarium autem non indiget causa, & tunc dixerũt id, quod dixerũt Dahariæ de ablatione agẽtis, & ablatione causæ, quæ est causa causarum, & hæc non est opinio vestra.

Auerroes,

AVEROES.

AIt Auer. Responsio huius, ſm opinionē Auic. eſt in promptu. nā neceſſarium in eſſe apud eū eſt duplex, neceſſarium in eſſe ex ſe, & neceſſarium in eſſe ex alio. Attamen reſponſio apud me in hoc eſt melior. nam ſequitur de neceſſitate vt in rebus neceſſarijs ſm hunc ſermonem nō ſit nec agens, nec faciens, verbi gratia inſtrumētum, quo ſecatur lignum, eſt inſtrumentum menſuratum in quantitate, & qualitate, & materia, i. ꝙ non pōt eſſe ſine ferro: & impoſſibile eſt vt ſit abſq; figura ſerrę, & impoſſibile eſt vt ſit ſerra in quacūq; menſura fuerit: & tū nemo dicit ꝙ ſerra ſit neceſſaria in eſſe. Et vide quāta eſt pulcritudo iſtę ſophiſticatiō. Attamen dicimus ꝙ negatio præceſſionis poſſibilitatis rei poſſibilis eſt negatio neceſſarij. nā poſſibile oppoſitū eſt, quod eſt impoſſibile, abſq; medio inter ea. ſi autē res eſſet impoſſibilis ante eſſe ſuum, eſt impoſſibilis neceſſario: & ponere impoſſibile in eē eſt falſum inconueniens: ponere vero poſſibile in eſſe eſt falſum poſſibile, non aūt falſum inconueniens. Quod autem poſſibilitas cum actu ſit falſa patet: qm̄ poſſibilitas, & actus ſunt duo oppoſita, quæ non congregantur in vno tempore ergo iſtis ſequitur ꝙ non reperiat poſſibilitas nec cum actu, nec ante. Et conſequens verum ſecūd Auſtariæ in hoc ſermone non eſt ꝙ permutei æternum a non poſſe ad poſſe. non enim appellatur nō potens qui non poteſt operari impoſſibile: ſed cōſequens uerum eſt, vt res permutetur de natura impoſſibilis ad naturā eſſe, & eſt ſicut cōuerſio neceſſarij ad poſſibile. Ponere vero aliquid in aliqua hora impoſſibile, & poſſibile in alia non remouet id à natura poſſibilis. nā hæc diſpoſitio omnis poſſibilis, verbi gratia ꝙ omne poſſibile, eſſe eius eſt falſum in hora, qn̄ eſt eſſe eius cōtrarij in ſubiecto ſuo. Cùm autem cōfiteatur aduerſarius ꝙ aliquid ſit impoſſibile in aliqua hora, poſſibile vero in alia, tam confeſſus eſt ꝙ res ſit de natura poſſibilis ſimpliciter, non autē de natura impoſſibilis. & ſequitur ex hoc, cùm ponitur ꝙ mūdum fuiſſe impoſſibilem ante innouationē eius ęternitate infinita, vt ſit, cùm innouatus eſt, permutata natura eius ab impoſſibili ad poſſibile. hæc aūt quæſtio eſt alia à quęſtione, de qua loquebamur, & tam diximus ꝙ, ceſſus à quæſtione ad quęſtionē eſt operatio ſophiſtica. Cùm aūt dixit & verificatio in reſponſione, ꝙ id, quod dixerunt de poſſibilitatibus, nihil eſt, quod autem cōcedi debet, &c. licet in hoc loco nō ſit aliquid, quod neceſſitet eē tempus æternum, vt dixit, eſt tū aliquid, quod neceſſitat poſſibilitatem eſſendi mūdum æternum, & ſic etiam tempus: nam Deus glo. non defecit eē potens in actione. & nō eſt hic, quod neceſſitet impoſſibilitatem copulationis operationis eius continuę cum eē eius: ſed ſorte oppoſitum huius indicat impoſſibilitatē, & eſt ꝙ non erit potens in aliqua hora, potens vero in alia, & non dicitur de eo ꝙ ſit potēs niſi temporibus determinatis finitis: & tū ipſe eſt ens æternum, & antiquum. Et redit quæſtio vtrum ſit poſſibile, vt ſit mūdus antiquus, & æternus, aut innouatus, aut erit poſſibile vt ſit innouatus, & impoſſibile vt ſit antiquus. Si aūt fuerit innouatus, vtrum ſit poſſibile vt ſit actio prima, vel ne. Si autem non erit intellectui poſſibilitas perueniendi in vnū horum oppoſitorū, tunc reuertitur ad auditum, & nō numeratur hęc quæſtio inter intellectuales. Et, cum dixerimus ꝙ primum impoſſibile eſt ei dimittere operationem bonam, & operari prauam, qn̄ eſt diminutio ei, quęro quę eſt maior diminutio q̄ ponere actionē æternitatem, & terminatā in actione innouati, cùm hoc, ꝙ actio terminata imaginat ab agente terminato, non aūt ab agente antiquo, non terminato, nec in eē, nec in actione: & hoc totum, vt vides, non latet eum, qui habet etiā paucum uſum in intellectualibus. Et qūo eſt impoſſibile agenti æterno quin ante actionē, quæ emanauit ab eo in præſentiarū, ſit actio alia, & ante actionē actio, & procedet hoc in intellectu noſtro in infinitum, ſicut procedit eſſe eius, i. agentis in infinitum. nam ille, cuius eſſe non adęquatur tempus, & non cōprehendit eum ab extremitatibus eius, neceſſe eſt vt actio eius non comprehendatur à tempore, & non adęquetur ei tempus terminatum. qm̄ omne ens non retardat actio eius eē eius, niſi quia deficit in eſſe tuo aliquid, ſ. ꝙ non erit in eſſe tuo perfecto, aut quia eſt ex elegentibus, & retardatur actio eius eē eius propter electionem. Qui autē ponit ꝙ ab æterno non emanat niſi actio noua, iā ponit ꝙ actio eius aliquo modo eſt violenta, & ꝙ nulla ſit electio in actione ſua illo modo.

ALGAZEL.

AIt Alga. Tertia ratio de antiquitate mundi eſt ꝙ Philoſophi tenuerunt, dicentes ꝙ eē mundi ſunt poſſibile ante eſſe eius. nam falſum eſt ut ſit impoſſibile, deinde fiat poſſibile. Et hoc quidē poſſibile non habet principiū, & non defecit eſſe permanens, & non defecit mūdum poſſibilem eſſe: qm̄ non eſt hora horarum, in qua poſſibile ſit denominare mundum eſſe impoſſibilem. &, cùm poſſibilitas non defecerit, tunc poſſibile circa conuenientiā poſſibilitatis non defecit. nam dicere eſt poſſibile eſſe eſt ꝙ non eſt impoſſibile eſſe eius. &, cùm fuerit eē eius poſſibile in æternū, non erit talium eſſe eius in æternum. ſin autem, ſi eſſet falſum eſſe eius ſemper, & inconueniens, dicemus ꝙ eſt poſſibile eē eius in æternum. ſi autem eſt falſum dicere ipſum eē poſſibile in æternū, eſt falſum dicere poſſibile non defecit. &, ſi falſum eſt dicere poſſibile nō defecit, erit

erit verum ꝙ poſſibile habet principium. &, cùm fuerit verum habere principiū, erit ante hoc impoſſibile, et veniet res ad affirmandū horam, in qua nō fuit mundus poſſibilis, & non fuit ipſe Deus glo. potens in eo.

AVEROES.

AIt Auer. Qui autē concedit ꝙ mundus, anteq̄ fuiſſet, fuerat poſſibilis poſſibilitate non deficiente, neceſſe eſt ei eſſe mundū æternum. nam id, quod nunq̄ defecit eſſe poſſibile, ſi poſitum fuerit non defeciſſe eſſe, non ſequit ex poſitione eius inconueniens, & quod eſt poſſibile vt ſit æternum, neceſſe eſt vt ſit æternū. id enim, quod poſſibile eſt ei vt recipiat æternitatem, poſſibile eſt ei vt nō ſit corruptibile, niſi ſit poſſibile vt corruptum fiat æternū. & ideo dicit ſapiens Arſt. ꝙ poſſibilitas in rebus æternis ē neceſſaria.

ALGAZEL.

AIt Alga. Dubitatio autē eſt vt dicatur mundus non defecit eē poſſibilis innouationis, & nō reperti aliqua hora, in qua non imagineē innouatio eius. &, cùm imagineē ens in æternum, nō erit innouatum, & non erit quid euenies conuenientię poſſibilitatis, ſed in contrarium eius. & hoc eſt, ſicut termo eorū de loco, ſ. q̄ conſyderare mundum maiorē, & creare corpus ſupra mundum eſt poſſibile, & ſic tenere aliquid ſuperius aliud ſupra hoc, & ſic in infinitum, & nō eſt finis poſſibilitati additionis, & cum hoc eſſe plenū ſimplr infinitum eſt impoſſibile, & ſic ens, cuius extremitas non finitur, impoſſibile. ſed quēadmodum dicit ꝙ poſſibile ſit corpus finitum, t. habens ſuperficiem, & ꝙ nō poterit conſyderare id in magnitudine, & paruitate, ſic quoq; poſſibilitas innouationis, & principium ipſius eſſe non requirit præceſſionem, & poſtpoſitionem, & radix eſſendi innouatum eſt eius, quod eſt poſſibile, non aliud.

AVEROES.

AIt Auer. Qui autem ponit ꝙ ante mundum fuerat poſſibilitas vna numero, quę nō defecit, neceſſe eſt ei dicere vt ſit mūdus æternus. Qui vero ponit ꝙ ante mundum fuerant poſſibilitates in æternum, non finitæ numero, vt potuit Alga. in reſponſione, ſequitur et vt ante hunc mundū ſit mundus, & ante mundum ſecundū mundus tertius, & procedet in infinitum. ſicut eſt in individuis hominū: & præcipue cùm ponaſ corruptio præcedentis conditio requiſita in eſſe ſubſequētis. verbi gratia, ſi Deus glo. erat potens creare ante hunc mūdum alium mundū, & ante illū alium, neceſſe eſt, pcedere in infinitum. ſin autem, ſequeretur vt perueniat ad mundū, an e quem non eſt poſſibile creare alium mūdum. Attamen hoc non dicunt Loquentes, & nō ponunt id in rōnibus ſuis, quibus rationantur de creatione mūdi. Quōd autem poſſibile eſſet vt ſit ante hunc mundum mundus alius in infinitum, hæc quidē poſitio exiſtimatur ꝙ non ſit inconueniens: ſed, cùm ſpeculetur de ea, apparet ꝙ ſit inconueniens. qm̄ ſequitur vt ſit natura mūdi natura vnius individui, qd̄ eſt in hoc mūdo generabili, & corruptibili. & erit ematio eius a primo principio, eo modo, quo emanauit ab eo individuū: & hoc mediante moto æterno, & motu æterno: ergo erit hic mundus pars alterius mūdi, ſicut eſt in individuis generabilibus, & corruptibilibus in hoc mundo, & de neceſſitate peruenit ad mundum æternum in individuitate, aut procedet. &, cùm de neceſſitate abſcinditur proceſſus, igitur abſciſſio eius in hoc mundo eſt dignior, ſcilicet ponendo cum vnum numero, & æternum.

ALGAZEL.

AIt A'ga. Ratio Quarta eſt. Qm̄ ipſi dicunt omne innouatum præceditur à materia: innouatio enim indiget materia: igit materia non erit innouata. Quod autem innouatur, ſunt formæ, & accidētia, qualitates quidem ſuper materias, &c. vſq; ad, & non erit materiam primam innouari talium.

AVEROES.

AIt Auer. Summa huius ſermonis eſt ꝙ omne innouatum eſt poſſibile ante innouationē eius: et poſſibilitas præſupponit rem, in qua exiſtit, & eſt ſubiectum recipiens rem poſſibilem. nam poſſibilitas, quæ eſt ex parte recipientis, non debet aliquis exiſtimare ꝙ ſit poſſibilitas, quæ eſt ex parte entis. cum enim dicimus de Socrate quòd poſſibile eſt vt faciat hoc, eſt aliud q̄ dicere in re facta ꝙ ſit poſſibile. quare cōditionatur in poſſibilitate agētis poſſibilitas patientis. agens enim in poſſibile eſt vt agat impoſſibile. &, cum non ſit poſſibile vt ſit poſſibilitas præcedens innouatum abſq; ſubiecto oino: & impoſſibile eſt vt ages ſit ſubiectum, nec poſſibile: nam poſſibile cùm peruenerit ad actum, auferſ poſſibilitas: igitur non remanet niſi ꝙ ſit ſubiectū poſſibilitatis res recipiens poſſibilitate: & eſt materia. materia aūt non generat, in eo ꝙ eſt materia: qm̄ indigeret alia materia, & procedet in infinitum. ſed, ſi materia generaretur, eſſ in eo ꝙ eſt cōpoſita ex materia, & forma. & omne generatum generatur ex alio. & tunc aut procedet in infinitum directe in materia infinita. & hoc eſt falſum, licet imaginati fuerimus motorem æternum: non enim reperiſ aliquid in actu infinitum. aut aduenient ad eam formę, vna quidē poſt aliā, in ſubiecto quidem non generabili, nec corruptibili, & aductus earum vnius poſt ablationē alterius æternus, & circularis. Si aūt hoc fuerit, neceſſe eſt eſſe hic motū æternum, qui tactat aduentū huius poſt ablationē alterius, quæ ſunt in generabilibus, & corruptibilibus in æternum. qm̄ apparet ꝙ generatio vnius quique generatoris eſt corruptio alterius, & corruptio eius generatio alterius, & ꝙ non ſit aliquid ex nihilo. nam generatio eſt conuerſio rei, & mutatio eius ex eo, quod eſt in potentia, ad actū. Quare impoſſibile eſt vt ſit primum ens, & ſit

impossibile enim est oppositū possibilis. contraria aūt opposita determinant, pculdubio subiectum: nā impossibilitas est negatio possibilitatis. si aūt possibilitas determinauerit subiectū, tunc impossibilitas, quæ est negatio huius possibilitatis, determinat ēt subiectum. vt dicimus ꝙ esse vacuum est impossibile, qm̄ esse dimensiones separatas est impossibile extra corpora naturalia, & infra. & dicimus ꝙ ambo contraria impossibile est esse in eodē subiecto. & dicimus ꝙ est impossibile duo esse vnum: & hoc quidem in esse. & totum hoc est manifestum per se: & nihil est cōsyderatio huius sophisticationis hic adductæ ab eo.

ALGAZEL.

AIt Alga. Et secunda est, qm̄ nigredo, & albedo, determinat intellectus in eis ante esse earum ꝙ sint possibiles. Si aūt hæc possibilitas referatur ad corpus, in quo sūt, ita quod dicatur dispositio eius, ꝙ hoc corpus possibile est vt denigretur, & dealbetur. & cum albedo in se non sit possibilis, & nō habeat denominationē possibilitatis: sed possibile est corpus, & possibilitas refertur ad id. tūc dicimus quid est iudiciū nigredinis, & albedinis in se, vtrum sit possibile, aut necessarium, aut impossibile? & non pōt euadi quin dicatur ꝙ sit possibile. & signific at ꝙ intellectus, & determinatio circa possibilitatē non indigēt positione substantiæ entis, ad quod referatur possibilitas.

AVEROES.

AIt Auer. Hęc est tallacia. nam possibile dicit de recipiēte, & receptō: id autem, quod dicitur de subiecto recipiente, opponitur et impossibile: id vero, qđ dicitur de recepto, opponitur et necessarium.

Quod autē denominatur à possibilitate, cui opponit impossibile, non est id, quod exit in actum à possibilitate, ex eo ꝙ exit in actum, qm̄, cùm ex. erit, auferi ex eo possibilitas. denominatur tū à possibilitate, ex eo ꝙ est in potentia. & subiectum huius possibilitatis est subiectum, quod permutat ab esse in potētia ad esse in actū. & hoc est manifestū ex definitione possibilis. nam est id, quod non est, & est in posse vt sit & non sit. Et hoc non ens possibile non est possibile ex eo ꝙ non est, nec ex eo ꝙ est in actu, sed est possibile ex eo ꝙ est in potētia. Et ideo dixit tecta Namatezela ꝙ id, quod nō est, sit substantia quędam. nam id, quod non est, est cōtrarium ipsi esse: & vnumquodq; differt ab alio, & cum aufertur priuatio alicuius rei, est loco eius esse eius. & cū auertur esse eius, est loco eius priuatio eius. & quoniā substātia priuationis, impossibile est vt conuertatur in esse, nec substantia esse cōuertatur in priuationē, necesse est vt recipiens ea sit qd tertium præter ea, & est id, quod denominatur a possibilitate, & generatione, & permutatione a denominatione priuationis ad denominationē ipsius esse. priuatio enim non denominatur à generatione, & mutatione, nec res, quæ sit in actu, denominatur hoc & generatū, cùm erit in actu, aut ab eo denominatio generationis, & mutationis, & possibilitatis ergo nō potest euadi de necessitate ab aliquo denominato a generatione, & mutatione, et cōuertione ex priuatione ad esse, sicut est in permutatione contrariorū vnius ad aliud, ꝙ necesse sit esse eis subiectū, in quo aduenit vnum quidē post abnationē alterius, nisi ꝙ in mutatione, quæ est in aliis accidentibus, est in actu, in substātia vero in potētia. Nec possumus etiam ponere hoc de numero eorū à possibilitate, & mutatione rem, q est in actu, i. ex qua fit generatio, ex eo ꝙ est in actu. qm̄ hoc erit in deperditione aūt, ex quo fit generatio oportet vt sit pars generati. Igitur hic est subiectum necessarium scripsit possibilitatē, quod est fedes mutationis, & generationis. & est id, quod dicitur generari, & mutari, & permutari ex priuatione ad esse.

Nec possumus ponere hoc de natura rei exeuntis in actum, s. de natura entis in actu. nam, si hoc esset, nō generaretur ens. generatio enim est ex non ente, non ex ente. nam natura est quid, ad quod conuenerunt Philosophi, & secta Mahatazela ꝙ reperiatur: nisi ꝙ Philosophi tenent ꝙ non erit denudatum formis repertis in actu, s. non erit denudatum ipso esse: permutatur tm̄ ex esse ad esse, sicut permutat̄ sperma exēpli gratia ad sanguinem, & pmutatio sanguinis ad membra sensitiua. nam, si esset denudatum ipso esse, esset ens in se. si autē esset ens in se, non esset ex eo generatio. & hoc quidem apud eos est id, quod appellant materiā: & est cā generationis, & corruptionis: & oē ens denudatum ab hac natura est apud eos non generabile, nec corruptibile.

ALGAZEL.

AIt Alga. Tertia vero, ꝙ animæ humanæ apud eos sunt substantiæ existentes per se, & nō sunt corpus, nec; materia, nec copulatæ adequatæ materiæ, & sunt innouatæ, prout id tenet Auicēna, & verificantes ex eis, & habent possibilitatē ante innouationem suam, & non habent substantiā, nec materiam vt sit possibilitas eaꝝ denominatio relativa, & non reducitur ad posse potentis, nec ad agens. & scitendo ad quid reducitur, conuertitur hoc contra eos.

AVEROES.

AIt Auer. Nunc; vidi sapiētis esse dictum, ꝙ aīa fuerit innouata innouatione vera, & postea ꝙ sit remanens, nisi id, quod recitauit Auicenna. oēs tm̄ confitentur ꝙ innouatio eius sit relativa, & est peruentio eius ad possibilitates corporales, recipientes quidem hanc cōtinuationem, sicut possibilitates, quæ sunt in speculis ad copulationē radij Solis cum eis. & hæc possibilitas apud eos non est de natura possibilitatis formarum generatarū, & corruptarum, sed est possibilitas modo, quo opinantur demonstrationē adducere nos ad eā. & subiectum huius possibilitatis est natura diuersa à natura materiæ. & non percipiet opinantes eoꝝ in his rebus nisi qui operā dederit libris eorū cum cōditionibus, quas dixerunt, & attributa, quæ dixerunt, cum pfectione scientiæ innatæ, & magistro sapiente. Dubitare aūt Alga. his rebus hac dubitatione non cōuenit tali, qualis ipse est. Nam nō euadet ab vno duoꝝ. aut enim ipse scivit hæc oīa fm̄ veritatem, & adduxit ea hic præter veritatē: & hæc est operatio prauoꝝ: aut non intellexit ea fm̄ veritatē, & dubitauit in sermone, mediāte re, quę non cōprehendit scientiā: & hæc est operatio ignorantiū. Ite aūt vir, absit apud nos ab his duabus denominationibus, licet nō possint boni euadere, quin vilipendant eum. Attamen vilipensio Alga. est cōpilatio huius libri, & forte coactus fuit propter tempus, & locum eius.

ALGAZEL.

AIt Alga. respondens pro Philosophis. Si aūt dicatur reuersio possibilitatis ad iudicium intellectus est quid falsum. qm̄ nihil est iudiciū intellectus, nisi scientia de possibilitate: possibilitas aūt est scitum, quod est diuersum à scientia. sed scientia est, quæ id cōprehendit, & id sequitur, & alligatur ei, prout est. scientia autem, si imaginatum fuerit ꝙ sit priuatio eius, non deperditur scitum, quod est possibile, sed remanet possibile possibile, licet non sciatur. scitum vero, cùm imaginatum fuerit auferri, auferetur scientia. scientia autem, & scitum sunt duo, quorum unum est sequens, aliud vero attrahens, &c. vsq; ad, & erit possibilitas denominatio eis hac via.

AVEROES.

AIt Auer. Quod posuit in hoc capitulo est sermo verus, & declarabitur tibi hoc ex eo, quod diximus de intelligentia naturæ possibilis.

Algazel.

ALGAZEL.

AIt Alga, contradicens sapientibus. Et respōsio est ꝙ reuersio possibilitatis, & necessitatis, & impossibilitatis ad iudicia intellectualia est vera. & id, quod dixerunt, ꝙ dispositio iudiciorum intellectus est scientia eius, & scientia determinat scitum, dicitur eis, quemadmodum coloratio, & animalitas, & alia iudicia vniuersalia sunt permanentia in intellectu apud eos, & sunt scientię, quibus dicitur non esse scita, & scita quidem eorū non habent esse demonstratum, adeo ꝙ declarauerunt Philosophi ꝙ vniuersalia reperiuntur in scientijs, non aūt demonstrata: esse vero demonstratum est in particularibus individualibus, quæ sunt sensibilia, non aūt intellectualia, sunt tamen causa consyderationis intellectus, & facīēdi iudicium abstractum à materia intellectuali: ergo coloratio est iudiciū abstractum in intellectu præter nigredinē, et albedinē. et non pōt imaginari, cùm fuerit color, qui nō sit niger, nec albus, nec alius color. & confirmata est intellectui forma colorationis absq; differentia, & dicit ꝙ sit forma, cuius esse est in scientijs, non autem demōstrata. si autem hoc non fuerit impossibile, sic non erit impossibile id, quod diximus.

AVEROES.

AIt Auer. Hic est sermo sophisticus. nam possibilitas est quid vniuersale habens particularia reperta extra aīam, vt sunt alia vniuersalia. scientia autem non est scientia rei vniuersalis, sed est scientia particularium modo vniuersali, quē tacit intellectus in particularibus, cùm abstrahit ab eis naturā unam communem, quæ diuisa est in materijs, & vniuersale nō est natura eius natura rerum, qbus est vniuersale. Attamen ipse in hoc sermone fallitur, accipiens qdem naturā possibilitatis pro natura vniuersali, ablaq; eo, ꝙ sint ibi particularia, in qbus sustentat hoc vniuersale, i. possibilitas vniuersalis. vniuersale aute non est scitum, sed cum eo sciuntur res, & est qd reperium in natura rerū scitarum in potētia. &, nisi esset hoc, esset cōprehensio eius particularū, in eo ꝙ sunt vniuersalia, cōprehensio falsa. hoc aūt sic esset, si natura scitī esset particularis p se, non aūt per accidēs. sed est contrarium, i. ꝙ scitum est particulare per accidens, vniuersale uero per se. & ideo cùm non cōprehendit id intellectus, ex eo ꝙ est vniuersale, fallit in eo, et iudicat de eo iudicio falso. cùm autem abstraxerit naturas, quæ sunt in particularibus à materijs, & posuerit eas vniuersales, bene pōt de eis iudicare iudicio vero, & ꝙ non misceantur et naturæ. & possibilitas est vna harum naturarū. Vlterius sermo Philosophorum ꝙ vniuersalia reperiunt in intellectu, non aūt demonstrata, intentio eorū in eo est, ꝙ reperiuntur in actu in intellectu, non autē demonstrata. & non ponunt ꝙ non reperiuntur omnino demonstrata, sed volunt ꝙ sunt in potētia, & non in actu. nam, si nō essent, omnino essent falsa. &, cùm fuerint extra intellectum, sunt in potentia, & possibile est extra aīam in potentia. ergo hoc modo assimilatur natura eoꝝ naturę possibilis. Et ex eo conatus est facere sophisticationē, qm̄ assimilauit possibilitatem vniuersalibus, quia sunt cōtentia, & eadē, circa esse, quod est in potentia. Vltrius posuit ꝙ Philosophi dicunt ꝙ vniuersalia non habent esse extra aīam omnino, & intulit ex hoc, ꝙ possibile non habet esse extra aīam omnino. O quanta est vilis hęc tallacta, & corrupta sententia huius hominis.

Scientia nō est rei vēs, sed particularium in vtl. vi de primo de Aia co. 8. & alta ibi annotata. vide Alexan. Aphr. lib i. Quęstio. natural. q8. 11.

ALGAZEL.

AIt Alga. Cùm aūt dicunt si imaginaretur priuatio intellectuū, aut occultatio eoꝝ, non auferēt possibilitas, dicimus, si imaginarēt priuatio eorum, vtrum iudicia vniuersalia, & sunt genera, & spēs, ēent priuata. Cùm aūt dixerint sic, qa nihil habēt, nisi iudicia in intellectu, sic ēt est dictum nostrū de possibilitate. & nulla est dria inter ambas naturas. Si autem existimauerint ꝙ remāterint in scientia Dei glo. sic ēt est sermo de possibilitate, & necessitate. & inētum est ostendere contradictionem verborum eorum.

AVEROES.

AIt Auer. Apparet ex hoc termone cōtradictio sui ipsius, & ignorantia eius. nam magis subtiliens, quod sit in eo, fundat̄ super duas ppositiones. quarū vna est ꝙ ipse declarauit ꝙ possibilitatis alt qua est particularis extra aīam, & aliqua vniuersalis, & est intellectū illorum particularium. & est termo nō verus. Si aūt dixerint ꝙ natura particularū extra aīam ex possibilibus est natura vniuersalis, quod est in intellectu, tunc nō habet nec naturam particularis, nec vniuersalis, aut erit natura particularis natura vniuersalis. & hæc oīa sunt dementię, & chimerę. & quōcunq; sit, vniuersale habet aliquod esse extra animam.

ALGAZEL.

AIt Alga. Excusatio aūt de impossibilitate, q refertat ad materiā, quæ attribuit rei, cùm phibet ei contrariū eius, non ois plectō impossibilitas est sic. nā esse locutū Deo glo. est tallum, & non est materia, ad quam referatur impossibilitas. Si aūt existimauerint ꝙ tallitas loci est separatio Dei glo. in re, & eius est necessariū, & separatio referri ad id, dicimus eis ꝙ nō est necessariū. mundus. n. est cum eo, igit non est separatus. Si vero existimauerint ꝙ separatio eius a simili est necessaria, & cōtradicens necessario est impossibile, & est relatio eius ad id, dicimus ꝙ diuō separationis Dei glo. à mundo, nō est licut separatio eius a similiter. nam separatio eius a simili est necessaria, & separatio eius a creaturis non est necessaria.

AVEROES.

AIt Auer. Hic totus est termo vanus, & cadens qm̄ non est dubiū apud eū ꝙ iudicia intellectus sunt iudicia et fm̄ naturas rerum extra animā, & si nō esset extra animā, nec possibile, nec impossibile, tunc essent iudicia intellectus in hoc, ac si nō esset iudicium, & non esset dria inter intellectum, & imaginationem. Esse autem simile Deo glo. est impossibile in esse, sicut ipse est necessarius in esse, & nō est opus multiplicare termonem in hac quæstione.

ALGAZEL.

AIt Alga. Adhuc excusatio est inconueniens in animabus innouatis, habentibus substātias separatas, & possibilibus antea ad innouationē & nō est ibi aliquid, cui attribuit. Cum aūt dixerint ꝙ materia possibile est vt eligat eam animæ tūc, qm̄ relationes longæ. Si aūt hoc verbis tulerit, non est absurdum, quin dicatur ꝙ dispositio possibilitatis innouat est ꝙ potens id possibile est et vt id innouet, & erit relatio eius ad agens, licet non fuerit innatum ei, licet est relatio animæ ad corpus patiens, quāuis non fit eius a tum. & nulla est differentia inter, proportionem ad ens, & proportionem ad patiens, cum non fuerit quid tertium in ambobus subiectis.

AVEROES.

AIt Auer. Intēdit intelligere eis, si potuerint possibilitatē innouatione aīæ, nō innata in materia, ꝙ sit possibilitas in patiente, vt possibilitas in agente in emanatione actionis ab eo, & erunt æquales ambæ possibilitates. & hoc est inconueniens. qm̄ tm̄ hāc positionē aduenit aīa, qm̄ vellet corpus ab exitu, sicut vult faciens tactū, et non erit vt dispō in corpore, quēadmodū non erit tactus dispō in tacto. Attamen rīsio et est ꝙ nōn, phibet quin reptant aliquæ ex proprietatibus, q̄ currunt curtu dispōnum, cùm reparatione tactum eius, vt nauta in naui, & lacies cū mitio, sic. et.

Si aũt est corpus tanꝯ instrumentũ animæ, ipsa quidẽ est dispositio separata. Sed non est possibilitas, quæ est instrumento, vt possibilitas, quæ est agenti: sed reperiẽ instrumentum in ambabus rebus simul, s. possibilitate patientis, & possibilitate agẽtis. & ideo sunt instrumẽta mouẽtia, & mota. & in eo ꝙ sunt mouentia, reperiẽ eis possibilitas, quæ est in agẽte: & in eo ꝙ sunt mota, reperiẽ eis possibilitas, quę est in patiẽte. & non sequiẽ eis ex positione animæ separatæ vt ponatur possibilitas, quæ est in recipiente, eadẽ cum possibilitate, quæ est in agente. Vlterius possibilitas, quæ est in agente, apud Philosophos nõ est iudicium intellectuale tm, sed iudicium de re extra animã. & non est vtilitas contradicenti, assimilanti quidem vnam duarum possibilitatum alteri. Et, quoniã consyderauit Alga. ꝙ isti sermones omnes faciunt dubitationes, & cõfusionem et, qui non potest eas soluere, & est opus prauorum Sophistarum, ideo dixit.

ALGAZEL.

AIt Alga. Si aũt dixerit adhęsistis in oĩbus quæstionibus oppositioni dubitationibus cum dubitationibus, & nõ euadet id, quod posuistis, à dubitationibus, dicimus dubitatio declarat corruptionem sermonis proculdubio, & soluuntur modi dubitationum, consyderando dubitationem, & quæsitum. Nos aũt non intendimus in hoc libro nisi adaptare opinionẽ eorum, & mutare modos rõnum eorũ cum eo, cum quo declarabit destructio eaꝝ. & non incũbemus ad sustentandum opinionẽ aliquam. vnde non egrediemur ab intentione libri, nec cõplebimus sermonem in assumendo rõnem demonstrantẽ innouationẽ mundi: qm̃ intentio nostra est destruere rationes eoꝝ, notificãdo id, quod sequitur. affirmare vero opinionẽ veram, derelinquimus in alio libro, quẽ edere decreuimus in hoc, dño concedente, quem Fundamenta legũ appellabimus: in quo qdem affirmationem facere intẽdimus, sicut in hoc libro destructionem facere volumus.

AVERROES.

AIt Auer. Oppositio autem dubitationibus cũ dubitationibus non facit destructionem: facit tñ confusionem, & dubium et, qui fecit dubitationes dubitationibus, & non verificat apud eum vnã duarum dubitationum, & destructio dubitationum, quæ opponuntur ei. Et plurimi sermonum, cum quibus opposuit hic vir, sunt dubitationes euenientes, cùm adducuntur sermones eoꝝ, aliquis apud aliquem, & assimilãtur diuersi adinuicem. Attamen hæc quæstio nõ est perfecta, quæstio enim perfecta est, quę facit destructionem opinionis eorum ſm rem ipsam, non ſm sermonẽ dicentis. vt est positio eius, ꝙ sit possibile aduersario ꝙ possibilitas sit iudicium intellectuale, vt ponũt hoc in vniuersali. Nam, si conceditur verificatio similitudinis inter ea, non sequitur ex hoc destructio essendi possibilitatem iudicium adhærens ipsi esse. sequeretur enim ex eo vnum duorũ, aut destructio essendi vniuersale in intellectu tantum, aut esse possibilitatem in intellectu tantum. Et debuit incipere adaptare veritatem, anteꝙ inciperet de eo, quod facit confusionẽ consyderantibus, & dubitationem, vt nõn moriatur consyderans, anteꝙ incumbat libro illt, aut moriatur ipse, anteꝙ cõponat eum, qui quidem liber adhuc non peruenit ad nos: & forte non edidit eum. Cùm autẽ dixit ꝙ ipse non intendebat in hoc libro aliquã opinionem sustentare, dixit hoc, vt non existimeẽ de eo ꝙ ipse intendat sustentare opinionẽ sectę Assariæ. & apparet ex libris dedicatis ei quòd reuersus est in scientijs diuinis ad opiniones Philosophorum. & ex magis apparentibus de eis in hoc, & verior in confirmatione eius est liber eius, appellatus Fenestra luminarium.

DISPVTATIO SECVNDA.

DE DESTRVCTIONE SERMONIS EORVM DE ÆTERNITATE MVNDI, ET TEMPORIS, ET MOTVS.

ALGAZEL.



IT Alga. Scias ꝙ hęc disputatio est ramus primę. qm̃ mundus apud eos, sicut est antiquus, non habens principium in esse suo, sic est æternus, non habens finem in fine suo: & non põt imaginari finitas, nec corruptio eius, sed nũquã defecit, nec deficiet sic esse. Rationes autẽ eorum quatuor, narratę circa antiquitatem eius, extenduntur circa æternitatem eius. & dubitatio contra eas est, sicut dubitatio hic absq; differẽtia. Nam ipsi dicunt ꝙ mundus est causatus, & causa eius est antiqua, & æterna: & sic est simul causatũ cum causa. & dicunt ꝙ, cùm non mutatur causa, non mutatur causatũ, & causa eius remanebit. & super hoc ædificauerunt prohibitionẽ innouationis. & ipsamet currit circa ablationem cessationis cursu primę. & hæc est via eorum prima. Secunda autem est, qm̃ mundus, cùm corrumpitur, erit corruptio eius post esse eius, & erit in eo post, ergo fuit in eo tps. Tertia vero via est, ꝙ possibilitas essendi non cessat. & sic esse possibile potest esse inconuenientia possibilitatis, nisi ꝙ hæc ratio nõ est fortis. nam nos negamus ꝙ sit antiquus ex parte ante, & nõ negamus ꝙ sit æternus à parte post, si fecerit Deus glo. eum remanere in æternum: cùm nõ sit de necessitate innouati vt habeat finem, & de necessitate actionis est vt sit inouata, & vt habeat principium. Et non est necesse apud aliquem, vt sit mundo proculdubio finis, nisi apud Ela abo alhauil alhalaph. qui quidem dixit sicut est impossibile in tẽpore prætcrito esse reuolutiones infinitas, sic etiam est in futurũ. & est falsum. quoniã omne futurum non ingreditur in esse omnino non comprehensо, nec æquale. præteritum vero tam ingressum est totum in esse comprehensо, licet nõ fuerit æquale. &, cùm declaratum fuerit nos non denegare remanentiam mundi ex parte intellectus in æternum, sed potest stare remanẽtia, & finitas eius: ergo cognoscitur quæ pars possibilis conuenit in lege. & consyderatio in eo non dependet in re intelligibili.

AVERROES.

AIt Auer. Quod autẽ dixit, quòd id, quod sequitur ex ratione prima eorũ de antiquitate mundi in præteritum, sequitur idem ex ea in futurum esse verum: & sic etiam est in ratione secunda eorum. Cùm autem dicunt quòd nõ sequitur in tertia ratione in futurum id, quod sequitur in præteritum secũdum opinionem eorum, quia nos negamus vt sit mundus æternus in præteritũ, & non est falsum vt sit æternus in futurum, nisi apud Auoalhozil alhalaph, qui quidem tenet esse mundum æternum ex duabus extremitatibus falsum, non est, sicut dixit. quoniam, cùm concedunt eis quòd mundus non defecit possibilitas eius, & quòd possibilitas euenit ei, tãquam quid eum sequens, quo mensuratur hæc possibilitas, sicut euenit enti possibili, cùm exierit in actum hæc dispositio, & apparet de hoc spacio quòd non habuerit principium, verificabitur eis tempus non habere principium. hoc enim spacium nihil aliud est nisi tempus. & appellatio eius, qui appellauerit id dahar, idest æternũ, nihil est. Et, cùm fuerit tempus copulatum possibilitati, & possibilitas copulata esse moti non habet principium.

Cùm autem dixerint ꝙ omne, quod reperitur in præteritum, habet primũ, est propositio falsa: qm̃ primum reperitur in præteritum æternũ, sicut reperitur in futurum. Distinctio autem eorum in hoc inter primũ, & operationem eius, est ratio indigens demonstratione. qm̃ esse eius, quod fuit in præteritum nõ æternum, est aliud ab esse eius, quod fuit in præteritum æternũ. nam id, quod fuit in præteritum nõ æternum est finitum ex duabus extremitatibus, s. habet principium, & finem. quod vero est in præteritum æternum non habet principium, nec finem, nec cessationẽ. & ideo, quia nõ ponunt Philosophi ꝙ motus circularis habeat principiũ, non sequitur eis vt habeat finem: qm̃ ipsi non ponunt esse eius in præteritum esse generabile, & corruptibile. & qui concedit hoc eis, contradicit verbis suis. & ideo fuit hæc propositio vera, ꝙ omne habens principiũ habet finem. Quòd autem sit quid habens principium, et non finem nõ est verum, nisi ꝙ possibile fiat æternum. nam omne habens principium est possibile. Quòd aũt sit aliquid possibile, vt recipiat corruptionem, & recipiat æternitatem, est quid nõ scitum, & debet speculari de eo. Et tã speculati sunt de eo Antiqui, & Hauoalhauil conuenit cum Philosophis in eo, ꝙ omne innouatum corrumpit, & est consequens fortissimum ad eradicãdum sermonem de innouatione mundi. Qui autẽ distinguit inter præteritũ, & futurum, ꝙ id, quod fuit in præteritum, iam exijt totum in esse: id vero, quod erit in futurum, non exit totum in esse: exit enim de eo aliquid, & aliquid non: est sermo fallax. Nam id, quod fuit in præteritum, in rei veritate iam exijt in tempore: & quod exijt in tẽpore, id excedit tempus ex duobus lateribus, & habet totum, & est finitum necessario. Quod vero non exijt in præteritum, vt est processus eius, quod innouat, non exit in præterito, nisi æquiuoce. sed ipsum cum præterito durat in infinitũ, & non habet totum. totum vero ex partibus eius. tempus enĩ non reperitur et principiũ primum, innouatum in præteritum. nam omne principium innouatum est in tempore præsenti: & omne tempus præsens habet antecid præteritum: ergo id, quod reperitur æquale tempori, & tempus est æquale et, necesse est vt sit infinitum, & quòd non exeat ex eo in esse præterito, nisi partes eius, quas comprehendit tempus ex duobus lateribus: ficut non exit in esse motu ex tempore in rei veritate, nisi instans, nec ex motu, nisi id, quod mouetur in magnitudine, in qua mouetur in instanti, de quo quæritur. Nã quemadmodum ens, quod non defecit in præteritum, non dicimus ꝙ id, quod transijt ex esse eius, exijt nunc in esse: nam, si hoc esset, erit esse eius principium, & tẽpus id cõprehendit ex suis lateribus: sic dicimus de eo, quod est cum tempore, non autẽ in eo, & in reuolutionibus præteritis, ꝙ exit ex eis in esse imaginabili id, quod ex eis comprehenderit tempus. Quæ vero sunt cum tpe, adhuc non exeunt in esse: sicut nõ exijt in esse præteritum id, quod non defecit esse, postq; non comprehendit id tempus. Cùm aũt imaginatus fueris ens æternum, operationes quidem eius nõ retardantur ab eo: sicut est mos omnis entis, cuius esse est perfectum, vt sit tale. nam, si ipsum fuerit æternum, & nõ exiuerit in tẽpore præterito, sequitur necessario vt non exeant operationes eius in tpe pterito. nã, si exiuissent, essent finitæ: & hoc ens æternum nõ deficeret esse absq; operatione. & id, quod non deficit non operari, est necessario impossibile. Et est conueniens enti, cuius esse non exit in tpe, & id non cõprehendit tempus, vt sint operationes eius tales, nam nulla est differentia inter esse entis, & operationes eius. Si autẽ fuerint motus orbiũ cœlestium, & eius, quod sequitur ex eis, operationes entis æterni, cuius esse nõ exit in esse præterito, necesse est vt operationes eius nõ exeant in tpe præterito. Et nõ omne, quod dicitur de eo non exire, possibile est vt dicatur de eo iam exiuisse in tpe præterito, nec ꝙ iam finitum est. omne enim habens finem habet principiũ. Vlterius, cùm dicimus de eo non defecisse, est negatio processus in tpe præterito, & habere principiũ. Et qui ponit exitũ fuisse in tpe præterito, ponit et principium. & ipse quidẽ petit principium in quæsito. Et, cùm non sit verum, id, quod non defecit cũ esse æterno, iam exiuisse in esse, nisi exiuerit ens æternum in esse, cùm exit in tpe præterito. Igitur, cũ dicimus oẽ præteritum iam exiuit in esse, intelliguntur de eo duo. quoꝝ vnum est, ꝙ omne, quod exiuit tpe præterito, iam exiuisse in esse: et hoc est verũ. præteritum vero copulatũ ipsi esse, quod nõ defecit, s. quod non euadet ab eo, nõ conuenit vt dicamus exiuisse in esse. nam, cũ dicimus de illo exiuisse, est contrarium eius, quod dicimus, ꝙ sit copulatũ enti æterno. & nulla est differentia in hoc inter operationẽ, et esse, s. ꝙ qui concedit possibilitatem esse entis, quod non defecit in præteritum, debet etiã concedere ꝙ hic sint operationes, quæ non defecerunt antea in præteritum. & nõ est necesse vt sint operationes eius omnino positæ in esse, sicut non sequitur in durationc subsistantiæ eius in præteritũ, vt exiuerit in esse. & hoc totum est manifestum, vt vides. Hoc aũt esse primum possibile est vt faciat operationes, quæ non defecerunt, nec deficiẽt. &, si hoc fuerit impossibile in operatione, erit quoq; impossibile in esse. nam oẽ ens operatio eius est copulata et in esse. Isti aũt homines ponunt impossibilitatem operationis æternæ et, & esse eius æternum. & hæc est vltimitas erroris. sed dare nomen innouationis mũdo, vt dat lex, est magis proprium, ꝙi quod dat secta Assaria. nam operatio, in eo ꝙ est operatio, est in nouata. Imaginatur tñ antiquitas in eo, qm̃ hæc innouatio, & operatio innouata non habet principium, nec finẽ. Dixi & ideo difficile est Mauris appellare mundum æternum, & Deum æternum. & ipsi non intelligunt de æterno, nisi nõ habens causam. & iam vidi aliquos sapientum Maurorum adhærere huic opinioni.

ALGAZEL.

AIt Alga. Via aũt Quarta eoꝝ sequitur. qm̃ ipsi dicunt, cùm corrũpitur mundus, remanet possibilitas esse eius. nam possibile nõ fit inconueniens, & est attributũ relatiuum, & indiget omne innouatum ſm opinionẽ eorum materia præcedenti, & oẽ corruptum corrũpitur ad materiã præcedentem. materiæ autem, & radices nõ corrumpuntur: corrumpũtur tñ formæ, & accidentia, quæ sunt eis.

AVERROES.

AIt Auer. Cùm autẽ ponitur aduẽtus formarum circulariter in eodẽ subiecto, & ponatur quòd agẽs in hac circulatione est agens, nõ deficiens, non sequitur ex hac positione falsum. Si vero ponitur aduẽtus vnius post ablationẽ alterius in maternis infinitis specie est falsum. & sic, si ponitur hoc absq; agente æterno, seu ab agẽte non æterno. quoniam, si fuerint ibi materiæ infinitæ, reperiretur infinitũ in actu. & hoc est falsum. & magis absurdum est vt sit aduẽtus vnius post ablationem alterius ex agentibus innouatis. quare nõ est verum hoc modo ꝙ homo generetur omnino ab homine, nisi ponatur hoc circulariter in eadẽ materia, ita ꝙ erat corruptio aliquorum hominum præcedentium materia subsequentium, & esse aliquoꝝ præcedẽtium currit cursu agentis, & instrumenti cũ subsequẽtibus. & hoc totũ est per accidens. qm̃, cũ sint hæc tanꝯ instrumenta agentis non deficientis, generati ho-

mo mediante homine, & ex materia hois. & hoc totũ, cùm nõ diuidit hac diuisione, non euadẽt consyderans in his rebus à dubitationibus, ex quibus non põt saluari. Et Deus glo. ponat te, & nos cum his, qui peruenerunt ad gradũ sapientum, attingentium ad finẽ veritatis circa possibile ex operationibus eius, & necessartũ, quod non finitur. & totum hoc, quod diximus hic, nõ declarat in hoc loco. Et debet speculari de eo cum prudentia, & assiduitate ſm conditiones, quas declarauerunt Antiqui, & eas conditiones posuerunt in speculatione. & impossibile est cũ hoc, quin audiat homo sermones contradicentium in omni re, de qua speculat, si dilexerint esse ex hominibus veritatis.

ALGAZEL.

AIt Alga. Et responsio omnium est, quod diximus, le parauimus tũ hanc disputationem, qm̃ habẽt in ea duas alias rationes. quarum Prima est, quam tenuit Galenus, dicens si Sol exempli gratia reciperet corruptionem, appareret de eo resolutio in tempore successiuo: & tũ aspectus significantes mensuram eius post tot milia annorum non significant nisi hanc mensuram. &, quia non resolubitur in his temporibus, longis indicat ꝙ non corrũpetur. Dubitatio autẽ de ea est multis modis. quorum Primus est, & forma huius rationis talis est. Si Sol corrũperetur, non est dubium ꝙ euenerit ei resolutio: sed cõsequens est falsum: ergo & antecedens etiã falsum. & est syllogismus, qui appellat apud eos conditionalis copulatus. Quæ quidem conclusio non sequitur, qm̃ antecedens non est verum, nisi copulet et alia conditio. nam, cùm dicit si corrumperetur, impossibile est quin resoluatur, hoc consequens non sequitur ipsum antecedens, nisi cum additione conditionis. & est vt dicatur, si corrũperetur corruptione resolutiua, impossibile est ei quin resoluatur in longitudine temporis, aut declarabitur ꝙ nõ fit corruptio, nisi per viam resolutionis, ad hoc vt sequat consequens ab antecedente, & tamen non conceditur et, quòd non corrumpitur res nisi per resolutionem. Sed resolutio est vna speciei corruptionis. Et non est inconueniens vt corrumpatur res in esse suo, & est in hora perfectionis suæ.

AVEROES.

AIt Auer. Res autẽ, cum qua cõtradixit huic sermoni, est, quia cõsequentia inter antecedens, et cõsequens non est vera. nã corruptum nõ oportet vt resoluat, cùm corruptio aliqñ prouenit rei ante resolutionẽ. Attamen cõsequentia vera est, cùm ponitur corruptio ſm cursum naturalẽ, & nõ ponit coacte, & cõcedatur etiã ꝙ corpus cœleste sit viuens. nam oẽ viuens, quod corrũpitur ſm cursum naturalẽ, resolubitur, anteq̃ corrũpatur necessario. Sed istæ sunt ꝓpositiones, q̃s non cõcedit aduersarius de cœlo, nisi cũ demonstratione. Quare fuit sermo Galeni rhetoricus. Et qd cautius est in hoc ſmone est ꝙ cœli, si corrũperent, corrũperentur quidẽ aut ad elementa, ex quibus cõponunt, aut ad aliã formam, eo ꝙ spoliarent forma sua, & reciperẽt aliã formam, vt accidit formę simplicium, cũ generat aliquod eorum ab aliquo, s. elemẽta quattuor. Si aũt corrũperentur ad elementa, illa essent pars alterius mundi. nã non conuenit vt sint ex elemẽtis contentis in eis, qm̃ ista elementa sunt pars nõ habens mensuram respectu eoꝝ: immo ꝓportio eoꝝ ad illa est, ꝓportio puncti in circulo. Si vero spoliarent forma sua, & reciperent aliam, erit hic corpus sextum contrarium eis, quod non est nec cœlũ, nec terra, nec aqua, nec aer, nec ignis. & hoc totum est falsum. Cùm autem dixit ꝙ nõ resolubitur, est famosum, & est diuersum à primis veris. & iam dictum est de quo genere sunt istæ propositiones in libro Posteriorum.

ALGAZEL.

AIt Alga. Secundus vero, si cõcedimus ei hoc, & ꝙ non sit corruptio, nisi per resolutionẽ, vndè scietur ꝙ non euenit ei resolutio? Aspicere aũt obseruãtias est talsum: qm̃ non scitur mensura eius, nisi ꝓpè veritatem. & Sol, qui dicit ꝙ sit maior terra. 170. vicibus aut propè hoc, si diminuta fuerit ab eo mensura parua exempli gratia, non appareret sensu. & forte fiit hucusq; in resolutione. & iam diminuta est mensura palmi, aut amplius, sensus tñ non potuit id comprehendere: quoniam mẽsura eius in scientia Perspectiua nõ scitur nisi propè veritatem. quoniam sicut gemma; & aurum sunt composita ex elementis apud eos, & tñ recipiunt corruptionem, deinde si reponatur vna gemma per centum annos, non erit diminutio eius sensibilis. & forte proportio eius, quod diminuitur à Sole in mensura tpis obseruantiarum est sicut proportio eius; quod diminuitur à gẽma in centum annis. & hoc quidem non apparet sensui. & indicat ꝙ natura eius est in vltimitate corruptionis. Et iam dimisimus recitare multas rationes huius generis, quas negant intelligentes, & posuimus hanc rõnem, vt sit speculum, & exemplum eius, quod dimisimus, & contenti fuimus quatuor rationibus, quæ indigerent labore in solutione dubitationum earum, vt diximus superius.

AVEROES.

AIt Auer. Si Sol resolueret, & esset id, quod resolui ex eo tpe obseruationis incomprehensibilis quantitatis ꝓp magnitudinẽ corporis eius, erit id, quod fit ex resolutione in eis, quæ sunt hic, ex corporibus qd habens mensuram cõprehensibilẽ. qm̃ resolutio ois sensibilis resoluti erit ꝓ corruptionẽ partiũ eius; quæ resoluunt. & impossibile est in illis corporibus resolutis in resoluto quin remaneãt in mundo oẽs, aut resoluant ad alias partes. & quodcunq; hoꝝ fuerit, necesse est vt factat in mundo mutationẽ manifestam, aut in numero partiũ eius, aut in qualitatibus earꝝ. Si aũt mutarent quantitates corporũ, mutaretur actio, & passio eoꝝ. Si aũt mutaretur actio, & passio eoꝝ, & præcipue stellarꝝ, mutaret id, quod est hic ex mũdo. igit imaginatio resolutionis in corpibus cœlestibus est impossibilis in ordinatione diuina, q̃ est hic apud Philosophos, & hic sermo non peruenit ad gradum demonstrationis.

ALGAZEL.

AIt Alga. Ratio vero secunda apud eos circa falsitatẽ corruptionis mũdi est, quia dicunt, mundus non corrumpitur substantia eius, qm̃ non intelligitur causa in hoc: & id, quod nõ fuerat corruptibile, deinde corrumpitur, impossibile est vt sit sine cã: & hæc quidem cã aut erit ex voluntate agẽtis æterni, & est falsum. qm̃, cùm nõ voluerat corrũpere eũ, & deinde vult, ꝓfecto mutatus est. et inducet ad hoc vt sit antiquum, & voluntas eius in eadẽ dispositione in omnibus temporibus, & tñ volitum mutatur ex priuatione ad esse, adhuc ex esse ad priuationem. & id, quod diximus supertius de falsitate essendi innouatũ ex voluntate antiqua, indicat falsitatẽ corruptionis. Et additur ei hic alia dubitatio fortior, & est ꝙ volitũ est operatio volentis proculdubio. & omne, quod nõ fuerat agens, deinde fit agẽs, nisi mutetur, ipsummet impossibile est quin sit operatio eius ens, postq̃ non fuerat. si enim remansisset vt fuerat antea, non esset ei actio: & nunc ẽt non est ei actio: ergo non operat aliquid. corruptio autem non est aliqd, quãto magis ꝙ sit operatio. &, cùm corrũpitur mundus, & fit operatio, quæ nõ fuerat, qd est ista operatio? vtrum est esse mũdi? & est falsum, cùm cessat esse, aut operatio eius priuationis mundi, & priuatio mundi non est qd in esse, adeo ꝙ dicat id esse, quod fecit agens, & admuenit inuentor. & propter hoc dubium

bium existimauerũt ꝙ diuiduntt Loquentes in fine huius in quattuor sectas. & quælibet secta tenuit falsum.

AVEROES.

AIt Auer. Quod aũt recitauit Alga. de Philosophis ꝙ cogẽt aduersarios in hoc sermone circa possibilitatẽ corruptionis mundi, vt æternum, quod est innouans, sequatur ab eo operatio innouata, & est priuatio, vt coegerũt eos in innouatione, iam locuti sumus superius de eo, cùm tractauimus de innouatione mũdi. nam dubitationes euenientes in hoc in innouatione, ipsęmet cõtingunt in corruptione. & nõ oportet reiterare id in hoc loco. Quod vero est proprium huic loco de eo, ꝙ omnis homo dicens innouationem mundi, necesse est ei vt sit operatio agentis, dependens in priuatione, adeo quòd agens fecit priuationẽ, est id, quod recusauerunt concedere oẽs sectæ, & indiguerũt sermonibus, quos recitabit postea. Attamen hoc sequit necessario dicenti ꝙ agens depẽdet operatio eius in inuentione absoluta, i. in inuentione rei, quæ nõ fuerat antea, nec in potentia, nec fuerat possibilis, & extraxit eam agens à potentia in actum, imo innouauit eam innouatione absoluta, qm̃ operatio agentis apud Philosophos nõ est aliud, nisi exitus eius, quod est in potẽtia, ab eo, quod ponit id in actum. & depẽdet apud eos in ente in duobus extremis: in inuentione qdem id permutat ab esse in potẽtia ad esse in actu, & aufertur priuatio eius: in priuatione vero, in pmutando ens ab esse actu ad esse in potentia, & accidit vt fiat priuatio eius. Qui vero non ponit agens hoc modo, sequitur et hæc dubitatio, s. ꝙ depẽdeat operatio eius in priuatione in duobus extremis simul, scilicet inuẽtione, & priuatione. Sed, qm̃ in priuatione est magis manifestum, non possunt loquentes euadere ab aduersarijs: nam manifestum est ꝙ sequitur dicenti hoc vt agens operet priuationem. qm̃, cùm permutauerit rem ab esse ad priuationem abſolutam, tam operatum est priuationẽ absolutam prima inuẽtione, in contrarium eius, cùm pmutauerit eam ab esse in actu ad esse in potẽtia. innouatio enim priuationis erit in hac pmutatione quid sequens. et hoc idem sequi eis in inuẽtione: nisi ꝙ est magis occultum. nam, cùm produxerit rem, auferet priuationẽ eius necessario. Et, cùm sic fuerit, nõ est inuentio aliqd omnino, nisi conuersio priuationis rei ad esse. sed qm̃ fuit finis, huius motus inuentio, possunt dicere ꝙ operatio eius dependeat in inuẽtione: & non possunt dicere hoc in priuatione, cùm fuerit finis huius motus priuatio. Quare non possunt dicere ꝙ operatio eius non dependeat in destructione priuationis, sed dependet in inuẽtione, & sequitur cum hoc destructio priuationis. sed sequitur eis necessario vt depẽdeat operatio in priuatione. ens enim ſm eos non est ei nisi hora, qua est priuatum absolute, & hora, qua est in actu. cùm autem fuerit in actu, non dependet in eo operatio agentis, nec cùm fuerit priuatum. remãsit ergo vnum duorum, aut ꝙ non dependeat in eo operatio agentis, aut ꝙ dependeat in priuatione, & conuerteretur in esse. Qui autem intelligit hoc de agente, ipse quidem permittit conuerti corpus priuationis in esse, aut cõuerti corpus esse in priuationem, & ꝙ dependeat operatio agentis in permutatione corporis cuiuscunq; duorum oppositorum ad reliquum. & hoc totum est in vltimitate falsitatis in alijs oppositis, quãto magis in priuatione, & esse. Isti autem homines comprehenderunt de agente id, quod cõprehendit habens visum debilem de vmbra rei loco rei, adeo ꝙ existimant ꝙ vmbra rei sit res ipsa. & hoc, sicut vides, est quid sequens ei, qui non intelligit de inuentione exitum rei ab esse in potẽtia ad esse in actu, & de priuatione contrarium eius: & est mutatio eius ab actu ad potentiam. Et ex hoc apparet ꝙ possibilitas, & materia sunt requisita in omni innouato: & ꝙ, si reperiretur ens existens per se, impossibile est esse et priuationem, nec innouationẽ. Quod aũt recitauit Alga. de secta Assaria ꝙ ipsi permittunt fieri innouationem substãtiæ existentis per se, & non permittunt priuationem eius, est opinio in vltimitate debilitatis. nam id, quod sequitur in priuatione, sequitur in inuẽtione, nisi ꝙ in priuatione est magis manifestũ. & ideo existimauit ꝙ ipsi diuersantur in hac re. deinde recitauit responsiones sectarum in hac dubitatione, quæ eis accidit in priuatione, Et dixit.

ALGAZEL.

AIt Alga. Mahatazeli autem dixerunt ꝙ operatio, quæ emanauit ab eo, est ens, & est consumptio, quam quidem creauit non in subiecto, & corumpet totum mundum in instanti, & deperderetur consumptio absoluta ex se, ita ꝙ non indigebit alia cõsumptione, vt procedat in infinitum. Et, cùm recitauerat hanc responsionem eorum illi dubitationi,

ALGAZEL.

AIt Alga. Et hoc quidẽ est falsum multis modis. Quorum vnus est, ꝙ cõsumptio nõ est ens operatum, & certum, ita ꝙ apprehendatur cõsumptio eius. Adhuc, si esset ens, non corrumperetur ex se absq; corrũpente. Vltertius non corrũpet mundũ. qm̃, si creatũ fuerit in substantia mũdi, & pars eius, est meõ ueniens. nã sedens contangit sedẽ. et congregani etiam saltim in instanti. &, cũ fuerit possibilis cõgregatio eorum, nõ erit contrariũ, & non consumet ipsum. Si autẽ creauit eum nõ in mundo, nec in subiecto, quæro vnde conuerteret esse eius in esse mundi? Præterea in hac opinione est aliud inconueniens, & est ꝙ Deus glo. nõ potest corrũpere aliquas partes huius mundi, & non aliquas, & etiam nõ po: est nisi facere innouationẽ vacui in priuatione mundi totius. qm̃, cùm nõ fuerit in subiecto, erit ꝓportio eius ad totum eodem gradu.

AVEROES.

AIt Auer. Hic sermo est debilior oĩbus, qbus laboratimus cõtradicere. qm̃ vacuũ, & priuatio sunt duo noia synonima: &, cũ non creat priuationẽ, non creat consumptionem. Si aũt consyderaueri mus vacuum esse, erit finis gradus eius, vt sit accidẽs: et esse accidens absq; subiecto est inconuenies. & etiã qm̃ imaginatur vt priuatio operetur priuationem: & hoc totum assimilatur sermoni Meuorsameorum.

ALGAZEL.

AIt Alga. Secunda autem secta est, quia dixerũt operatio, quæ emanauit ab eo, est priuatio, & priuatio est prælatio esse innouantis eum ex se, & fit mundus incorruptus, & sic esse apud eos in inuẽtione innouabit ipsum ex se, & fit ens in eo ens. & hoc etiam est falsum. quoniam in eo est esse antiquũ subiectum innouationum, etiam est exitus ab intellecto. nã non intelligitur de inuentione nisi esse attributum voluntati, & posse. ponere autem aliquid præter voluntatem, & posse, & esse potens ad id, & est mundus, non intelligitur. & sic etiam priuatio.

AVEROES.

AIt Auer. Carmei aũt tenẽt ꝙ hic sunt tria, agẽs, & actio: & est id, quod appellãt operationẽ, & actum: & est id, in quo dependet opatio, & sic vident ꝙ hic sit priuatio, & actio, quã appellant operationẽ priuationis, & rem priuatã. & vident ꝙ actio sit res firma in substãtia agentis. & hoc nõ facit apud eos innouationem in parẽte, ꝙ sit innouatum: qm̃ hoc est ex capſo, ꝓportionis, & relationis. innouatio aũt, ꝓportionis. & relationis nõ facit innouationẽ subiecti eoꝝ. innouationes vero facientes mutationem subiecti sunt mutationes, q̃ mutant substãtiam subiecti, vt mutatio

tei ab albedine ad nigredinẽ. Attamen,cùm dicunt ꝙ actio ſtat in ſubſtantia agentis, eſt error: eſt.n.relatio reperta inter agens,& actum: &,cùm referí ad agens, appellat actio: cùm vero referat ad actum, appellatur paſſio. Sed Carmeſ in hac poſitione, non ſequitur eis vt antiquum nõ operetur innouatum, & non vt antiquum non ſit antiquum, vt putauit ſecta Aſſaria. ſed quod ſequí eis eſt vt ſit ibi cã magis antiqua, q̃ antiquum, qm̃ agens, cùm nõ operatur, & poſtea operat, abſq; eo ꝙ deficiat ei hora, qua nõ operatur aliqua cõditio cõditionum eſſe operati, manifeſtũ eſt ꝙ innouatum ſit hora opationis aliquod attributũ, quod nõ fuerat agenti ante opationẽ: & oẽ innouatum habet agẽs innouans,& ſegtur vt ante cãm primam ſit cã, & procedet in infinitum.& iam locuti ſumus de hoc.

ALGAZEL.

Alt Alga. Tertia autẽ ſecta eſt ſecta Aſſaria, qui dixerunt ꝙ accidẽtia cõſumuntur ex ſe, & non imaginant remanere. nam,ſi imaginarentur remanere, non imaginarẽt conſumptio eoꝝ hac de cauſa. Subſtantiæ vero nõ remanent ex ſe, ſed remanent remanẽtia addita eſſe eaꝝ.&,cùm non creauerit Deus glo. remanentiã in eis, corrũpentur ſubſtãtię ad priuationem remanentiæ. quod qdem eſt falſum: qm̃ eſt in eo de negatione ſenſus, ꝙ nigredo non remaneat,& ſic ẽt albedo, & ꝙ innouat in oi hora.intellectus tñ determinat ꝙ capillus, qui eſt in capite hoís hodie, eſt capillus, qui fuerat heri, non ſimilis ei,& determinat etiã de nigredine capilli. Vlterius eſt in eo dubitatio alia, & eſt ꝙ remanens, cùm remanſerit in ſua remanentia, neceſſe eſt vt remaneant attributa Dei in remanentia.& hæc remanentia remanebit in remanẽtia, & indigebit alia remanentia,& procedet in infinitum.

AVEROES.

Alt Auer. Iſte ſermo eſt in vltimitate vanitatis, & rumæ, licet dixerint eũ multi antiquorũ, ſ.ꝙ entia ſunt in fluxu cõtinuo.& quaſi ſunt infinita incõuenientia, q̃ eum ſequuntur. Et q̃o reperit ens, quod conſumat ex ſe,& conſumit eſſe in cõſumptione eius? Nam,ſi ipm cõſumeret ex ſe,eſſet ex ſe.ſi aũt hoc eſſet, ſequeret vt res, qua ipm reperiret, ex ſe cõſumeretur. & hoc eſt falſum. qm̃ eſſe eſt contrariũ cõſumptionis,& impoſſibile eſt vt reptiané duo contraria in eodẽ eodẽ modo. Quare id, quod eſt ens permanẽs,& abſolutum, nõ imaginatur de eo conſumptio. nã ſi eſſe eius determinaret priuationem,eſſet ens,& non ens in vno inſtanti: quod eſt falſum. Vlterius,ſi entia remanent, aliquo attributo remanente in ſe, vtrum remanẽtia eorum,in eo ꝙ ſunt entia, aut in eo ꝙ non ſunt?& eſt falſum vt ſit hoc eis in eo ꝙ nõ ſunt, ſequí vt ſit remanẽtia eis in eo ꝙ ſunt entia. &, cùm oẽ ens neceſſe eſt vt ſit remanẽs, ex eo ꝙ eſt ens, et priuatio innouata eſt ei, q̃ro ad quid remanent entia in remanentia? & hoc totum eſt error ex corruptione prouenıente in intellectu: ideo dimittamus hanc ſectam: qm̃ falſitas ſermonis eorum eſt magis manifeſta, q̃ indigeat dubitatione.

ALGAZEL.

Alt Alga. Quarta vero ſecta eſt aliquorum Aſſarię, qui dixerunt accidẽtia cõſumi ex ſe, ſubſtãtias vero remanere. &, ſi nõ creaſſet Deus glo. in eis motũ, nec quietem, nec coniunctionẽ, nec ſeparationem, eſſet falſum remanere corpus non mobile, nec quieſcibile, & corrũpere. & ambę ſectæ Aſſariæ dicebant priuationẽ non indigere agẽte. eſt enim quies actionis, qm̃ non intelligũt eſſe priuationẽ actionem aliquã.

Dixerũt vero Philoſophi, &,cùm vani ſint hi modi, nõ remanet modus aliquis ſermonis de poſſibilitate priuationis huius mũdi, ẽt ſi dixerimus ꝙ hic mũdus fuerit innouatus, nam cum conſeſſione eoꝝ innouationis animæ humanæ rõcinant de falſitate priuationis eiuſmodis, ꝓpinquis his, quos diximus. Demũ apud eos oẽ exiſtens ex ſe, nõ in ſubiecto, nõ imaginat priuatio eius poſt eſſe eius, ſiue ſit antiquũ, ſiue innouatũ.&, cũ dicitur eis, cùm ingredit ignis vice aquæ, corrumpitur aqua, dicũt non corrũpitur, ſed conuertit in vaporẽ,& deinde conuertitur in aquã: materia vero prima remanet in aere,& eſt materia, q̃ erat ſubiecta formæ aquę: ſpoliatur autem materia forma aquæ, & induit forma aeris.&, cũ aer occurrit frigido, ingroſſat, & factus eſt aqua: non autẽ ꝙ materia innouata ſit: ſed materia eſt cõis inter elementa, & mutantur in ea formę eorum.

AVEROES.

Alt Auer. Qui aũt dixerit ꝙ accidẽtia non remaneant ꝓ duo tpa, & ꝙ eſſe eoꝝ in ſubſtantiis ſit cõditio in remanentia ſubſtãtię, ipſe quidẽ non intelligit qd ſit in ſermone ſuo ex cõtradictione. Nã, ſi eſſent ſubſtãtiæ, conditio in eſſe eoꝝ cùm non poſſint eſſe accidentia abſq; ſubſtantiis, in qbus exiſtant, tunc poſitio accidentũ eſt conditio in eſſe ſuo, & eſt inconueniẽs vt ſit res cõditio in eſſe ſui ipſius Vlterius q̃o erunt cõditio requiſita,& ipſa qdẽ non remanẽt ꝓ duo tpa? nã inſtans, quod erit finis priuationis eius, qd eſt ex eis,& initium eſſe partis, q̃ eſt ex eis, neceſſe eſſet ut corrũpat in hoc inſtanti ſubſtãtia. hoc.n.inſtans nõ eſt in eo aliqd partis corrupte, nec aliquid partis, quæ eſt. nã, ſi eſſet in eo pars rei corrupte, nõ eſſet ei finis.& ſic, ſi eſſet ei aliqd rei, q̃ eſt. Demũ ponere id, quod nõ remanet ꝓ duo tpa, conditionẽ in remanẽtia eſſe eius, qd remanet per duo tpa, eſt abſurdũ etiam.nã id, quod remanet ꝓ duo tpa, dignius eſt remanere q̃ id, quod nõ remanet per duo tpa. qm̃ id, quod non remanet ꝓ duo tpa, eſſe eius eſt in inſtanti, & eſt fluxus: quod vero remanet ꝓ duo tpa, eſſe eius eſt ꝓmanens. & q̃o erit fluxus conditio in eſſe ꝓmanentis? aut q̃o erit id, quod remanet in ſpecie, cõditio in remanentia eius, quod remanet in individuo. & hoc totum eſt inuolutio falſitatis. Debes aũt ſcire ꝙ qui non ponit materiã rei, quæ generatur, ſequit ei vt ſit ens ſimplex, & impoſſibilis eſt ei priuatio. ſimplex enim non mutatur, & non mutat ſubſtantiam ſuam ad ſubſtãtiam alterius. & ideo dicit Hippocrates ſi eſſet hõ ex vna re, non doleret corpus eius, ſ.non corrũperetur,& mutaretur:& ſic ẽt ſequeretur vt nõ generarẽ, ſed eſſet ens, quod nõ defecit, nec deficiet. id autem, quod recitauit Auicenna de dña in hoc inter innouationem corruptionem in aſa, nihil eſt.

ALGAZEL.

Alt Alga. Rñdens Philoſophis.& rñſio eſt ꝙ id, quod dixiſtis de partibus, ꝙ põt euadere à qua libet earꝝ, & declarabit deſtructio eius ſm radices veſtras, nõ eſt verum, & conueniens vniuerſaltati radicis veſtrę in eo, quod eſt de genere ſuo. ſed prolixe de hoc non loq̃mur: ſed ſufficit nobis loqui de vna parte. Et dicimus quare negatis dicẽti ꝙ inuẽtio, & priuatio ſint in volũtate Dei glo. &, cũ ipſe voluerit, adinuenit: & cũ volet, corrũpet, & eſt, cũ ſit potens, volens in pfectione.& ipſe qdem in hoc ſuo iudicio nõ mutat in ſe, ſed tm̃ mutat eius operatio. Cùm aũt vos dicitis ꝙ agẽs impoſſibile eſt emanare ab eo actionẽ, & qd emanauit ab eo, dicimus ꝙ id, quod emanauit ab eo, eſt innouatũ, & eſt priuatio, poſtq̃ nõ fuerat priuatio, & poſtea facta eſt priuatio, & emanauit ab eo. Si aũt dixeritis ꝙ priuatio nihil eſt, & q̃o emanat: dicimus & ipſa quoq; nihil eſt: ergo q̃o fuit: & nihil eſt emanare ab eo? &, cũ intelligit ꝙ ſit, intelligit relatio eius ad poſſe.

AVEROES.

Alt Auer. Hoc totũ eſt ſermo ſophiſticus, & corruptus. Nã Philoſophi nõ negant eſſe priuationem rei cũ corruptione corrũpentis eam: imo non ꝙ

non ꝙ corrũpens eã dependeat opatio ſua à priuatiõe eius, in eo ꝙ eſt priuatio, ſed dependet operatio ſua in ꝓmutatione ab eſſe, quod eſt in actu, ad eſſe, quod eſt in potẽtia,& ſequit ei ꝙ ſit priuatio,& innouatio eius. & hoc modo cõparatur priuatio ad operationẽ. & nõ ſequitur, ex eo ꝙ eſt priuatio, ſtatim ad actionẽ agẽtis in ente vt agens ſit agens eius primo, & per ſe. & ipſe, qm̃ conceſſum eſt ei hoc dictum, ꝙ ſit priuatio,peculdubio ſtatim ad actionẽ corrũpentis in corrupto, intulit ꝙ ſit priuatio per ſe,et primo ab agente eius.quod qdẽ impoſſibile eſt. nam agens, nõ dependet opatio eius à priuatione, in eo ꝙ eſt priuatio, ſ.primo, & eſſentialr. Quare, ſi entia ſenſibilia eſſent ſimplicia, non generarentur, nec corrumperentur, niſi dependeret actio agẽtis primo,& eſſentialr à priuatione. Attamen dependet actio agẽtis à priuatione ꝓ accidens ſecundarie. & hoc quidẽ in permutatione paſſi ab eſſe, quod eſt in actu ad aliud eſſe,& euenit ei ex hac actione priuatio, vt mutatio ignis ad aerem, qm̃ euenit huic priuatio ignis.& ſic eſt diſpoſitio apud Philoſophos in eſſe, & priuatione.

ALGAZEL.

Alt Alga. Et quę dña eſt inter vos,& dicentẽ negationẽ innouationis priuationis oĩno acciden tibus,& formis? & dicit ꝙ priuatio ſit nihil, & q̃o ſit? & q̃o denoãtur innouationes? Et non eſt dubiũ ꝙ priuatio imaginat fieri in accidentibus, & quod denoãtum eſt innouatione eſt intellectuale, ſiue appellet ur res, ſiue nõ appellet. &relatio huius, quod eſt intellectuale,ad poſſe potentis etiam eſt intellectualis.

AVEROES.

Alt Auer.Innouatio priuationis hoc mõ eſt vera.& eſt id, quod ponunt Philoſophi, qũ emanat ab agente ſecũda intentione, & ꝓ accidens: & non ſequit ex eo ꝙ emanat,& eſt intellectualis vt ſit eſſentialr, et primo. Dña aũt inter Philoſophos, et negantẽ fieri priuationem eſt, qm̃ Philoſophi nõ negant fieri priuationẽ oĩno, ſed negãt fieri principalr, & eſſentialiter ab agẽte. nam agens non depẽdet opatio eius à priuatione neceſſario, primo, & ꝓ ſe. & priuatio apud eos ſequitur actionem agentis in eſſe, & eſt id, quod ſequitur dicenti mundum corrumpi ad non ens oĩno.

ALGAZEL.

Alt Alga. Si aũt dixerit ſequí opinioni eius, qui ꝓmittit priuationẽ rei poſt eſſe eius, vt dicat ei quid eſt id, quod innouatũ eſt, & apud nos nõ corrũpit res inuenta. Et intelligimus ꝙ priuationẽ accidentiũ innouationem ſuoꝝ cõtrariorũ, quæ ſunt entia, non aũt innouatio eſt priuationis abſolute, q̃ eſt nihil. quod.n.nihil eſt, q̃o denoãtur innouationes? vt, cùm dealbatus eſt capillus, id, quod innouat, eſt albedo tm̃, & eſt ens, & nõ dr ꝙ innouatũ ſit priuatio nigredinis.

AVEROES.

Alt Auer. Hæc rñſio Philoſophoꝝ eſt falſa, nam Philoſophi non negãt fieri priuationem, & puenire ab agente. Attũ non prima intẽtione, vt ſequit ponenti rem ꝓmutari ad priuationem abſolutã. ſed priuatio apud eos innouat cum pditione formæ rei corruptæ,& innouatione formę, cui eſt cõtraria. vnde fuit dubitatio Alga. in hoc ſermone dubitatio vera.

ALGAZEL.

Alt Alga. Et hoc eſt falſum duobus modis. Primus qdem, cùm quæritur vtrum innouatio albedinis includit priuationẽ nigredinis, vel ne? Si aũt dixerint ꝙ non, tunc mentiunt. Si vero dixerint ꝙ ſic, an ſclusum eſt ipſummet includẽs, vel aliud? Si dixerint eſt idẽ, tunc contradicit ſibi ipſi: nã res nõ includit ſeipſam. Si vero dixerint ꝙ ſit aliud, an hoc aliud intellectuale, vel nõ? Si aũt dixerint ꝙ non, quærimus q̃o ſcitis ꝙ ſit incluſum? & iudiciũ de eo ꝙ ſit incluſum indicat ꝙ ſit intellectuale. Si autẽ dixerint ꝙ ſic, hoc quidem incluſum, & intellectuale, & eſt priuatio nigredinis, an eſt antiquũ, vel innouatum? Si aũt dixerint antiquum eſt falſum. Si vero dixerint innouatũ, denominatum quidẽ ab innouatione, q̃o non erit intellectuale? Si aũt dixerint non antiquũ, nec innouatum, eſt falſum. qm̃ ante innouationẽ albedinis, ſi dixerint nigredinem eſſe corruptã, eſt falſum. & poſt eam, cùm dicitur ꝙ non ſit, eſt verum, & innouatur proculdubio. & hoc, quod innouatur, eſt intellectuale, & oportet vt attribuatur potenti.

AVEROES.

Alt Auer. Eſt quidẽ innouatum intellectuale, & attribuit potenti, ſed per accidens, non aũt per ſe: qm̃ non dependet opatio agentis à priuatione abſoluta, nec à priuatione vnius rei. Nã nõ eſt in potentia potentis ꝙ ponat ens, nõ eſſe primo, & eſſentialiter, ſ.ꝙ cõuertat corpus eſſe ad corpus priuationis. et oĩs, qui non ponit materiã, non euadet ab hoc dubio, ſ. ꝙ ſequit ei vt dependeat operatio agẽtis à priuatione, primo,& eſſentialr. & hoc totum eſt manifeſtũ, et non eſt opus,ptelare ſermonẽ in eo. Et ideo dixerunt ſapientes ꝙ principia rerum generabilũ, & corruptibilium ſunt duo ꝓ ſe,& ſunt materia, & forma, & vnũ per accidens, & eſt priuatio: qm̃ eſt cõditio requiſita in innouatione innouati, ſ. vt eam pcedat: &, cũ reperit innouatum, auferí priuatio: &, cũ corrũpitur, adeſt priuatio.

ALGAZEL.

Alt Alga. Secundus aũt modus dubitationis eſt ꝙ id, quod corrũpitur, apud eos nõ eſt per contrariũ, vt motus: motus.n.nõ habet contrariũ. & oppoſitio inter eũ,& quietẽ apud eos eſt oppoſitio habitus, & priuationis, non aũt oppoſitio eſſe ad eſſe. & quies eſt priuatio motus. &, cùm non fuerit motus, nõ erit quies qd contrariũ eius, ſed eſt priuatio abſoluta. & ſic ẽt ſunt attributa, quæ ſunt ad pfectionẽ, ſicut impreſſio figurarũ ſenſibilium in humido criſtallino in oculo,& ſicut impreſſio formarũ intelligibilium in aĩa, quæ cõuertuntur ad impreſſionẽ eſſe abſq; remotione contrariũ. &, cùm corrũpunt, erit diſpoſitio eoꝝ ablatio eſſe abſq; aduentu contrarij poſtea: & ablatio eoꝝ eſt ꝑfatio priuationis abſolute, & apprehendit intellectus eſſe innouatũ. & qui intellexit ꝙ ſit in ſe, licet non fuerit aliquid, intellexit, & attribuit poſſe potenti. Et declaratur in hoc ꝙ, cùm intellexerimus imaginationẽ fiendi innouatum, voluntate antiquã, nõ differt ſiue ſit id, quod innouatur priuatio, ſiue eſſe.

AVEROES.

Alt Auer. Differt aũt magna differentia, cùm ponitur priuatio emanare ab agente, & emanare eſſe ab eo. qm̃, cùm ponit eſſe primo, & priuatio ſecundarie, ſ.ꝙ ponat innouata ab agente, mediate aliq̃ ſpecie eſſe, & eſt ponẽdo eſſe in actu in potẽtia, deſtruendo actum, qui eſt habitus in ſubiecto, eſt verũ. et quod non erit impoſſibile apud Philoſophos hoc modo, vt corrũpatur mundus, eo ꝙ ꝓmutat ad aliam formam. nam priuatio hic eſt ſubſequẽs, & per accidens. Quod aũt eſt impoſſibile apud eos, eſt vt corrũpat res ad nõ eſſe oĩno. qm̃, ſi hoc fuerit, tunc agens depẽderet operatio eius à priuatione primo, & eſſentialr. & hic ſermo totus, aſſumit in eo id, quod eſt per accidens, ꝙ ſit per ſe,& ſequit Philoſophis de eo id, quod dixerunt de impoſſibilitate eius. & plurimi ſermonum huius libri ſunt huius naturę. & propter hoc cõſentientius nomen huius libri eſt liber Deſtructionis ſimplr, ſeu Deſtructio Alga. non Deſtructio Philoſophorum. & verius nomen huius libri eſt Liber dñe inter veritatẽ, & ruinam ſermonũ Loquentium, dicentium Deum glo. eſſe agens mũdi,& mundũ opus,& operationẽ eius.

DISPVTATIO TERTIA.

DE DECLARATIONE INVOLVTIONIS EORVM.

ALGAZEL.



IT Alga. Philosophi, pfecto, nō aūt Epicurei, putauerūt ꝙ mūdo sit causa efficiens. & Deus glo. est agens mundi, & efficiens eius. Et hoc est illusio ſm radices eorum. Nam mūdus ſm radices eoꝝ non pōt cōſyderari quòd sit operatio Dei glo. tribꝰ modis. Primus quidem ex parte agentis. Secundus autē ex parte patiētis. Tertius vero ex parte vtriuſq;. Ex parte autē agentis, qm̄ impoſſibile est quin ſit volens, & eligens, & ſciens rem, quā vult: Deus vero glo. nihil vult, & nullā habet operationē: & quicquid influit ab ipso, conſequitur ab eo cōſecutione neceſſaria. Ex parte vero patientis, qm̄ mūdus est antiquus, & æternus: operatio vero dicitur de innouato. Et ex parte vtriuſq;, qm̄ Deus glo. apud eos est vnus oīmode: & ab vno non emanat apud eos niſi vnum omnimode. & mundus est cōpoſitus ex duerſis, quomodo ergo emanat aliquid ab eo?

AVEROES.

AIt Auer. Id autem, quod est in agente, est ꝙ nō pōt eſſe quin ſit volens, eligens, ſciens quidem id, quod vult, adeo ꝙ est agens eius, quod voluerit, est qd non notū ex ſe, & terminus non cognitus in actione mūdi, niſi fuerit et demōſtratio, aut verificetur permutatio iudicij apparētis ad occultū. Nam nos videmus res agentes imprimentes duplīr. est. n. aliqua, quæ nō agit niſi vnum tm̄: & hoc quidē per ſe, vt calidum agit calidū, & frigidum agit frigidū: & iſta ſunt, quæ vocāt Philoſophi agentia naturaſr. alię vero ſunt res, qbus est agere aliquid in aliqua hora, & agent contrarium in alia hora: & iſta ſunt, quæ appellamus volētia, & eligentia. & hæc qdem agunt ex ſcientia, & cōſilio. Primum aūt agens glo. abeſt ab eo attributio alicuius harum duaꝝ actionum modo, quo attribuit generabili, & corruptibili apud Philoſophos. nā eligens, & volens est id, cui deficit voluntū: Deo vero glo. nō deficit aliqd, quod voluerit: et ſic eligēs est id, quod eligit ſibi vnū duorum nobilium: Deo vero glo. non deficit aliqd nobile. & volens, cùm peruenerit ad id volitum, deficit voluntas eius. demū voluntas est paſſio, & mutatio: Deus vero glo. est abſq; paſſione, & mutatione. Et ſic ēt magis, & magis abeſt ab actione naturali. nā actio rei naturalis est neceſſaria in ſe, & tm̄ nō est neceſſitas de ſubſtantia volentis, ſed est perfectio eius. Vltertius a ſtio naturalis nō erit ex ſcientia: & Deus glo. iam declaratū est demonſtratiue ꝙ actio eius emanat ab eo ex ſcia: ergo modus, q̄ Deus glo. est volens, & agens, nō est declaratus in hoc loco: qm̄ non est niſi voluntas eius volūtati nobis apparenti. Et quō dicit ꝙ non intelligitur de agente, niſi quod agit conſilio, & electione? & ponit hanc definitionē ſequtn apparēti, & in occulto, & tm̄ Philoſopht non confitenī conſecutionē huius definitionis: ſicut ſequit eis, cùm auferunt hanc definitionem ab agente primo, vt auferant ab eo actionem.

Hoc aūt est manifeſtū per ſe. & qui hoc dicit, est deciens, non aūt Philoſophus. nā decipiens est, qui intendit facere ſophiſticam apparētiam, non autē oſtendere veritatē. &, cum errauerit in veritate, nō dicitur de eo ꝙ ſit decipiens. Philoſopht vero manifeſtum est ꝙ ipſi perquirunt veritatem, & non decipiunt oīno. & nō est differentia inter dicentē Deum glo. velle volūtate diſimili voluntati humanæ, & inter dicētem ipſum ſcire ſcientia diſſimili ſcientiæ humanę. & quemadmodum non apprehenditur qualitas ſcientiæ eius, non apprehenditur qualitas voluntatis eius.

ALGAZEL.

AIt Alga. Et verificabimus vnumquēq; horum modoꝝ trium cum imaginatione eorum in cōtradicendo ei. Primus qdē, cùm dicimus agens est ꝓpatio eius, ex q̄ emanat actio cum eo, ꝙ vult actionem electiue, & cum ſcientia in volito, & apud vos tenentes ꝙ mūdus est à Deo glo. ſicut cauſatum à cauſa, conſequetur conſecutione neceſſaria, ita ꝙ non potest imaginari ſeparari à Deo glo. parum, ſicut conſecutio vmbræ ab hoſe, & aeris à Sole, &c. vſq; ad, quoniā tō tum hoc emanat ab eo: & hoc est inconueniens.

AVEROES.

AIt Auer. Summa huius ſermonis ſunt duo, quorum Vnum est, ꝙ nō numeraī in numero cauſarum agentium niſi is, qui agit conſilio, & electione, nā actio agentis naturaſr in aliud non numeraī numero cauſaꝝ agentium. Secundū vero, ꝙ modus, q̄ tenent mundū emanare à Deo glo. est ſicut conſecutio vmbręꝝ ab hoſe, & aeris à Sole, & deſcēſus lapidis deorſum, quæ quidē non appellaī actio: nā actio non ſeparatur ab agente. Dixi & hoc totū est falſum. nā Philoſophi tenent ꝙ cāę ſunt quattuor, & ſunt materia, agens, forma, & finis. & agens est id, quod extrahit aliqd de potētia ad actum, & à priuatione ad eſſe. & hæc qdem extractio aliqñ est conſilio, & electione, & aliqñ natura. & ipſi non appellant hominē, cùm facit vmbrā, cauſam agentem, niſi abuſiue. qm̄ non est ſeparatus ab ea: agens vero ſeparatur ab acto. ipſi tm̄ credunt ꝙ Deus glo. ſeparaī à mundo. & nō est apud eos huius generis. nec ēt est agens diſpōne agentis, quod nobis apparet, nec habens electionē, nec non habens electionē, ſed est agens harum cauſaꝝ, extrahens totū ex priuatione ad eſſe, & id cōſeruat modo ꝓfectiori, & excelſiori, q̄ est in actionibus nobis apparentibus. Et non ſequit̄ eis aliquid huius qōnis. nam ipſi tenent ꝙ actio eius emanat à ſcientia, & non ex neceſſitate inducēte ad illud, nō ex ſe, nec ex re ab extra, ſed pp excellētiam, & bonitatem ſuā: & est neceſſario volens, eligens excellētiori gradu volentū eligentium. nam nō euenit ei diminutio, quæ euenit volenti, quod apparet. Et hæc est doctrina ſapiētis principis Philoſophoꝝ in quibuſdā libellis ſuis, editis in ſcientia Metaphyſicæ. qm̄, cùm aliqui dicunt quō incēpit Deus glo. mūdum ex nihilo? & fecit eum ex nihilo? Dicimus in rñſione huius ꝙ agens aut erit vis eius, ſicut poſſe eius, & poſſe eius, ſicut volūtas eiꝰ, et volūtas eius, ſicut ſapientia eius: aut erit vis debilior ipſo poſſe, & poſſe debilius voluntate, & volūtas debilior ſapiētia. &, ſi aliqua harum potentiaꝝ fuerit debilior alia, tunc cā prima abſq; dubio, non erit inter eā & nos aliqua dīa, & ſequereī ei diminutio, ſicut ſequitur nobis. & hoc est nimium inconueniens: aut erit q̄libet haꝝ potentiaꝝ in vltimitate ꝓfectionis, cū vult pōt, et cum pōt vigoraī, et oīa in vltimitate ſapientię, adeo ꝙ reperieī actio eiꝰ, quod voluerit, vt voluerit ex nihilo. & abſit ab hac diminutione repta apud nos. Et dixit totū hoc, quod est in hoc mundo, est alligatū potentia, quę est in eo, ꝓueniente à Deo glo. & niſi eſſet illa potētia in rebus, nō eſſet ꝓmanens ictu oculi. Dixi, ens cō positum est duplex. aliquod. n. in quo cōpoſito ſit res addita ipſi eſſe cōpoſitoꝝ, & aliquod, quod est ipſummet eſſe compoſitoꝝ in cōpoſitione eoꝝ, ſicut eſſe materiæ cum forma. & hic modus entium nō reperitur in intellectu, ita ꝙ præcedat eſſe eoꝝ compoſitionē eoꝝ: ſed cōpoſito est cā eſſe, & est præcedens ipſum eſſe. ſi igit primum fuerit cauſa cōpoſitionis partium mundi, quorum

quoꝝ eſſe est in eōpoſitione, est cauſa eſſe eoꝝ. Et non est dubiū, ꝙ oē id, quod est cā eſſe rei, est agēs eius. Sic debet itelligi res in opinione Philoſophoꝝ, ſi verificatum fuerit apud ſpeculantem de opinione eorum.

ALGAZEL.

AIt Alga. reſpondens pro Philoſophis. Si autem dicit, omne ens, quod nō est neceſſarium in eſſe ex ſe, ſed est ex alio, appellatur hoc ens actum, & appellatur eius cauſa agens. & non curamus, ſiue ſit cauſa agens naturaliter, ſiue voluntarie, ſicut vos non curatis de hoc. nam ipſum, ſiue ſit agens cum inſtrumento, ſiue ſine inſtrumento, &c. vſque ad, ſicut dicimus egit, & non egit.

AVEROES.

AIt Auer. Summa huius ſermonis ſunt duæ reſponſiones. Quarum prima est, omne, quod est neceſſariū ex alio, est productum à neceſſario ex ſe. Attamen hęc reſponſio debet argui contra eā. quoniam neceſſarium ex alio non oportet vt ſit id, ex quo est neceſſarium ſuum eſſe agens, niſi denominetur de eo verificatio agentis, & est extrahens de potentia ad actum. Secunda vero reſponſio, & est ꝙ nomen agentis est, vt genus eius, quod producitur electione, & conſilio, & eius, quod producitur naturaliter, est ſermo verus. & hoc indicat id, quod diximus cùm definiuimus nomen agentis, ſed iſte ſermo inducit ad credendum ꝙ Philoſopht non teneant ipſum velle. & hæc pars non est nota ex ſe, ſcilicet quòd omne ens aut erit neceſſarium in eſſe ex ſe, aut ex alio.

ALGAZEL.

AIt Alga. dubitans Philoſophis. Hæc appellatio est corrupta. nam nos non appellamus omnem cauſam, quomodocunq; fuerit agens, nec omne cauſatum actum. ſi enim hoc eſſet, non eſſet poſſibile dicere ināatum nō habere operationē. sed opatio est aſalis. & hic ſermo est ex ſermonibus famoſis, & veris.

AVEROES.

AIt Auer. Cùm autē dixit ꝙ non appellatur omnis cauſa agens, est verum. ratiō vero eius in hoc, ꝙ inanimatum non appellatur agens, est falſa. Nam inanimatū, cùm auferatur ab eo operatio, illud quidem, quod auferatur ab eo, est actio, quæ erit ab intellectu, & voluntate: non autem actio abſoluta. qm̄ reperimus aliqua inanimatorum, quæ extrahunt talia, qualia ſunt ipſa à potentia ad actum. ſicut ignis, q̄ conuertit omne humidum, & ſiccum in ignem ſibi ſimilē. & hoc, quoniam extrahit eum à re, qua fuerat in potentia ad actum. & ideo omne id, in quo non est potentia, nec diſpoſitio ad recipiendum in ſe actionem ignis, nō agit ignis in eum ſibi ſimilem. ipſi vero negant vt ignis agat. et poſtea erit de hoc diſputatio. Et etiam, quia nemo dubitat ꝙ in corporibus animalium ſunt potentiæ naturales, facientes cibum eſſe partem nutritū. demum regit potentia corpus viuum regimine tali, quæ ſi imaginata fuerit auferri, moritur aīal, vt dixit Galenus. & ex hoc regimine appellamus id vtuens, & ex priuatione huius potentiæ appellatur mortuum. Deinde dixit quòd appellare inanimatum agens, est locutio abuſiua, vt appellatur requirens volens.

AVEROES.

AIt Auer. Cùm appellatur agens, & intendit in eo, ꝙ agit operationem volentis, tunc est agens abuſiue. ſicut, cùm dicit ꝙ ipſum requirit, & ꝙ ipſum vult. cū vero intēdimus ꝙ ipſum extrahit aliud à potētia ad actū, est agēs i rei veritate diſpōne ꝓfecta.

ALGAZEL.

DEinde dixit Alga. Dictum autem veſtrum, ꝙ, cū dicimus agens est vniuerſale, & diuiditur ad id, quod est à natura, & id, quod est à voluntate, non est concedendum. & est, ſicut dictum dicētis ꝙ volens est vniuerſale, & diuiditur ad volens cum ſcientia in volito, & volens, quod neſcit, quod vult, & est corruptum. nam voluntas includit ſcientiam neceſſario: & ſic agens includit voluntatem neceſſario.

AVEROES.

AIt Auer. Cùm autem dixerint agens diuidi ad volens, & non volens, est verum. & id indicat definitio agentis. ſimilitudo vero eius in diuiſione voluntatis ad eam, quæ est cum ſcientia, & eam, quę est ſine ſcientia est inconueniens. quoniam operatio, quæ est cum voluntate, aſſumitur in definitione eius ſciens: et tunc est diuiſio chimeralis. Attamē diuiſio agentis non includit ſcientiam: nam extrahit à priuatione ad eſſe aliud, quod non habet ſcientiam. et hoc est manifeſtum.

ALGAZEL.

DEinde dixit Alga. Cùm autē dicitis ꝙ, cùm dicimus agēs naturaliter non est diminutio prio, non est hic. quoniam est diminutio etiam rei veritate. sed diminutio non intelligitur, & nō nimis fugit natura ab ea: quoniam remanet abuſiue. nam, cùm id fuerit cauſa aliquo modo, & agens etiam cauſa, ideo appellatur agens abuſiue. &, cùm dicitur agens electiue, est duplicatio in rei veritate: ſicut cùm dicitur vult, & ipſe ſcit id, quod vult.

AVEROES.

AIt Auer. Hic est ſermo, quē nemo dubitat eſſe falſum. nā id, quod extrahit aliud ex priuatione ad eſſe, ſ. cùm operatum est in eo aliquid, nō dicitur de eo, ꝙ ſit agens, in eo ꝙ aſſimilatur alteri, ſed est agens in rei veritate, eo ꝙ definitio agentis cōuenit ei. diuiſio autem agentis ſit id, quod agit naturaliter, & id, quod agit electiue, non est diuiſio nominis æquiuoci, ſed est diuiſio generis. & ideo dictum dicentis agens est duplex, agens naturaliter, & agens electiue, est locutio vera. nam extrahens aliud à potentia ad actum diuiditur in has duas partes.

ALGAZEL.

AIt Alga. Sed quoniam imaginatur dicere agēs, & est abuſiue, & agens, & est in rei veritate, nō fugiet anima, quin dicat agens electiue. & erit diſpoſitio eius agens vera actione: non autem abuſiue, vt dicit aliquis aliquid in lingua ſua, & reſpicit cū oculo ſuo. quoniam, cùm bene poteſt attribui aſpectus cordi abuſiue, & loquela motione capitis, et commotione manus abuſiue: qm̄ poteſt dici dixit cū capite ſuo, volut, ſeu nolut: ſic non est incōueniens dicere dixit cum lingua tua, & inſpexit cum oculo ſuo. & erit diſpoſitio eius ad remouēdum tollerare abuſionem. & hic lapſus pedis, & innuit locum ſubductionis.

AVEROES.

AIt Auer. Hoc est deceptio, et quid turpe ſapienti, vt adducat talem ſimilitudinem falſam, & cauſam mendoſam, vt animæ attrahantur ad diuiſionem agentis in naturale, & voluntarium. nam nemo dicit inſpexit cum oculo ſuo, & ſine oculo ſuo, & tm̄ ipſe credit ꝙ hæc ſit diuiſio aſpectus. dicit tamen inſpexit cum oculo ſuo, ad intelligendum verum aſpectum, & remouendū ꝙ non intelligatur aſpectus abuſiue. & ideo videtur intellectus ꝙ, cùm intelligit ꝓ verbum vidit, ꝙ ſit res vera à principio regit, ita ꝙ teneat id eſſe aſpectum oculo, est quaſi figmentum. cùm verò dixerit agens per naturam ſuam, & agens per electionem ſuam, nemo intelligentium contradicit ꝙ hæc ſit diuiſio agentis. Si autem dictum ſuum egit cū voluntate ſua, est ſicut dictum ſuum aſpexit cū oculo ſuo, tunc erit dictum ſuum egit cū natura ſua abuſiue. Attamen agens naturaliter est fixioris operationis tamoſq;

q̄ agens

q̄ agens voluntarie, nam agens naturaliter nō prohibetur in operatione sua, & operatur cōtinue: agens vero voluntarie non est sic. Quare aduersarius potest conuertere quæstionem supra eos, s. dicere egit natura sua, est sicut dicere aspexit oculo suo. & dicere egit voluntate sua est abusiue, & præcipue opinione sectę Asfariæ, qui dicunt hominem non habere virtutem, nec actionem imprimendi in entibus. Si autem actio, quæ apparet sic, qūo ergo dicitur q̄ impressio actuōis veræ in eo, quod nō apparet, est vt sit à scientia, & volūtate?

ALGAZEL.

AIt Alga. respondens pro Philosophis. Si autem dicitur q̄ nomen agentis habetur notitia eius ex lingua, &c. vsque ad, Si autem dixeritis hoc totum esse abusiue, vos quidem laboratis in eo absq; sustentaculo.

AVEROES.

AIt Auer. Sūma huius sermonis est ratio famosa: & est q̄ idioma arabicū appellat imprimentem in re, licet non habuerit electionem agens verum, non autem abusiue. & est respōsio topica, quæ non consyderatur in responsionibus.

ALGAZEL.

AIt Alg. respondens eis. Et est responsio, q̄ totū hoc est abusiue: actio vero vera est illa, quæ est cum voluntate. Et ratio eius est: qm̄, si nos posuerimus inouatum ad productionem, cuius sunt duo, vnum voluntarium, et aliud non voluntarium, semper intellectus attribuit actionem voluntati. & sic ēt idioma. nam qui proiecerit hominem in ignem, & moritur, dicitur quòd ipse fuerit interficiens, non autē ignis; ita q̄, cùm dicitur non interfecit eum, nisi talis, erit dictum eius verum, &c. vsque ad, non esset faciens, nec agens, nisi abusiue.

AVEROES.

AIt Auer. Hæc responsio est ex opere Sophistarum, qui permutātur de sophisticatione ad sophisticationem. Alga. autem est vir excelsioris gradus, & rationis. sed forte homines suæ ætatis induxerunt eum ad edendum hunc librum, vt remoueret à se murmurationem, q̄ ipse teneat opinionem sapientū. qm̄ nemo attribuit actionem instrumento, eam tamen attribuunt primo motori. qui autem iterfecit aliquem in ignē, est agens in veritate, ignis vero est instrumentum iterfectionis. qui vero comburitur ab igne, absq; q̄ sit ibi electio hominis, nemo dicit eum comburere ignem abusiue. Modus autem sophisticationis in hoc est, quoniam ipse ratiocinatus est cum eo, quod est verum coniunctim, de eo, quod est verum simpliciter, & separatim, & non coniunctim. & est locus ex locis fallaciæ, vt qui dicit de Æthiope, qui est albus dentibus, q̄ sit albus simpliciter. Attamen Philosophi non dicunt quod Deus glo. non vult simpliciter, quoniam est agens cum scientia: & hęc scientia, & agens excelsioris duarum operationum oppositarum, licet ambæ fuerit possibiles: sed dicunt q̄ non vult voluntate humana.

ALGAZEL.

AIt Alga. respondens pro Philosophis. Si aūt dicitur nos intendimus, cū fuerit Deus glo. agēs, q̄ sit causa esse omnis entis, præter eum, & q̄ mundus constitit propter eum, & nisi esset Deus glo. non imaginaretur esse mundi, &c. vsq; ad, et nō est curandum de nominibus, cùm apparuerit res ipsa.

AVEROES.

AIt Auer. Summa eius est, quòd concedunt homines aduersarijs Deum glo. non esse agens: sed est causa è numero causarum, sine qua non perficitur res. Et est profecto responsio vilis, quoniam sequitur ex hoc Philosophus, vt sit primum principium per viam formæ vniuersi, eo modo, quo anima est principium corporis, quod nemo eorum dixit.

ALGAZEL.

AIt Alga, respondens eis. Dicimus q̄ intētio nostra est declarare q̄ hoc non sit opatio, & opus: sed operatio, & ars est id, quod emanat à voluntate in rei veritate, et iā diximus de verificatione actionis, vsq; ad, et itentū huius qōnis est patefacere errorē.

AVEROES.

AIt Auer. Hic autem sermo sequeretur Philosophis, si dicerent id, quod ipsi dicunt. nam sequit eis secundum hanc positionem q̄ non sit mundo agens, nec naturaliter, nec voluntarie, nec aliquid agens vltra hos duos modos. & id, quod dixerūt, non est manifestus error eius: sed error est, qm̄ attribuunt Philosophis id, quod non est ex dicto eorum.

ALGAZEL.

AIt Alga. Secundus autem modus in destructione eius, q̄ mundus sit operatio Dei glo. est fm radicem eorum, circa conditionem in actione, & est quòd actio est præfatio innouationis. & mundus apud eos est antiquus, non aūt innouatus. et dispositio actionis est extractio rei à priu atione ad esse in innouatione eius. quod quidem non imaginatur in antiquo. nam id, quod est, impossibile est innouari. &, cùm conditio actionis est vt sit innouata, & mundus apud eos est antiquus, quomodo ergo erit actio ipsius Dei glo?

AVEROES.

AIt Auer. Si autem mundus est antiquus ex se, & ens, nō ex eo q̄ est motum. omnis. n. motus est compositus ex partibus innouatis, tūc nón est ei agēs omnino. Si vero est antiquus, in eo q̄ est in innouatione continua, & non est in innouatione eius principium, nec finis, id quidem, quod habet innouationem continuam, dignius est nomine innouationis, q̄ id, quod habet inouationem, quæ cessat. & hoc modo mundus est innouatus à Deo glo. & nomen innouationis in eo est dignius nomine antiquitatis. Sapientes autem appellauerunt mūdum antiquum, vt caueāt ab innouato, quod est ex aliquo, & in tempore, & post priuationem.

ALGAZEL.

AIt Alga. respondens pro Philosophis. Si autem dixerit innouatio est inuētio entis post eius priuationem, respondemus q̄ agēs, cùm innouauerit, vtrum quod emanat ab eo, dependēsq; in eo, est esse abstractum? aut priuatio abstracta? aut vtrunq;? Et falsum est dicere q̄ dependens in eo sit priuatio precedens: nam non est agenti impressio in priuatione. Et falsum etiam est dicere vtrunq;: qm̄ priuatio non dependet in eo omnino, & priuatio in eo q̄ est priuatio, non indiget agente omnino. Remanet ergo vt dependeat ab eo, in eo q̄ est ens. nam emanat ab eo esse abstractum, & nullam habet proportionem cum eo, nisi esse. Et, si ponatur esse continuum, ponitur proportio continua. &, si continuata fuerit hæc proportio, tunc proportionatum ei est dignius, & durabilioris impressionis, nisi q̄ non dependet priuatio ab agēte in aliqua hora. Remanet ergo vt depēdeat ab eo, ex eo q̄ est innouatum, & nihil est dicere q̄ sit innouatum, nisi q̄ sit post priuationem, & priuatio non dependet ab eo.

AVEROES.

AIt Auer. Hic sermo est ex responsionibus Auicennæ in hac quæstione Philosophorum. & est sermo sophisticus: qm̄ dimisit in eo vnū membrum diuisionis vniuersalis. Nā ipse dixit q̄ actio agentis aut dependet ab innouato in esse, aut in priuatione precedenti, in eo q̄ est priuatum, aut in vtroq; simul: & est falsum vt dependeat à priuatione: nam agēs non agit

agit priuationem: & propter hoc etiā est inconueniens vt dependeat ab vtroq;: ergo remanet vt depēdeat in esse, & innouatio nihil aliud est, nisi dependēta actionis in esse, scilicet q̄ actio agentis est inuentio, & sunt æqualia in hoc, esse, cui præcedit priuatio, et esse, cui nō præcedit priuatio. Modus autem fallaciæ in hoc sermone est, quoniam actio agentis non dependet in esse, nisi hora priuationis, & est esse, quod est in potentia, et non dependet in esse, quod est in actu, in eo quòd est in actu, nec in priuatione, in eo q̄ est priuatio, sed in esse diminuto, cui euenit priuatio. & actio agentis non dependet in priuatione: priuatio enim non est actio. & non dependet in esse, cui non copulatur priuatio. nam esse, quod fuerit in perfectione sua vltima non indiget inuentione, nec inuētore: esse autem, cui copulatur priuatio, non reperitur, nisi in hora inouationis innouati. Quare non euadit ab hoc dubio, nisi ponat q̄ mundus nūquam defecit copulari cum esse suo priuationem, & adhuc non deficiet copulari ei, sicut est in esse motus. nam ipse continue indiget motore. Et verificātes ex Philosophis dicunt q̄ hæc est dispositio mundi supioris cum creatore glo. præcipue eius, q̄ est sub mundo superiori. & in hoc differunt creata à factis. nam facta, cùm inuenta sunt, non copulatur eis priuatio, propter quam indigent agente, quo esse eorum permanet.

ALGAZEL.

AIt Alga. Cùm autem dicitis q̄ ens impossibilis est inuētio eius, si intelligitis per id, quòd in futurum non habebit esse post priuationem, est verum. Si uero intelligitis quòd in hora, qua est, non est, tam declaramus quòd ipsum non est, nisi cùm est, non autem hora, qua non est. nam est, cùm agens eius id adinuenit: et agens non adinuenit id hora priuationis, nisi hora, qua est aliquid eius. & adinuentio est copulata ei, q̄ agens adinuenit, & actum inuentū. nam inuentio est præfatio proportionis inuentoris ad inuentum: & totum hoc cum ipso esse, non autem antea: ergo inuentio non est nisi inuento, si intelligimus per inuentionem proportionem, qua agens inuenit, & actū inuentum dixerunt. Et in hoc terminamus q̄ mundus sit Dei glo. actio antiqua, & æterna. et nulla est hora, in qua non sit Deo glo. actio in eo: nam alligatum est esse agenti. &, si cōtinuata fuerit alligatio, continuatur etiā esse. si vero cessauerit, cessat. non autem sicut imaginamini q̄ Deus glo. si imaginati fuerimus priuationem eius, remaneret mundus. quoniam existimatis q̄ ipse sit, sicut ædificator cum ędificio: quia ipse deficit, & remanet ædificium. nam remanentia ædificij non est ex ædificatore, sed est ex siccitate retinente cōpositionem eius. si enim non esset in eo virtus retentiua, ut aqua exempli gratia, non posset imaginari remanentia figuræ innouatæ in actione agentis in eo.

AVEROES.

AIt Auer. Et forte mundus est huiusmodi. demū non verificatur iste sermo, & est vt sit inuentio ab agente inueniente, dependēs in esse, in eo q̄ est in actu, in quo nō est diminutio omnino, nec potentia potentiarū, nisi imaginemur q̄ substantia entis est, cùm est ens. Nam ens actum nō esset inuētum, nisi per inuentiens agens. et, si fuerit ipsum esse inuentum ab inuentore aliquid additum substantiæ eius, non est necesse vt auferatur esse, cū aufertur hæc proportio, quæ est inter inuentiens agens, & ens actum. si vero non erit aliquid additum, sed ipsummet est in relatione, s. in eo q̄ est inuentum, potest esse id, quod dixit Auicenna. Attamen hoc non conuenit mundo. quoniam mūdus nō est ens in prædicamento relationis, sed est in prædicamento substantiæ: relatio vero est quid euentens ei. Et forte hoc, quod dixit Auicēna, est verum in formis corporum cœlestium cum eo, quod apprehendunt de formis separatis à materia. quoniam Philosophi existimant hoc. declaratum est enim q̄ hic sunt formæ separatæ à materijs, quarum esse est in formis earum, & q̄ scientia mutatur ad scitum hic. scitum. n. est in materia.

ALGAZEL.

AIt Alga. respondens Philosophis. Et responsio est q̄ actio depēdet in acto ex inouatione eius, non ex parte priuationis eius præcedentis, nec ex parte esse eius tantum. quoniam non depēdet in eo, in aduentu horæ innouationis apud nos, & est ens: dependet autem in eo hora innouationis eius, ex eo q̄ est innouatio, & exitus ex priuatione ad esse. si autem auferatur ab eo innouatio, non intelligitur esse actionem. & hoc non intelligimus in agente, & dictum vestrum, ipsum esse inouatum idem est, quod fuerit cum priuatione præcedenti. & esse cū priuatione præcedenti non est de actione agentis, & positio ponentis est talis, immo est conditio in esse actionis agentis, scilicet præcessio priuationis. esse autem, cui non præcedit priuatio, sed est continuum, conuenit vt sit actio agentis. & non omne, quod requiritur vt sit agens agēs, necesse est vt sit actio agentis. qm̄ subsstantia agentis, & posse eius, et voluntas eius, & scientia eius est conditio requisita ad hoc vt sit agens. & hoc non est de conditione agentis, sed nos non intelligimus agens, nisi ens.

AVEROES.

AIt Auer. Hic sermo ē totus verus, q̄ actio agentis depēdeat in acto, in eo q̄ est mobile. motus autē ab esse, quod est in potentia, ad esse, quod est in actu, appellatur innouatio. &, sicut dixit priuatio est conditio ex conditionibus esse motus à motore, & id, quod est conditio in actione agentis, nō est necesse, cùm non dependeat in eo actio agētis, vt dependeat in eo contrarium, vt intulit Auic. necessario. Sed Philosophi opinātur q̄ entium quædam sunt, quorum differentiæ substantiales sunt in motu, vt ventus, & alia, & cœlum, & quod est sub eo, sunt huius generis, ex entibus, quorum esse est in motu. &, cùm sic fuerit, ergo est in innouatione continua, quæ non defecit, nec deficiet. & secundum hoc, quemadmodum ens æternū est vertus in esse, q̄ non æternum, sic etiam id, cuius innouatio est æterna, dignius est nomine innouati, q̄ id, cuius innouatio in aliqua hora. Et, nisi esset mundus huiusmodi, s. q̄ substantia eius est in motu, non indigeret mundus post esse suum creatore glo. sicut non indiget domus esse ædificatoris post complementum, & separationem eius ab ea, nisi esset mundus in prædicamento relationis, vt conatus est Auicenna declarare in sermone præcedenti. Et iam diximus nos q̄ id, quod conatus est in hoc, est verum in formis corporum cœlestium. &, cùm sic fuerit, mundus indiget inuentione agentis hora sui esse, ex eo q̄ est agēs ambobus modis simul, scilicet quia substantia mundi consistit in motu. & quia forma eius, qua substentatur, & existit, est de prædicamento relationis: non autem qualitatis, scilicet dispositionum, & habituum numeratorum in prædicamento qualitatis. et omne, cuius forma ingreditur in hoc genus, & numeratur in eo, est, cùm existit, & perfectum est esse suum, non indigens quidem agente. Et hoc totum dissoluit tibi hanc similitudinem, & auferet à te confusionem, quæ generatur in hominibus ex istis sermonibus contrarijs.

ALGAZEL.

AIt Alga, respondens pro Philosophis. Si autem conceditis abusiue esse actionem simul cū agente, & non postponi ei, sequitur ex hoc, vt sit actio innouata, si agens fuerit innouatum: aut antiqua, si fuerit antiquum. Si autem conditionaueritis q̄ retar-

detur

detur actio agenti tempore quodam, hoc est falsum. quoniam ex motione manus in vase aquæ mouetur aqua cum motu manus, non antea, nec postea. nam, si motio est postea, erit manus cum aqua, anteq̃ declinet ad aliud latus. si vero antea, separaretur aqua à manu. &, cùm fuerit cum ea, est causatum eius, & actio ex parte eius. si autem posuerimus manũ præcedere aquam, quæ mouetur, erit motus aquę etiam continuus. & ipse quidem cum continuatione sua causatus, & actus, & non prohibetur hoc in positione continuitatis. & sic est proportio mundi ad Deum glo.

RESPONSIO.

AIt Auer. In motu autem cũ motore est verum. in ente vero quiescente cum inuentore eius, seu in eo, cuius natura non est quiescere, aut moueri, si ponatur inuentor, huiusmodi non est verum. hęc autem proportio inuenitur inter agẽs, & mundum ex eo q̃ mouet. q̃ autem omne ens necesse sit vt sit actio eius copulata esse, est verum, nisi acciderit enti aliquid extra naturam, aut accidens accidentium, siue sit actio naturalis, siue voluntaria, idem est. Et vide quomodo posuerunt secta Alfarta ens antiquum, & prohibuerũt ei actionem in suo esse antiquo, deinde concesserunt id ei, adeo q̃ esse eius antiquum duplicatur ad duplex esse antiquum, præteritum, & futurum. & hoc totum est apud Philosophos deceptio, & confusio.

ALGAZEL.

AIt Alga. respondens Philosophis. In sermone precedenti diximus non negare actionem cum agente, postq̃ fuerit actio innouata, vt motus aquæ, qui innouatus est ex priuatione. & possibile est vt sit actio aquæ, siue sit retardans à substãtia agentis, siue coniunctum ei. Negamus tamen actionẽ antiquã. nam id, quod nõ innouatur ex priuatione, appellamus actionẽ abusiue absolute absq̃ veritate, causatum vero, causa possibile est vt sit innouata, & vt sit antiqua: vt dicitur q̃ scientia antiqua est causa vt sit antiquum sciens, & tamen non loquimur de ea. loquimur enim de ea, quæ appellatur actio. & dependentia causę non appellatur actio causæ, nisi abusiue, sed appellatur actio cum cõditione q̃ sit innouata ex priuatione. nam abusio abutentis in appellando antiquum continuum in eẽ actionem in aliud, erit abusio accommodata. Et, cùm dictis si imaginati fuerimus motum aquæ cũ digito, antiquũ nõ extrahit motum aquæ, quin sit actio, est error. nam digitus non habet actionem: agens vero habens manum est inuentor. si autem imaginati fuerimus antiquum, erit motus manus actio eius, ex eo q̃ quælibet pars motus est inouata ex priuatione, & hac consyderatione erit cum ea. motus vero aquæ tantum non dicimus q̃ sit de actione eius, sed est de actiõe Dei glo. & quomodocũq̃ sit esse actionem prouenit ex eo q̃ est innouatum: quoniam est continuę innouationis, & est actio, ex eo q̃ est innouata. Deinde dixit Alga. respondẽs pro Philosophis. Si autem dicitur, si cõcedatis q̃ proportio actionis ad agens, ex eo q̃ est, sit sicut proportio causati ad causam, deinde concedatis imaginationem continuitatis ex proportione ad causam, tunc nos non intelligimus in dicendo q̃ mũdus sit actio, nisi q̃ sit cãtum cõtinuę pportionis cũ Deo glo. Si aũt nõ appellabitis hoc actionẽ, nõ est disputatio de noibus, cũ videanẽ res ipsę. Dicimus q̃ nõ intelligimus in hac disputatione, nisi q̃ vos tolleratis hęc noia absq̃ veritate. et Deus glo. apud vos non est agens verũ, nec mundus est actio eius vera. Si vero dictis hoc simplr, est abusiue absq̃ veritate. & iam apparuit hoc.

AVEROES.

AIt Auer. Hic sermo posuit in eo, q̃ Philosophi concesserint et eos velle q̃ Deus glo. sit agens, & q̃ sit causa mũdi tm̃, & q̃ causa sit simul cum causato. Attamen hæc est declinatio eorum à primo sermone, quoniam causatũ sequitur à causa, quæ est causa eius per viam formæ, & per viam finis: causatum vero non sequitur à causa, quæ est causa agens, sed aliquãdo reperitur causa agens, & non reperitur causatũ. & fuit Alga. tanq̃ prætor, qui iratur contra substitutũ in eo, quod non præcepit ei. Attamen Philosophi tenẽt q̃ mundus habet agens, quod non defecit esse agens, & non deficiet: scilicet non defecit esse ei extrahens ex priuatione ad esse, & non deficiet. Et iam fuerat hæc quæstio antiqua inter sectam Aristotelis, & sectã Platonis, quoniam Plato, quia dixit de innouatione mundi, non fuit in sermone eius dubium q̃ ipse ponat mundum habere faciens, & agens. Aristoteles vero qa posuit ipsum esse æternum, dubitauerunt contra eum sequaces Platonis hoc dubio, & dixerunt ipsum non tenere mundum habere faciens: & coacti sunt sequaces Aristote. respondere responsionibus determinantibus Aristot. tenuisse mundum habere faciens, & agens. & hoc est manifestum in rei veritate in loco suo. Et fundamentum in eo est q̃ motus apud eos in corporibus cœlestibus est, quo consistit esse eorum: & dans motũ est agens motus in rei veritate. &, cùm corpora cœlestia non perficiatur esse eorum, nisi motu, tũc dans motum est agens corporum cœlestium. Vlterius iam declaratum est apud eos q̃ ipse dat vnitatem, qua mundus est vnus: & dans vnitatem, quæ est conditio in esse rei compositę, dat esse partium, ex quibus fit compositio. compositio enim est causa eorum, vt declaratum est. & hæc est dispositio primi principiũ cum mundo toto. Cùm autem dicunt actionem esse innouatam, est verũ, quia ipsa est motus. dispositio vero priuatiõis in ea est q̃ non sit ei principium, nec finis. & non intelligunt, cũ dicunt mũdum esse æternum, q̃ fuerat antiquum cum rebus æternis, ex eo q̃ sunt motus: sed dispositio æternitatis in eo est, quia nõ habet principium, nec finem. Et, quoniam hoc non intellexit secta Assarta, ideo difficile est eis dicere q̃ Deus glo. sit æternus, & mundus sit æternus. Quare nomen innouationis continuę est verius in eo, q̃ nomen æternitatis.

ALGAZEL.

AIt Alga. Tertius vero modus est circa falsitatẽ, q̃ sit mundus actio Dei glo. secũdum radicem eorum ex conditione requisita apud eos inter agens, & opus, & est q̃ ipsi dixerunt non emanat ab vno, nisi vnum: principium autem est vnum omnibus modis: mundus vero est compositus ex diuersis: ergo non potest imaginari quòd sit actio Dei glo. secundum quòd sequitur ex radicibus eorum.

AVEROES.

AIt Auer. Cùm autem conceditur hæc radix, & sequitur, difficile est respondere ei. sed est res, quam non dicunt, nisi posteriores ex Philosophis Maurorum.

ALGAZEL.

DEinde dixit Alga. respõdens pro Philosophis. Si autem dicitur mundum vniuersaliter non emanare à Deo glo. immediate, sed quod emanat ab eo est ens vnum, & est principium creaturarum, et est intellectus absolutus, s. est substantia existens per se, nõ multiplicata, sciens seipsum, & sciẽs principium suum, & appellat eum lex nomine Angeli: deinde emanat ab eo tertius, & ex tertio quartus. & multiplicatio entium est mediate. quoniam diuersitas entis, & multiplicatio eius, aut erit propter diuersitatem potentiarũ agentium, sicut nos agimus ex virtute appetitiua, aliter q̃ agimus ex virtute irascibili: aut erit propter diuersitatẽ materierum, sicut Sol dealbat pannũ lotum,

& denigrat

& denigrat faciem hominis, & resoluit aliquas substantias, & idurat aliquas: aut propter diuersitatem instrumentorũ, sicut Carpentarius secat cũ serra, & cũ securi scindit lignum, et pforat cum pforatiuo: aut erit multiplicatio actionis mediate, cùm egerit aliquam actionem, & post hãc actionem agit aliam, & multiplicabit actionem. Et omnes istæ diuisiones sunt falsæ in primo principio. in substantia enim eius nõ est diuersitas, nec in eo est cõsecutio, vel posterioritas, vt declarabimus in rationibus vnitatis. nec est ibi diuersitas materierum: nam sermo est de causato primo, quod emanat à primo. nec est ibi diuersitas instrumenti: nõ enim reperitur cum Deo glo. in gradu suo: & sermo est de innouatione primi instrũ: ergo non remanet, nisi q̃ multiplicatio in mundo emanet à Deo glo. in via mediationis, vt diximus superius.

AVEROES.

Primum cũ fuerit simplex, et unũ, nõ prouenit ab eo, nisi vnum.

AIt Auer. Summa huius sermonis est q̃ primũ, cùm fuerit simplex, & vnum, non prouenit ab eo, nisi vnum. sed diuersificatur actio agentis, & multiplicatur, aut ex parte materierum, & non sunt materiæ cum eo: aut ex parte instrumenti, & non est instrumentum cum eo: & nõ remanet, nisi q̃ sit ex parte medij, cùm emanat ab eo primum vnum, & ex hoc vno vnũ, et ex hoc vno vnũ, et ita repiẽ multiplicatio.

ALGAZEL.

DEinde dixit Alga. dubitans eis. Dicimus et sequitur ex hoc vt non sit in mundo, nisi vna res composita ex diuersis: sed entia omnia erunt eadem, et quodlibet eorum erit causatum vniuscuiusq̃ superioris, & causa inferioris vsq̃ ad causatum, quod non habet causatum, sicut deuenit ex parte afcensus ad causam, quæ non habet causam. Et tamen non est sic. nam corpus apud eos est ex forma, & materia, & ex collectione earum fit quid vnum. nam homo est compositus ex corpore, & anima: & non est esse vnius eorũ ab alio: sed esse eorum simul est ab alia causa. & orbis secundum opinionem eorum est sic: quoniam est corpus animatum: & non est innouatũ corpus ab anima, nec anima à corpore, sed ambo prouenunt à causa alia ab eis. Quomodo ergo inuenta sunt hæc entia compositacan ab vna causa? & destruetur sermo eorũ non emanat ab vno, nisi vnum: aut à causa composita? & cõuenit interrogatio de illa causa, adeo q̃ deuenat necessario ad compositum, & simplex. nam principium est simplex, & prouenit ab eo compositio, & non imaginatur hoc, nisi cũ tactu. &, cùm fuerit tactus, destruit dictum eorum q̃ ab vno non prouenit, nisi vnum.

AVEROES.

AIt Auer. Hoc sequitur eis, cũ posuerint q̃ agens primum sit vt est agens simplex, quod nobis apparet, s. vt sint entia omnia simplicia. Attamen hoc sequitur ei, qui ponit hãc inquisitionem vniuersalem omnibus entibus. qui vero diuidit ens in ens separatum, & ens materiale sensibile, ipse quidem ponit principia, ad quę ascẽdit ens sensibile, diuersa à principijs, ad quæ ascẽdit ens intelligibile, & ponit quidem principia entium sensibilium materiam, & formam: & ponit aliquod eorum agẽs aliquorum, adeo q̃ deuenit ad corpus cœleste: & ponit substãtias itelligibiles ascendere ad primum principium, quarum est principium ad similitudinem formæ, & similitudinem finis, & similitudinem agentis. et hoc totum est declaratum in libris eorum. Et afferamus hanc propositionem communem, & non sequentur hæ dubitationes. & hæc est opinio Arist. [2] Attamen hæc propositio, dicens q̃ ab vno nõ emanat, nisi vnum, est propositio, in qua cõuenerunt Antiqui Philosophorum, cùm perscrutabant de principio primo mundi speculatione tota

[2] Examinatio huius propositionis, Ab vno non prouenit, nisi vnum.

isti tamen opinantur esse speculationem demonstratiuam, faciendo inductionem in vniuersali, in eo q̃ primum principium est vnum omnibus, & vnum necesse est vt non emanet ab eo, nisi vnum. &, cùm fuerint apud eos hæ duæ radices, perquirunt vnde prouenit multiplicatio. & hoc quidem, postq̃ est inconueniens apud eos, opinio antiquior ista, & est q̃ prima principia sunt duo, vnum quidem ad bonum, & aliud ad malum. nam impossibile est apud eos vt principia cõtrariorũ sint vnũ. & viderunt q̃ cõtrarietates vniuersales, quæ includũt omnia contraria, sunt bonum, & malum: vnde existimauerunt q̃ necessario principia sunt duo. Et, cùm cõsyderauerint Antiqui entia, & viderunt omnia tendere ad vnum finem, & est ordinatio reperta in mundo, sicut ordinatio reperta in exercitu ex parte principis exercitus, & ordinatio reperta in ciuitatibus ex parte gubernatorum ciuitatum, crediderunt q̃ mundus necessario est huiusmodi: & crediderunt propter bonum repertum in omni ente q̃ malũ fit per accidens: vt sunt condẽnationes factæ à gubernatoribus probis ciuitatum, q̃ sunt mala posita propter bonum, non autẽ prima intentione. nam sunt hic ex bonis aliqua, quæ impossibile est vt reperiantur, nisi admitteatur eis malũ. sicut est in esse hominis, quod est compositũ ex anima intellectiua, & anima bestiali. & determinauit sapiẽtia apud eos vt reperiatur bonũ magnum, licet admitteatur et malum paruum. qm̃ esse bonum magnum cum paruo malo est melius, q̃ priuatio boni magni propter malum paruum. Et, cùm patuit apud eos in fine q̃ primum principium necesse est vt sit vnũ, & aduenit hæc dubitatio de vno, respõderũt et tribus respõsionibus. Nam aliqui putauerunt q̃ multiplicatio, quæ est in materia: & est secta Pythagorica, et societas eius: & aliqui putauerunt q̃ multiplicatio prouenit ex multiplicatione instrumentorum: & aliqui putauerunt q̃ multiplicatio prouenit ex mediis. Et primus, q̃ hoc posuit, fuit Plato. & est sufficiẽtior his opinionibus, qm̃ interrogatio adhuc conuenit duabus aliis respõsionibus, & est vnde prouenit multiplicatio materierum, & multiplicatio instrumentorum. et quicunq; concederint hãc propositionem, illud dubium est commune eis. & dubitatio de modo, quo prouenit multiplicatio ab vno, sequitur eis, s. ei, qui confitetur q̃ ab vno nõ prouenit, nisi vnum. famosum vero hoc tempore est cõtrarium huius, & est q̃ vnum primum emanant ab eo emanatione pma omnia entia diuersa. & sermo dubius in hoc tempore cum hominibus nostræ tempestatis est in hac propositione. Id autem, cùm quo dubitauit Alga, est ex Peripateticorum, non sequitur eis: & est q̃, si multiplicatio prouenirет ex parte mediorum, non sequitur profecto ex hoc, nisi multiplicatio simplex. & quodlibet eorum est compositum ex multitudine. qm̃ Philosophi tenent q̃ hic sit multiplicatio vtroq; modo: multiplicatio quidem rebus simplicibus, & sunt entia simplicia, quæ non sunt in materia, & vnum quodq; eorũ est causa alterius, & ascendunt omnia ad vnã causam, quę est de genere eorum, & ipsa est prima in hoc genere: & multiplicatio in corporibus cœlestibus prouenit ex multitudine horum principiorum: & multiplicatio, quæ est sub corporibus cœlestibus, prouenit ex materia, & forma, & corporibus cœlestibus. & nõ sequitur eis aliquid huius dubitationis. Et corpora cœlestia mouentur primo ex motoribus eorum, qui nõ sunt in materia omnino: & formæ eorum, s. corporum cœlestium emanant ab istis motoribus: & formæ eorũ, quæ sunt sub corporibus cœlestibus, emanant à corporibus cœlestibus, & aliquæ ab aliquibus, siue sint formæ corporum simplicium, quæ sunt in materia prima, quę nõ est generabilis nec corruptibilis, siue formę corporum

compositorum

compositorum ex corporibus simplicibus: & compositio in istis est propter corpora cœlestia, hęc est opinio eorum in ordinatione hic reperta. Res autem, quę mouerunt eos Philosophos ad hanc opinionem, non possunt declarari hic. quoniam hæc declaratio est fundata supra radices, & propositiones multas, quæ declarãtur in multis artibus, & cum artibus multis, quarum vna est sub altera. Philosophi vero Maurorum, ut Auyesa, & Auicenna, quia confitentur aduersario quòd agens, quod non apparet nobis, est sicut id, quod apparet nobis: et vnum agens nõ prouenit ab eo, nisi vnum actum. &, cùm primum apud omnes sit vnũ simplex: difficile est profecto eis, puenire multiplicationẽ ab eo: adeo ꝙ res ipsa coegit eos vt non ponant primum motorem motu diurno, sed dixerũt ꝙ primum sit ens simplex, ex quo emanauit motor orbis magni, & emanauit à motore orbis magni orbis magnus, & motor orbis secundi, qui est sub magno. qm̃ hic motor est cõpositus ex eo, quod intelligit de ꝓmo, & ex eo, quod intelligit de seipso. Et hic est error secũdum eorum radices. nam intelligens, & intellectum est idem in intellectu humano, quãto magis in intellectibus separatis. & hoc totum non sequitur sermoni Aristo. nam agens vnum, quod nobis apparet, si emanauerit ab eo actio vna, non dicitur cũ agente primo, nisi æquiuoce. agẽs enim primum, quod non nobis apparet, est agens simpliciter: quod vero apparet, est agens secundum quid. & agens simpliciter non emanat ab eo, nisi actio absoluta: actio autem absoluta non appropriatur acto præter actum. et, cum hoc probat Aristo. ꝙ agens intellectorum humanorum est intellectus mundus materia, s. ex eo ꝙ intelligit omnia. Et sic etiam probat ꝙ intellectus passibilis non est generabilis, nec corruptibilis ex eo, quòd recipiet oia. Et respõsio huic opinioni sapientis, ꝙ res, quæ non possunt esse, nisi cũ copulatione adinuicem, vt est copulatio materiæ cum forma, et copulatio partium mundi simplicium adinuicem, esse quidẽ earum sequitur earum copulationem. et, cùm sic fuerit, igitur dans copulationem dat esse. &, cũ oẽ copulatum copulatur re, qua est vnum: et vnum, cùm quo copulatur, sequitur ab vno, quod existit per se: necesse est vt sit hic vnum separatum existẽs per se, & necesse est vt istud vnum tribuat vnum per se. Et isti modi diuiduntur in species in entibus secundum naturam eorum, & prouenit ex hac vnitate attributa vnicuiq; enti eẽ huius entis sibi proprium, qua est vnum. & omnia ascendũt ad vnitatem primam: sicut peruenit caliditas, quæ est in quolibet ente rerum calidarum à calido primo, quod est ignis, & ad id peruenient. &, cùm hoc fecit vnionem Aristo. iter esse sensibile, & esse intelle ctuale, & dixit ꝙ mundus est vnum, quod emanauit ab vno, & ꝙ vnum est causa vnitatis quodammodo, & causa multitudinis quodãmodo. & in eo, quod fuit posſibile ei, perscrutatus est in hoc. & propter difficultatẽ huius rei non intellexerũt eum multi, qui venerũt post eum, vt diximus. Et, cùm hoc sic fuerit, manifestum est ꝙ hic est vnũ ens, à quo emanat virtus vna, qua reptunt oſa entia. &, qa sunt multa, igit ex vno, quod est vnũ, necesse est vt sit multitudo, aut ipsa emanet, voca eã vt vis. Et hæc est dispõ dicti sut: & est aliter, q̃ id, quod dixit dicens ꝙ ab vno emanat vnũ. & vide hunc errorẽ, q̃tum est magnus sapientibus, & tua iterest intelligere hoc dictum eorum, an sit demonstratio, vel ne, s. in libris Antiquorum, non autem in libro Auicennæ, aut aliorum, qui mutauerunt opinionem Philosophorum in scientia Diuina, adeo ꝙ facta est existimatio.

AL GAZEL.

At Alga. respondens pro Philosophis. Si autem dicet, cùm patefacta fuerit opinio nostra, auferí dubitatio, nam entia diuiduntur in ea, quę sunt in subiecto, vt sunt accidentia, & formæ, & ea, quæ non sunt in subiecto: et ista diuiduntur in ea, quę sunt subiectum aliorum, vt corpora: & in ea, quę non sunt in subiecto, vt entia, quæ sunt substantię consistentes in se: & diuiduntur in ea, quę imprimuntur in corporibus, & ea appellamus animas: & in ea, quæ non imprimunt̃ in corporibus, sed in animabus, & appellamus ea intelligentias abstractas. entia autem, quæ sunt in subiecto, vt accidentia, sunt innouata, et habent subiecta innouata, & peruenient ad principium, quod est innouatum aliquo modo, & antiquum aliquo modo: & est motus circularis, de quo nõ loquimur. Logmur vero de existẽtibus per se, non in subiecto, & sunt tria, s. corpora, & sunt viliora: & intelligentiæ abstractæ, nullam habentes dependentiam à corporibus, nisi dependentiã agentis, non innatam eis, & sunt excelsiora: & animæ, quæ sunt media: habent enim dependentiam in corporibus aliqua specie dependentiæ, & est impressio, & actio in eis. nam sunt media in dignitate, quia imprimuntur ab intellectibus, & imprimũt in corporibus. Viterius corpora sunt decem: quorum nouem sunt orbes: decimũ vero materia, quæ est corpus sub cõcauitate orbis Lunæ: & orbes nouem sunt animalia, habentia quidẽ corpora, & animas, & habent influxum in entibus, vt dicemus, videlicet ꝙ primum principium emanat ab esse eius prima intelligentia, & est ens existẽs per se, quod nõ est corpus, nec est virtus in corpore, & scit seipsum, & scit principium suum. id autẽ appellaumus primam intelligentiam: & nõ curamus de appellatione Angeli, aut intellectus, aut cuiuslibet nominis. Et sequuntur ab esse eius tria, s. intelligentia, & anima orbis superioris, & est orbis nonus, & corpus orbis superioris. deinde sequitur ab intelligentia secunda intelligentia tertia, & anima orbis noni, & corpus eius. deinde sequitur ab intelligentia tertia intelligentia quarta, & anima orbis Saturni, & corpus eius. & sequitur ab intelligẽtia quarta intelligentia quinta, & anima orbis Iouis, & corpus eius: & sic vsquequo deueniat ad hoc, quod sequatur ab ea intelligẽtia, & anima orbis Lunę, & corpus eius, & intelligentia vltima, quæ appellatur intellectus agẽs, deinde sequitur sub orbe Lunæ materia, recipiens generationem, & corruptionem ab intellectu agente, & naturas operationum. Viterius materiæ miscentur propter motus orbium, & stellarum diuersis mixtionibus, ex quibus prouenient mineræ, & plãtæ, & animalia, & non est necesse vt sequatur ex vnaquaq; intelligentia intelligentia in infinitum: quoniam istæ intelligentiæ sunt diuersarum specierum, & quod est vni eorum non est in alijs. Et sequitur ex hoc, ꝙ intelligentiæ post primum principium sint decem, & orbes nouem. & summa ex istis principijs excelsis post primum decem & nouem. & prouenit ab hoc, quòd sub vnaquaq; intelligẽtiarum primarum sint tria, intellectus, anima orbis, & corpus eius. & impossibile est qn in principio eius sit trinitas proculdubio. & nõ magnatur multitudo in intellecto primo, nisi vno modo, & est vt ipse itelligat principium suum, & intelligat seipsum, & ipsum in cõsyderatione sui est posſibile in esse, quoniam necessitas esse eius est ab alio, nõ ex se. & ista tria sunt diuersa. et nobilius tribus causatis debet ei attribui nobilior his rebus, & emanat quidem ab eo intelligẽtia, ex eo ꝙ intelligit principium suum, & emanat aĩa orbis, ex eo ꝙ intelligit seipsum, & emanat corpus orbis, ex eo ꝙ est posſibilis in esse ex se. Et oportet vt dicamus vnde prouenit hæc trinitas causato, & tamẽ principium eius est idem. Et dicimus quòd nõ cõsequitur à primo principio, nisi vnum, & est substãtia huius itelligentiæ, qua itelligit seipsam, & sequitur ei necessario

necessario ex seipsa, nõ ex parte principij, vt intelligat principium: & ipsa tamen in se est posſibilis in esse, & non habet posſibilitatem à primo principio, sed ex seipsa. nos autem nõ negamus reperiri vnum ab vno, ad quod sequitur causatum, non ex parte principij, sed ex rebus necessarijs relatiuis, aut nõ relatuis. et ex eo prouenit multitudo, & sit in hoc principium multitudinis. Et, ſm hunc modum posſunt composita esse contigua simplicibus, cũ impossibile sit absq; cõtactu. & impossibile est esse aliter: & est id, quo datur iudicium in eo. & hic est sermo in intelligendo opinionem eorum, & quietationem intellectus in ea.

AVEROES.

At Auer. Hoc totũ est cõtradictio Philosophis, vt sensit Auicenna, & Alfarabius, & alij. Opinio vero Antiquorum est ꝙ sint hic principia, & sunt corpora cœlestia. & principia corporum cœlestium sunt entia separata à materia, quæ mouẽt corpora cœlestia, & corpora cœlestia mouentur ab eis modo seruitutis, et dilectionis eis, et receptionis iussus eorum cum motu, & intellectione eorum. &, quia ipsa producta sunt propter motum: & hoc est, quoniam verificatum est quòd principia, mouẽtia corpora cœlestia, sunt separata à materia, & non sunt corpora: non remanet modus, quo hoc moueat hæc corpora, nisi ex eo, quòd mobili iunctum sit ad motum. & propter hoc necesse est apud eos vt sint corpora cœlestia viuentia rationalia, quæ intelligunt seipsa, & intelligũt principia mouentia ea, modo iussus eis. Et, qm̃ patet ꝙ nulla sit dꝛia inter scientiã & scitum, nisi ꝙ scitum est in materia, scia vero non est in materia: & hoc dictum est in libris de Anima: & tam sunt entia, quæ non sunt in materia: sequitur ergo vt sit substantia eorum scientia, aut intellectus, aut quouis nomine appellabis eã. & verificatum est apud eos ꝙ ista principia sunt separata à materia: qm̃ ipsa influunt corporibus cœlestibus motum continuũ, quo eis non euenit labor, nec defectus: & omne influens motum continuum huiusmodi non est corpus, nec potentia in corpore: & corpus cœleste acquisiuit permanentiam ex separatis. & verificatum est apud eos quòd ista principia separata, esse eorum est copulatum primo principio eoꝝ. sin aũt, nõ esset hic ordinatio reperta. & sermones eorum, quos scripserunt in hoc, qui vult scire veritatẽ, eis incũbat. Et ex eo, quo apparet ꝙ oẽs orbes mouentur motu diurno, licet moueantur motu proprio, verificatũ est apud eos ꝙ iubens in istis motibus est primum principium, & est Deus glo. & ꝙ ipse iussit omnibus principijs, vt iubeant cæteris orbibus in alijs motibus. & hoc iussu permansit cœlum, & terra: vt iussu primi Principis ciuitatis seruãtur omnia præcepta prouentia ab aliquo, quem Princeps præposuit in rebus ciuitatis omnibus existentibus in ea ex hominibus, vt dixit Propheta Verbo Dei cœli facti sunt, &c. Et hic iussus, & seruitus est principalis in iussu, & seruitute, quæ necesse est esse homini, ex eo quòd est animal rationale. Id autem, quod recitauit Auicenna de prouẽtione horum principiorum adinuicem, est res, quam nescierunt sapientes. Quod vero est apud eos est, ꝙ habẽt à primo principio ſtatus tales, quibus nõ perficitur esse, nisi in illo tali loco. & copulatio, quæ est inter ea, est illud, quod facit ea esse causata adinuicem, & omnia à primo principio, & non intelligitur de agente, et acto, & creatore, & creato in illo esse, nisi hoc tantum. & id, quod diximus de copulatione omnis entis cum vno, est aliter quàm hic intelligitur de agente, & acto, & faciente, & facto in arte. Si autem magnatus fueris quòd sit princeps, habens substitutos multos, & isti substituti habeant alios substitutos: & non est esse substitutis, nisi in recipiendo substitutionem, & faciendo præceptum eius: & non est esse eis, qui sunt substituti, nisi mediantibus substitutis prioribus: necesse est vt Princeps primus sit ille, qui tribuit omnibus entibus rem, qua sunt entia. nam, si aliquis est, cuius esse est vt sit substitutus, nõ est quidem et eẽ, nisi propter dominum primum. Et hoc est id, quod tenẽt Philosophi, ꝙ sit præfatio legum in creatione, & innouatione, & iussu. & hæc est disciplina propinqua, qua potest intelligi opinio horum hominum, absq; ꝙ eueniat ei dubitatio, quæ euenit ex auditu opinionum hoſum, ſm differentiam, quam narrauit Alga. hic. & hoc totũ existimauerunt declaratum fuisse in libris eorum. Et qui potest operam dare libris eorum cum conditionibus, quas narrauerunt, sciet veritatem eius, quo ratiocinantur, aut contrarium eius. & nõ intelligitur de opinione Ari. aliud præter hoc, nec de opinione Platonis: & est finis eius, ad quod peruenerũt intellectus humani. Potest tamen homo peruenire ad istas res ex sermonibus euentientibus eis, quòd sint famosi, cum hoc, ꝙ sint intellectuales: in quibus hæc via disciplinæ est delitiosa, & dilecta oibus. Et vna ex propositionibus, quibus hoc apparet, est ꝙ homo, cùm consyderauerit entia, quæ sunt hic, apparet et ꝙ res, quæ appellant viuentia, scientia, sunt ea, quæ mouentur ex se motibus terminatis, versus intentiones, & operationes terminatas, ex quibus prouentunt operationes terminatæ. & ideo dixerunt Loquentes quòd omnis actio prouenit ex viuo sapiente. &, cùm fuerit apud eum hęc radix, & est ꝙ omne, quod mouetur motib⁹ terminatis, & prouenient ex eo operationes terminatæ, & ordinatæ, est viuum, sapiens: & copulatur istud id, quod apparet sensui: & est ꝙ cœli mouentur ex se motibus terminatis, & ordinãtur ex hoc entibus, quæ sunt sub eis, operationes terminatæ. & ordo, & proportio, quo sustentatur id, quod est sub eis, ex entibus, cõcluditur radix tertia, in qua non est dubium: & est ꝙ cœli sunt corpora viuentia cognoscentia. Quòd autem ex motibus eoꝝ sequantur operationes terminatæ, quibus sustentatur id, quod est hic ex animalibus, plantis, et mineralibus, & conseruatio eius, hoc est notum per se cũ consyderatione. nam, nisi eẽt propinquitas Solis, & remotio eius in circulo suo obliquo, non essent hic quatuor tempora: &, nisi essent hic quatuor tẽpora, non essent plantæ, nec aĩalia, nec processus gñationis ſm ordinem in gñatione elementoꝝ adinuicẽ, ſm æqualitatem, vo conseruetẽ eẽ eoꝝ. v. g. cũ prolongaſ Sol à meridie, infrigidatur aer in parte septentrionali, & fiunt pluuiæ, & multiplicatur gñatio elementi aquæ, & multiplicatur in parte meridionali generatio elementi aeris: in æstate vero cõtrarium, s. cùm fuerit Sol propè caput nostrum versus septentrionem. & istæ operationes, quæ reperiuntur à Sole propter propinquitatẽ, & remotionem, quam habet continue à quolibet ente, ex eodem loco reperitur à Luna, & omnibus planetis. nam oẽs habẽt orbes obliquos, & faciunt quatuor tẽpora in motu eorũ circulari, & quod magis est in esse entium, & conseruatione coꝝ est motus diurnus, magnus quidẽ, faciens diem. & iam innuit lex prouidentia Dei in hoie, cùm submittãtur et oẽs orbes, cùm dixit ipse glo. & ad præ-
dominandum in die, & in nocte, et deinde omnia tẽpora terrę, &c. & nisi esset fœdus meũ, &c. Et, cũ cõsyderauerit hõ has operationes, & regimina puentẽtia, diuersa quidem ex motibus stellaꝝ, & viderit stellas moueri ijs motib⁹, & hñe figuras terminatas, & ex partibus terminatis, & versus operatiões terminatas, & motus contrarios, scit istas operationes terminatas prouenire ex entibus cognoscentibus, & animatis, habentibus electionem, & voluntatem. Et quod magis facit eum credere hoc, est, cũ nos videmus multa ex corporibus

paruis

paruis, fœtidis, vilibus, & obſcuris, hiꝭ repertis nõ priuari vita generaliter cũ paruitate partium eoꝝ, & vilitate menſuræ eoꝝ, & breuitate vitæ eoꝝ, & obſcuritate corporis eoꝝ, et ꝙ bonitas diuina eis influxit aïam, & cõprehenſionem quandã, qua regunt ſeipſa, & conſeruant eſſe ſuũ, expreſſe patet ꝙ multo magis debent eſſe corpora cœleſtia aïata, cõprehendentia, q̃ iſta corpora, propter magnitudinẽ corporis, & dignitatẽ eoꝝ, & multitudinẽ luminis eoꝝ, vt dixit ipſe glo. mediante Propheta ſuo Cœlt enarrãt, etc. ſed multi hoſuꝫ neſciũt hoc. Demum, cũ conſyderetur regimen eoꝝ in corporibus aïatis, quæ ſunt hic, ſcitur abſolute ꝙ ſunt aïata. nam aïatum non regitur, niſi ab aïato perfectiori aïa, q̃ aïa eius. Et, cùm conſyderauerit homo hæc corpora magna, animata, rõnalia, eligẽtia, quæ nos continẽt, et conſyderauerit tertiam radicem, & eſt ꝙ prouidentia eoꝝ ad ea, quę ſunt hic, non eſt neceſſaria eis in eſſe eorum, ſciet ꝙ intunctũ eſt eis in ijs motibus, & ſunt ſubmiſſa eis, quæ ſunt ſub eis ex animalibus, & plantis, & inanimatis, & iubens eis eſt aliud ab eis, et eſt non corporeum neceſſario. nam, ſi eſſet corpus, eſſet de numero eorum. et quodlibet eorum eſt obediens ei, quod eſt ſub eo hic ex entibus, & ſeruit ei, & non indiget ſeruitute eius in eſſe ſuo. &, niſi eſſet iuſſus eis, non prouideret ad id, quod eſt hic continue: quoniam ipſi vellent non habentes quidem vtilitatem in hac operatione. Igitur mouentur propter iuſſum, & timorem euentem eis ad conſeruandum ea, quæ ſunt hic, & ſuſtentandum eſſe eius: & iubens eſt Deus glo. Verbi gratia, ſi aliquis viderit multitudinem hominum dominãtium in rebus, & operationibus terminatis, non ceſſantibus in inſtanti, licet operationes illę non ſint neceſſarię in eſſe eorũ, & non indigent eis, deliberabit proferre ſententiam ꝙ ſunt timentes. & intunctum eſt eis in operationibus illis, & ꝙ habent præcipientem, qui præcepit eis in hoc regimine cõtinuante prouidentiã in alijs, qui eſt ſuperior eis ſuperiori gradu, & ſunt vt ſerui obedientes ei. &, cùm conſyderauerit homo aliud, & eſt ꝙ vnuſquiſq; planetarum ſeptem habet motus innouatos motui eius vniuerſali, habentes quidem corpa ſeruientia corpori vniuerſali, ac ſi eſſent obedientia, ſciet abſolute etiam ꝙ quilibet planeta habet iuſſorem ſibi proprium, deputatum eis ex primo iubente, vt euenit in gubernatione exercitus, q eſt collectio vniuſcuiuſq; eorum ſub vno iuſſore: & iſti iuſſores, qui appellantur capitanei, deueniunt ad vnum principem, & eſt princeps exercitus, ſic eſt diſpoſitio in motu corporum cœleſtium, quam perceperunt Antiqui de iſtis motibus, & ſunt quadraginta, & poſtea reducuntur omnia ad ſeptem planetas, et reducitur illi ſeptem ad octauum, & reducitur octauum ſm diuerſitatem, quæ eſt inter Antiquos, in numero motuum ad iuſſorem primum. Et hæc notitia habetur homini hoc modo, ſiue ſciat quomodo ſit principium creationis horum corporum cœleſtium, ſiue neſciat: & quomodo ſit copulatio aliorum iubentium cum primo præcipiente, ſiue ſciat, ſiue neſciat. nam ipſe nõ dubitat ꝙ, ſi eſſent ex ſeipſis, ſ. antiqua abſq; cauſa, & inuentore, poſſibile eſſet eis non recipere iuſſum à iubente vno cum ſubtractione, & ſeruitute. & ſic eſt diſpoſitio iubentium cum iubente primo. &, cũ hoc non fuerit eis poſſibile, ergo eſt ibi proportio inter eos, & eũ, & proportio, quæ determinauit eis obedientiã, & ſeruitutẽ. & hoc non eſt aliud, niſi ex eo ꝙ ſunt ei ex natura eſſe eoꝝ, non vt accidens ex accidentibus, ſicut eſt dñs cum ſuis ſeruis, ſed in natura eſſe eoꝝ. nam non eſt ibi ſeruitus addita ſubſtantiæ, immo ſubſtãtiæ illæ ſuſtentant in ſeruitute. & hęc adeptio eſt regnũ cœli, & terræ, quod vidit Abrahã pater nr̃, cùm dixit Facies cœlũ, & terrã. Et ſcias ꝙ, cũ ſic fuerit, neceſſe eſt vt non ſit creatio horꝝ corpoꝝ, & principium generationis eoꝝ, modo generationis corporum, quæ ſunt hic. & intellectus humanus deficit apprehendere qualitatem huius operationis, licet ſciret eſſe eius. Qui autem perquirit aſſimilari duas entitates, quarũ vna eſt in altera, & ꝙ agens earum ſit agens eo modo, quo reperiunt agẽtia, hic eſt in maxima perturbatione, deceptione, & cõfuſione. Et hæc eſt ſumma eius, quod intellexerũt Antiqui de corporibus cœleſtibus, & cõſtitutione eoꝝ à creatore glo. & ꝙ nõ ſit corpus, & cõſtitutione eius, quod eſt ex entibus inferioribus ab eo, quę non ſunt corpora, & vnum eorum eſt anima. conſtituere autem eẽ eius, ex eo ꝙ ſunt inouata eo modo, quo inouantur corpora, quę ſunt hic, vt conati ſunt loquẽtes, eſt nimis difficile. & propoſitiones, adductæ in hoc, non cõplent id, quod intẽdunt declarare. & declarabimus hoc ex ſermonibus nr̃is ſubſequẽtibus, cũ loquemur de via cõſtitutionis eſſe Dei glo. His aũt habitis reuertamur ad narrandum ea, quæ dicit Alga. in contradicendo ei, quod rectrauit de opinionibus Philoſophorum, & notificabimus gradum eius in veritate. nam hoc eſt intentum primum in hoc libro.

ALGAZEL.

AIt Alg. contradicens Philoſophis. Dicimus, id, quod narraſtis, aſtutia quędam eſt. & in rei veritate eſt obſcuritas maior præ alijs obſcuritatibus, ꝙ ſi aliquis recitauerit ex inſomnio, iudicabitur ex eo, ꝙ ſit malæ complexionis. et, ſi id reduxerit in genere rerum legum, in quibus termini inquiſitionis ſunt exiſtimationes, dicetur ꝙ ſunt errores, et nõ adipiſcentur ſcientias, ſed vanas cogitationes.

AVEROES.

AIt Auer. Non eſt inconueniens vt eueniat hoc ſtultis cũ ſapientibus, & vulgo cum electis, vt euenit eis in rebus artificialibus. nã artifices cũ poſuerint multa ex operibus ſuis vulgo manifeſtenderint ſuas operationes mirabiles, fugiet ab eis vulgus, & exiſtimabit ꝙ ſunt diminuti cerebri. Attamen iſti in rei veritate ponuntur in gradu diminuti cerebri ab intelligentibus, & ignorantes quidem à ſapientibus. & ſermones huiuſmodi non oportet vt proſçiantur contra eos opiniones ſapientum, & hominum ſpeculatiorum. debebat tamen ipſe, cùm narrauerat hæc, narrare opiniones, quæ mouerunt eos ad iſta, ita quòd poſſit audiens facere comparationem inter eas, & ſermones, quos perquirit ipſe deſtruere.

ALGAZEL.

AIt Alga. Introitus autem qõnis, prout eſt, non narrabitur, ſed ponem⁹ modos determinatos. Et primus quidem eſt vt dicamus, tã poſuiſtia ꝙ vna rerum multitudinis cauſati primi, eſt ꝙ ſit poſſibilis in eſſe, tũc dicimus eſſe poſſibilem in eſſe vtrum eſt eſſe eiuſmet, aut aliud? ſi aũt idem, igitur non prouenit ex eo multitudo: ſi vero aliud, igitur dicetis in primo principio eſſe multitudinem. nam eſt, & cum hoc eſt neceſſarium in eſſe. neceſſarium aũt in eſſe eſt aliud ꝙ ſubſtantia ipſius eſſe. & permittimus aduentum diuerſorum in hac multitudine. Si autem dicitis nihil eſt neceſſitati in eſſe, niſi ipſum eſſe, igit̃ non erit aliqd poſſibilitati in eſſe, niſi ipſum eſſe. Si autẽ dicitis bene põ, ſciri ꝙ ſit, & non ſcietur eſſe poſſibilem, eſt ergo aliud. ſic etiam neceſſarium in eſſe põt ſciri eẽ eius: & neſciet neceſſitas eius, niſi poſt aliam rationẽ: ergo erit aliud, demum eſſe eſt quid vniuerſale, quod diuiditur in neceſſarium, & poſſibile. &, ſi aliqua differentia harum duarum partium addatur vniuerſali, ſic quoq; erit ſecunda differentia indifferens. Si autem dicis poſſibilitas in eſſe eſt ei ex ſe, & eſſe eius ex alio, & quomodo erit id, quod eſt ei ex ſe, & quod eſt ei ex alio idemq;

dicimus

dicimus quomodo erit neceſſitas in eſſe ipſum eſſe, & poteſt auferri neceſſitas in eſſe, & remanet eſſe, & vnũ verum omnibus modis eſt. quod non cõuenit affirmationi, & ablationi. nã impoſſibile eſt dicere eſſe, & non eſſe, aut neceſſarium in eſſe, & non neceſſarium in eſſe: & tamen poteſt dici eſſe, & non neceſſarium in eſſe, ſicut poteſt dici non eſſe, et poſſibile in eſſe. ſcitur autem vnitas in hoc. & non eſt congruum ſtare in primo, ſi verificatum fuerit id, quod dixerint, quòd poſſibilitas in eſſe ſit aliud ab eſſe poſſibili.

AVEROES.

AIt Auer. Cùm dixit ꝙ dictum noſtrum de poſſibili in eſſe aut erit ipſummet eſſe, aut aliud, ſ. res addita ipſi eſſe. &, ſi fuerit idem, nõ eſt multitudo. & nihil eſt eorum dictum, ꝙ poſſibile in eẽ eſt in eo multitudo, ſi vero aliud, ſequitur vobis hoc neceſſario in eſſe, & erit in neceſſario eſſe multitudo. & hoc eſt contra id, quod ponunt, eſt ſermo non verus. nam dimiſit tertiam partem diuiſionis. Neceſſarium, n. in eſſe nõ eſt quid additum ipſi eſſe extra animam, ſed eſt quid enti neceſſario in eſſe, & non additũ ſubſtantię eius, & quaſi reducitur ad ablationem cauſæ, ſ. ꝙ eſſe eius ſit cauſatum ab alio. & quaſi id, quod tribuit alij, auferetur ab eo, vt dicimus de ente ꝙ ſit vnum. nã vnitas non intelligitur in ente quid additũ ſubſtantiæ eius extra aïam in eſſe, ſicut intelligitur ex dicto nr̃o ens album: ſed intelligitur de eo res priuatiua, & eſt priuatio diuiſionis. & ſic neceſſariũ in eſſe intelligitur de neceſſitate res priuatiua, quam determinauit ſubſtãtia eius: & eſt vt ſit neceſſitas in eſſe ex ſe, non ex alio. & ſic, cũ dicimus poſſibile in eſſe ex ſe, non poteſt intelligi de eo attributum additum ſubſtantiæ extra animam, ſicut intelligitur de poſſibili vero, ſed intelligit de eo ꝙ ſubſtantia eius determinet ꝙ eſſe eius non ſit neceſſarium, niſi ex cauſa. & ipſum ſignificat ſubſtãtiam, à qua cùm auferetur cauſa, nõ erit neceſſarium in eſſe ex ſe, ſed erit non neceſſarium in eſſe, ſ. negatum ab eo attributum neceſſarij in eſſe: ac ſi diceret ꝙ neceſſarium in eſſe aliquod eius, quod eſt neceſſariũ ex ſe, & aliquod, quod ẽ neceſſarium eſt cauſa. quod autem eſt neceſſarium ex cauſa, nõ eſt neceſſarium ex ſe. & nemo dubitat ꝙ iſtę differentiæ non ſunt differentię ſubſtãtiales, i. diuidentes ſubſtantiã, nec additæ ſubſtantię: ſed ſunt res negatiuæ, & relatiuæ: ſicut dicimus de re inuenta ꝙ nõ ſignificat rẽ additã ſubſtantię extra aïam, eo modo, quo dicimus de re ꝙ ſit alba. Et ex hoc errauit Auicẽna, qui exiſtimauit ꝙ vnum ſit additũ ſubſtantię. & ſic ipſum eſſe rei, cũ dicimus ꝙ res eſt. & in futurum diſputabit de hoc. Et primus, qui inuenit hanc præfationem, fuit Auicenna, ſ. cũ dixit poſſibile in eſſe ex ſe, et neceſſariũ in eẽ ex alio. nam poſſibilitas eſt attributum in re præter rem, in qua eſt poſſibilitas. & determinat ſimplicitas harꝝ dictorũ ꝙ id, quod eſt ſub primo, ſit cõpoſitũ ex duobus: vnũ qdẽ, cui attribuit poſſibilitas: & aliud, cui attribuit neceſſitas in eſſe, & eſt præfatio vilis. ſed, cũ intelligit de eo id, quod diximus, nõ euenit ei dubietas, quam ponit Alg. remanet tñ et videre vtrum, cùm intelligitur de cauſato primo poſſibilitas eſſe eius, determinet ei ꝙ ſit cõpoſitum, vel neꝰnã, ſi attributio fuerit relatiua, nõ determinat ei cõpoſitionem. & non oẽ, de quo intelliguñ res diuerſæ, determinaẽ ꝙ ſint attributa, addita ſubſtãtiæ eius extra animam. nam eſt hęc diſpoſitio priuatiuorum, & diſpoſitio relatiuorum. Et ideo non tenent aliqui Antiquorum vt numereẽ prædicamentum relationis in entibus extra animam, ſ. decem prædicamentis. Alga. autem intulit in ſermone ſuo ꝙ omne habens intellectionem additam determinat aliquid extra animam in actu &. eſt error, et ſermo ſophiſticus. & hoc patet ex eo, quod dixit. Demum eẽ eſt quid vniuerſale, & diuiditur in neceſſarium in eſſe, & poſſibile. &, ſi aliqua differentia partium eſſet addita vniuerſali, ſic etiam & alia differentia indifferenter. Nam diuiſio ipſius eſſe ad poſſibile, & neceſſarium nõ eſt ſicut diuiſio animalis ad rationale, & non rationale, aut ad ambulans, & natans, & volatile. iſta enim ſunt addita generi, quæ faciunt id diuidi in ſpecies additas, & animalitas eſt communis eis. & iſtæ differentię ſunt additæ eis. Poſſibile autem, in quod Auicenna diuiſit ens, non eſt quid extra animam in actu, & eſt prefatio vilis, vt diximus. nam ens, quod habet cauſam, in eſſe ſuo non intelligitur de eo, niſi priuatio. ideſt omne id, quod eſt ex alio, non habet ex ſe niſi priuationẽ, niſi cũ fuerit natura eius natura poſſibilis veri. & ideo diuiſio entis ad neceſſarium in eſſe, & poſſibile in eſſe eſt diuiſio non nota, cùm non intelligit per poſſibile poſſibile verum. & poſtea de hoc loquemur. Attamen id tantum dicimus hic ꝙ ens, cùm diuiditur, aut diuiditur in differentias ſubſtantiales, aut in res relatiuas, aut accidentia addita ſubſtantiæ. Diuiſio autem per differentias ſubſtantiales determinat abſq; dubio multitudinem operationũ ab eo: diuiſio vero eius per res, & relatiuas, ſeu accidentales non determinat multitudinem operationum. Si autem aliquis contradixerit quòd diuiſio eius per attributa intrinſeca determinat et operationes diuerſas, tũc igitur primum principium, emanat ab eo multitudo neceſſario, & non indiget cauſato ab eo, quod ſit principium multitudinis. Si vero dixerit ꝙ non determinat multitudo attributorum relatiuorum prouenire operationes diuerſas, tunc non erũt attributa intrinſeca, quæ ſunt in primo principio, determinantia prouenire operationes diuerſas. et poſitio ponentis cauſatum primum hoc modo eſt melior. Et, cùm dixit, & quomodo erit quod eſt et ex ſe, & quod eſt et ex alio, idem iſte profecto vir exiſtimabat poſſibilitatem non habere eſſe niſi in intellectu. Attamen ſequitur hoc hic, & nihil prohibetur quin in eadẽ ſubſtãtia ſit affirmatio, & ablatio i rebus ſuis, abſq; eo ꝙ conſequaẽ multitudo in hac ſubſtãtia, vt negat id Alga. &, cùm peeperis hoc, poteris ſoluere totum id, quod dixit in hoc capitulo. Si autẽ dixerit ſequitur ſm hoc vt non ſit cõpoſitio, nec neceſſario in eſſe ex ſe, nec neceſſario in eſſe ex alio, dicimus neceſſarium in eſſe ex alio, intellectus comprehendit in eo compoſitionem in cauſato, & cauſa. &, ſi fuerit corpus, neceſſe eſt vt ſit in eo vnitas aliquo modo, & multitudo alio modo, ſ. corpora generabilia, & corruptibilia, ſ. vnitas in actu, & multitudo in potentia. ſi vero fuerit non corpus non cõprehendit intellectus multitudinem nec in potentia, nec in actu, ſed vnitatem oĩbus modis. & ideo determinauerunt Antiqui de hac ſpecie entium, & dixerunt ꝙ ſunt ſimplicia: ſed dicunt de eis ꝙ cauſa in eis eſt magis ſimplex cauſato: & ideo tenent ꝙ primum eſt ſimplicius eis. primũ. g. non intelligitur de eo cauſa, et cauſatum oĩno: id vero, quod eſt poſt primum, intelligit de eo intellectus compoſitionem. & ideo ſecundũ apud eos eſt ſimplicius tertio. et ſic debet intelligi opinio ſapientum. & erit diſpoſitio i cauſa, & cauſato in his entibus, ac ſi eſſet eis multitudo in potentia, quæ apparet in cauſato, ſ. ꝙ conſequuntur ab eo cauſata multa cõtigua in aliquo tempore. Et, cùm itelligitur hoc ex ſermone eorum, et conceditur eis, non contiget eis dubitatio, quã fecit Alga. Cùm vero itelligitur ex ſermone eorum ꝙ ſecundũ itelligit ſeipſum, & itelligit principium ſuum, & in eo ꝙ intelligit ſeipſum, prouenit ab eo vnum, & in eo ꝙ intelligit de principio ſuo, prouenit ex eo aliud, qm̃ eſt habens duas formas, aut duas ſubſtantias, vt intellexit Alga. de eis eſt, ſermo falſus. nam, ſi eſſet hoc, eſſet compoſitum ex pluribus formis. et illa forma eſſet vna

subiecto, & plures definitione, ſicut eſt diſpoſitio ſanima. ſed facta ē fortis hęc opinio eis ex eo, qđ exiſtimāt de emanatione abinuicem. & quaſi intendunt intelligere hoc ibi, aſſimilando hoc agentibus ſenſibilibus. & in rei veritate ſcientiæ Diuinæ, ex eo ꝙ miſtę ſunt his ſermonibus, exiſtimātur eſſe diſciplinæ Legiſtarū. Igitur declaratum eſt tibi ex hoc ſermone ꝙ id, ex quo conatus eſt Alga. facere conſequi multitudinem neceſſario in eſſe, quia conſequitur apud eos poſsibili in eē, nō eſt verum. quoniam, ſi intelligitur de poſsibili, poſsibile verum, erit ibi compoſitio abſq; dubio. &, ſi hoc eſt falſum, vt diximus, & dicemus poſtea, non ſequitur hoc neceſſario in eſſe. ſi vero intelligitur de poſsibili res intellectualis, non ſequitur vt ſit necꝙ aliquod ipſorum compoſitum hoc modo, ſed intelligitur de eo compoſitio ex eo, quod eſt ex cauſa, & cauſato.

ALGAZEL.

ALga. Quæſtio ſecunda eſt vt dicamus intelligere principium ſuum, aut eſt ipſummet eſſe ipſius, et ipſummet ſtelligere ſeipſum, aut aliud: ſi idem, tunc nō eſt multitudo in ſeipſo, niſi dictione ex ſe ipſo. ſi vero aliud, tunc hæc multitudo reperiē quoq; in primo: qm̄ intelligit aliud, & intelligit ſeipſum.

AVEROES.

AIt Auer. Veritas eſt ꝙ id, quod intelligit de pn̄cipio ſuo, eſt ipſummet eſſe ipſius, & ꝙ ſic i natura relationis: et in hoc diminuitur à gradu pri mi: primum vero eſt in natura entis, quod eſt ex ſe. Attamen veritas apud eos eſt ꝙ primum nō intelligit de ſeipſo, niſi ſeipſum, non rem relatiuam, & eſt ꝙ ſit principium. ſed ipſummet apud eos eſt omnes intelligentiæ, & etiam omnia entia nobiliori modo, & perfectiori omnibus, vt poſtea dicemus. quare nō ſequitur ex hoc ſermone aliquod inconuenientium, quę intulit.

ALGAZEL.

ALga. Si autem putauerint ꝙ intelligere ſeipſum eſt ipſummet: & non intelligit ſeipſum id, quod non intelligit, quòd ipſum ſit principium alterius: igitur intellectus adæquatur intellecto, et conuertetur ad ſeipſum.

AVEROES.

AIt Auer. Hoc eſt falſum. nam eſſe principiū eſt quid relatiuū, & non conuenit vt ſit ipſummet. &, licet intellexerit ipſum eſſe principium intellectus, non eſt tamen ei principium eo modo, quo eſt. nam, ſi hoc eſſet, perficietur nobile ab ignobili. intellectum enim eſt perfectio intelligentis apud eos, vt appa ret in ſcientijs intellectus humani.

ALGAZEL.

ALg. Dicimus, cauſatum autem ſtelligere ſeipſum eſt ipſummet. nam ſtelligit ſeipſum, & intelligit animam ſuam, & intellectus, & intelligens, et intellectum eius eſt idem etiam. Deinde, ſi intelligere ſeipſum eſt ipſummet, tunc ſtelligit ꝙ ipſummet eſt cauſatum à cauſa, quæ eſt ſic: & intellectus æquatur intellecto, et conuertitur totum ad ſeipſum: igitur multitudo nō reperitur. ſi autem hoc eſſet, multitudo ergo reperitur in primo, & tūc non prouenīēt ab eo diuerſa.

AVEROES.

AIt Auer. Quod recitauit hic ex Philoſophis circa multitudinem prę̄ter primum principiū, eſt ſermo corruptus, & nō ſequitur ſm radices eorum. nam nō eſt multitudo illis intelligentijs oībus ſm opinionem eorum, & non differunt apud eos ex parte ſimplicitatis, & multitudinis, ſed differūt ex parte cauſæ, & cauſati. & differentia, quæ eſt inter intelligere primum ſeipſum, & alias intelligentias intelligere ſe ipſas ſecundum eos, eſt quoniam intelligentia prima intelligit de ſe aliquid exiſtens ex ſe, non aliquid relatum ad cauſam. aliæ vero intelligentię intelligunt de ſe aliquid relatum ad cauſam earum, & ingreditur in eas multitudo hoc modo. & nō eſt neceſſe vt ſint omnes in eodem gradu ſimplicitatis, cùm non ſint in eodem gradu relationis ad primum principium. & nulla earum reperiē ſimplex, eo modo, quo primū eſt ſimplex. qm̄ primum numeratur in eſſe ex ſe, illæ vero in eſſe relatiuo. Cùm autem dixit poſtea, ſi ſtelligere ſeipſum eſt ipſummet, tunc ſtelligit ſeipſum eſſe cauſatum à cauſa, quæ ſic eſt: & intellectus æquatur intellecto, & totum conuertitur ad ſeipſum: igitur nō eſt multitudo. ſi autem hoc eſſet, multitudo reperiretur in primo. Dicendum ꝙ non ſequitur, ex eo ꝙ intellectus, & intellectum in ſeparatis ſunt idem, vt ſint oēs æquales in ſimplicitate. nam ipſi præſupponunt ꝙ in hac re ſeſe excedunt intelligentiæ adinuicem, quo ad diminutionem. additio vero nō reperitur in rei veritate, niſi in intelligentia prima. Et cauſa in hoc eſt, qm̄ intelligentia prima, ſubſtantia eius eſt exiſtens in ſe, aliæ vero intelligentię intelligunt de ſubſtātijs ſuis ꝙ conſtituuntur ab ea. ſi autem intellectus, intelligens, & intellectum in vno quoq; eaꝝ eſſet ī gradu vnitatis, qui eſt in prima, eſſet ens exiſtens in ſe, cōforme enti ex alto, aut intellectus non æquaretur naturæ rei intellectæ. & hoc totum eſt falſum ſm eos. & hic ſermo totus, & reſponſio topica eſt. Poteſt tū fieri in hoc ſermo demonſtratiuus cū paruitate ſpeculationis hoīs in rebus iſtis, ſi præſupponat, & ſciat prius qd ſit intellectus, & nunq̄ ſciet quid ſit intellectus, donec ſciat quid ſit aīa. & nunq̄ ſciet quid ſit aīa, donec ſciuerit qd ſit aīatum, & non poſſunt haberi iſta primo aſpectu, & ex ſcientijs vltimis, quę non ſunt ꝑprię, nec ꝑportionatę. &, cū aliquis locutus fuerit de his rebus, anteq̄ ſciat naturam intellectus, erit ſermo eius in eis, ſimilis ei, qui ſomniat. & ideo ſecta Aſſaria, cùm recitauerit opiniones Philoſophoꝝ, ducit ad vltimitatem incōuenientię, & prolongationis hominis à ſpeculatione in entibus.

ALGAZEL.

AIt Alga. Et dimittamus rationes vnitatis eius omnimode, ſiquidem vnitas auferetur hac ſpecie multitudinis.

AVEROES.

AIt Auer. Ideſt quòd, cùm ipſi poſuerint primū intelligere ſeipſum, & intelliget de ſe quòd ſit cauſa alterius, debēt ponere quòd nō ſit vnum omnimode. nam adhuc non eſt declaratum quòd neceſſario eſt vnum omnimode. & hoc, quod dixit, eſt opinio aliquorum Peripateticorum, qui exponūt eam eſſe opinionem Ariſto.

ALGAZEL.

ALg. Si autem dixerit primum non intelligere niſi ſeipſum, et intelligere ſe ipſum eſt ipſummet: & intellectus, & intelligens, et intellectum eſt vnum, & non intelligit aliud. Riſio huic eſt multipliciter, et primo ꝙ hāc opinionem ꝑpter falſitatē eius expulerunt Auicēna, & alij verificātes, & exiſtimauerunt ꝙ primū intelligit ſeipſum eſſe principiū ad influendū id, quod influit ab eo. & intelligit entia omnia in ſpeciebus ſuis intellectione vniuerſali, nō autem particulari. nam vituperauerunt ſermonem dicentis ꝙ ex primo principio non prouenit niſi intellectus vnus, & ꝙ non intelligit quod prouenit ab eo. et intellectū eius eſt intellectus, & influitur ab eo intellectus, & anima orbis, & corpus orbis, & ſtelligit ſeipſum, & cauſata eius tria. ſed cauſa eius, & principium eius nō intelligit niſi ſeipſum. igitur cauſatum eſt nobilius cauſa. qm̄ à cauſa nō influitur niſi vnū: ab iſtis vero influūtur tria. & primum non intelligit niſi ſeipſum: hoc vero intelligit ſeipſum, & ſubſtantiam principij, & ſubſtantiam cauſatorum. Qui aūt contentaī vt ſit ſermo eius ꝙ Deus glo.

ſit in

ſit in hoc gradu, ſam poſuit eum viliorē omni ente intelligente ſeipſum. nam id, quod intelligit eum, et intelligit ſeipſum, eſt dignius eo. ipſe enim non intelligit niſi ſeipſum, & prouenit ex eis depreſſio excellentiæ eius, adeo ꝙ auferunt id, quod intelligitur in eo de celſitudine, & conſtituerunt eum tāq̄ mortuum, cui non eſt dominium, in eo ꝙ gubernat mūdum, niſi quòd differt à mortuo, in eo ꝙ conſyderat ſeipſum tantum. Sic meritum reddat Deus glo. deuſantibus à vijs eius, & tortuoſe incedentibus, decipientibus ſe ipſos, & negando dictum ſuum glo. In principio creauit Deus, cogitantibus quidem in Deo prauas cogitationes, & credentibus ꝙ res diuinę aſſimilantur cum occultatione earum virtutibus carnalibus, & errantibus quidem in intellectibus ſuis, & cogitantibus ꝙ ſit eis amplitudo, & non indigentia mandatis Dei. & ſecutum eſt eis propter hoc, ꝙ coacti ſunt concedere conſtitutionem eorum intellectorum reduci ad id, quod ſi recitaretur, inſomnio admirarentur eo.

AVEROES.

AIt Auer. Qui autē vult perſcrutari in his rebus, debet ſcire ꝙ multæ rerum, quæ affirmantur in ſcientijs ſpeculatiuis, Cùm ad eas ingreſſum fuerit primo aſpectu, & cum eo, quod vulgus intelligit de hoc, erūt reſpectu eorum ſtmiles ei, quod percipit ſomniator in ſomnio, vt dixit ipſe. & multæ harum nō ſunt de eis propoſitiones de genere propoſitionū, quæ ſunt intelligibiles apud vulgus, & proferunt eas his rebus. Attamen non eſt modus, vt ſit de eis prolatio ſufficiēs, ſed vt eis mediantibus prouenīat veritas ei, qui procedit in ſcientia earum modo veridico. Verbi gratia ſi dicitur vulgo, & ei, qui eſt altioris gradus, ꝙ Sol, qui videtur oculo quantitate brachij, ſit centum ſeptuaginta vicibus maior, qm̄ eſt terra, incipient hoc negare. & qui hoc conſyderat, erit apud eos vt ſomniator. & erit difficile nobis perſuadere eius hoc cum propoſitionibus, quibus habetur veritas de proximo, et paruo tempore. Attamen non eſt modus perueniendi ad hanc ſcientiam, niſi per viam demōſtrationis ei, qui incedit via demonſtratiua. Et, cùm hoc fuerit ignotum ī quęſitis Geometricis, & demum in rebus Mathematicis, multo magis erit in ſcientijs Diuinis, ſcilicet ſi aliquid expoſitum fuerit vulgo, videbitur falſum, & inconueniens primo aſpectu, & ſimile ſomnio, nam in hac ſpecie ſcientiarum non ſunt propōnes probabiles, qbus poſſit intellectus cōtentari, q eſt ꝑmo aſpectu ignarus, ſicut intellectus vulgi, quia vī ꝙ id, quod apparet intellectui in fine, eſt apud eum inconueniens primò aſpectu. & non euenit hoc ſolum in rebus ſpeculatiuis, ſed etiam in factiuis. Et ideo, ſi imaginati fuerimus aliquā artem non apparere, deinde videatur eſſe, videbitur hoc primo aſpectu inconueniens. & ideo tenent multi ꝙ iſtæ artes ſunt ex comprehendētibus, non humanis: & aliqui attribuunt eas Dęmonibus: aliqui vero Prophetis, adeo ꝙ exiſtimauit Benhazam ꝙ fortiſſima rationum, ꝙ reperiatur Prophetia eſt reperiri has artes. Et, cùm ſic fuerit debet perquirens veritatem, cùm reperiet ſermonem inconuenientem, & non reperiet propoſitiones probabiles ad remouendum illud inconueniens, vt non credat quòd ille ſermo ſit inconuenięs, & perquiret eum vīs, quibus exiſtimat aduerſarius peruenire ad eū, et verſetur in hac doctrina longo tempore, & cum ordine, quem requirit hæc res, quam diſſert. Et, cū hoc reperiatur in alijs ſcientijs, ꝙ Diuinis, multo magis debet hoc reperiri in ſcientijs Diuinis, propter diſtantiam harum ſcientiarum à ſcientijs, quæ ſunt notæ primo aſpectu. Et, cū ſic fuerit, debes ſcire ꝙ non poteſt eſſe in hoc genere prę̄tatio topica, vt eſt in alijs queſtionibus. et ars Topica eſt tuuatiua, & liceta in alijs ſciētijs, & prohibita in hac ſciētia. Et ideo determinauerunt multi ex ſpeculantibus in hac ſcientia, quod hoc totū eſt incumbere ſubſtantiæ, cui non meū bunt intellectus. nam, ſi ſcirent qualitatem eius, erit prima intelligentia, & gnābilis, & corruptibilis eadem. Et, cū ſic fuerit, Deus glo. vindictā facere dignetur de eo, qui loquitur his ſermonibus loquela vulgari, & loquit topice in Deo glo. abſq; ſciētia. Et ideo exiſtimāt ꝙ Philoſophi ſunt in vltimitate debilitatis in his ſcientijs. & propter hoc dixit Alga. ꝙ ſcientia eoꝝ Diuina eſt exiſtimatiua. Attamen oīno nos conabimur declarare ex rebus probabilibus, & propoſitionibus notis, licet non fuerint demōſtratiuę. Et non faceremus hoc, niſi quia iſte vir poſuit hanc ſimilitudinē in hac ſcientia excelſa, & abſtulit hoīes peruenire ad ſummū bonum in rebus excelſis, & Deus vindictam de eo faciat. Et ſufficit mihi loqui de rebus, quę excitauerunt Philoſophos ad credendū iſta de primo principio, & alijs entibus, et de eo, ad quod peruenerunt intellectus humani, & dubitationibus euentibus in hoc, et declarabimus etiam vias, quę mouerunt Loquētes ex Mauris ad id, ad quod peruenerūt de credulitate de primo ꝑncipio, & alijs entibus, & dubitationibus euentibus eis in hoc, & de eo, ad quod peruenit ſciētia eoꝝ. qm̄ hoc movebit diligentē ad hn̄dum veritatē, & prębebit ei ſollicitudinem ſpeculationis ſciētiaꝝ vtriuſq; ſectæ. & hoc totū faciemus, ſm ꝙ cōcurret ad hoc Deus glo. Dicimus ꝙ Philoſophi ſpeculati ſunt de notitia entium cū ſcientijs ſuis, & non adhæſerunt ſermoni cogentis eos ad recipiendum ſermonē ſuum abſq; demonſtratione: immo qñq; contradicunt rebus ſenſibilibus: & inuenerūt res ſenſibiles, quæ ſunt ſub orbe dupliciter, habentes aīam, & non habentes aīam: et inuenerunt in eis id, quod generatur, generari ex re, quam appellāt formā: & eſt id, quod fit ens, poſtq̄ non fuerat: & ex re, quam appellāt materiam: & eſt id, ex quo generatur. nam inuenerunt ꝙ oē, quod generatur, generatur ex aliquo alto, quod appellant materiam. Et inuenerunt etiam id generari à re, quā appellauerunt agens, & propter aliquid, quod appellauerunt finem: et conſtituerunt quatuor cauſas, & inuenerunt rem, qua generatur generatū, ſ. forma gnāti, et res, à qua gnātur, & eſt agens propinquū et vnum, aut ſpecie, aut genere. in ſpecie aūt, vt homo gnāt hoīem, & equus equū: in genere vero, vt gnāri multū ab equa & aſino. Et, qm̄ cauſę nō ꝓcedunt apud eos in infinitū, poſuerunt cauſam agentem primā permanentē. & aliqui eoꝝ dixerūt ꝙ iſta cauſa ſint corpora cœleſtia: & aliqui poſuerunt eſſe principium abſtractum cū corporibus cœleſtibus: & aliqui poſuerūt hanc eſſe primū principium: & aliqui poſuerūt eſſe ſub eo, & contēti ſunt generari corpora ſimplicia ex cœlo, & principijs corporum cœleſtium: quoniam neceſſe eſt apud eos etiam vt ponant eis cauſam agentem. In eo autem, quod eſt ſub corporibus cœleſtibus, ex rebus generabilibus abinuicem animatis, neceſſe eſt vt ponant propter animam aliud principium, & eſt tribuens animam, & influens formam, & ſcientiam, quæ videtur ſentibus: & eſt id, quod appellat Galenus virtutem informatiuam. Et aliqui horum poſuerunt hanc virtutem principium abſtractum, & aliqui poſuerunt eam intellectum, et aliqui animam, & aliqui corpus cœleſte, & aliqui primum, & appellauit Galenus hanc virtutem creatorem, & fuit ei dubium vtrū ſit Deus, aut aliud. Et hoc totum eſt in animalibus, & plantis, habētibus ſemina, ſed in alijs ex plantis, & animalibus, non proijcientibus ſemina, manifeſtum eſt eis indigere hoc principio multo magis. & hoc eſt id, ad quod peruenit ſpeculatio eorum de entibus, quæ ſunt ſub cœlo. Et ſpeculati ſunt etiam de cœlis, poſtq̄ conuenerunt in

Quomō Philoſophi ſpeculati ſūt res ipſas, & earum habuerunt cognitionem. Vide infra diſpu. 6.

hoc, ꝙ sint cœli principia corporum sensibilium, & determinauerunt ꝙ corpora cœlestia sunt principia corporum sensibilium mutabilium, quæ sunt hic, & principia specierum, aut solum, aut cum pricipio separato. Et, quia speculati sunt de corporibus cœlestibus, patuit eis ꝙ non sunt generabilia eo modo, quo ista sunt generabilia, et corruptibilia, ſ. id, quod est sub corporibus cœlestibus. qm̃ gn̄atum, in eo ꝙ est gn̄atum, appa ret de eo ꝙ est pars huius mundi sensibilis, & nō perfic generatio eius, nisi ex eo ꝙ est pars: gn̄atum. n. ex eis generatur ab aliquo, & cum aliquo, & in aliquo, & loco, & tpe. Et inuenerunt corpus cœleste esse cōditionem requisitam in generatione eorum, qm̃ sunt causæ agentes remotæ. si n. essent corpora cœlestia generata hac generatione, essent hic corpora præcedentia, quæ essent conditio requisita in generatione eor̄, adeo ꝙ essent pars alterius mundi, & essent hic corpora cœlestia, vt sunt hæc corpora. Si autem illa corpora essent etiã gn̄ata, necesse est vt sint ante ea corpora cœlestia alia, & procedet in infinitũ. Et, cũ totum hoc habitũ fuerit apud eos hoc modo speculationis, & multis alijs modis, patuit eis ꝙ corpora cœlestia non gn̄antur, nec corrumpuntur eo modo, quo generantur, & corrumpuntur ista inferiora. nam generatum non habet definitionem, nec declarationẽ, nec intellectum aliud, q̃ hoc. & apparuit eis ꝙ ista etiam: licet corpora cœlestia habeant principia, q̃bus mouentur, & ex eis. Et, qm̃ speculati sunt de principijs horum, apparuit eis ꝙ necesse est vt principia eorum, mouentia ea, sint entia non corporea, nec potentię in corpore. Quòd autem principia eor̄ non sint corpora, apparet, qm̃ sunt principia ꝑma corporum continentia mundũ. Quòd vero nõ sint potentię in corporibus, ita quòd corpora sint conditio requisita in esse eor̄, sicut est in principijs cõpositis, quæ sunt hic in animalibus, paret, qm̃ omnis potentia in corpore apud eos est finita: diuiditur. n. ad diuisionem corporis: et oẽ corpus, quod est huiusmodi, est generabile, & corruptibile, ſ. compositum ex materia & forma: & materia quidem est conditio requisita in esse formæ. Vlterius, si essent principia eorum, vt sunt hæc principia, essent corpora cœlestia, vt ista, & indigerẽt corporibus alijs præcedẽtibus. Et, qm̃ habitum fuit apud eos esse principia huiusmodi, ſ. non corpora, nec esse potentias in corpore: & iam habitum est eis de intellectu humano formam habere duplex esse, esse quidem intellectuale, cũ spoliatur à materia, & esse sensibile, cũ fuerit in materia, ver. gr̃a lapis habet formam materialem, & est in materia extra animam, & formam, q̃ę est comprehensio, & intellectus, & est abstracta à materia in anima: sequitur necessario apud eos vt sint hæc entia abstracta simpliciter intellectus absoluti. qm̃, cùm fuerit intellectus, in eo ꝙ est abstractus ab alio, tunc ille profecto, qui est abstractus simpliciter, multo magis debet esse intellectus. & sic sequitur apud eos vt id, quod intelligunt hæ intelligentiæ, sint formæ horũ entium, & ordo repertus in hoc mundo, sicut est in intellectu humano. nam intellectus nihil aliud est, nisi comprehendere formas entium, in eo ꝙ sunt abſq; materia. Et verificatum est apud eos ex hoc, quòd entia habent duas entitates, entitas quidem sensibilis, & entitas intellectualis: & proportio entitatis sensibilis ad intellectualem est sicut ꝓportio factor̄ cũ scientijs factẽtis. Et crediderunt propter hoc, ꝙ corpora cœlestia intelligunt hæc principia, & eorum gubernatio, in eo quòd est hic ex entibus, est ex eo quòd sunt habẽtia animam. Et, quoniam comparauerunt inter has intelligentias separatas, & intellectum humanum, tenuerunt quòd istæ intelligentiæ sunt excelsiores intellectu humano: licet communicent cum intellectu humano, cùm intellecta earum sint formæ entium: & forma vniuersitatis q̃ garum est id, quod comprehendunt ex formis entium, & ordine eorum. vt intellectus humanus est id, quod comprehendit ex formis entium, & ordine eorum. sed differunt, quoniam formæ entium sunt causa intellectus humani: perficitur enim ab eis, sicut perficitur res, quæ reperitur cum forma sua. sed iste, intellecta earum sunt causa formarum entium. nam ordo, & proportio in entibus est aliquid sequens, & prouenies ab ordine, qui est in ijs intelligentijs separatis. ordo vero, qui est in intellectu nostro, sequitur ad id, quod comprehendimus ex ordine entium, & proportione eorũ. & ideo est diminutus nimis: quoniam non comprehendimus multum de ordine, & proportione entium in intellectu nostro. Et, cùm sic fuerit, formę quidem entium sensibilium habent gradus in esse. & vltius est esse earum in materijs: deinde esse earum in intellectu humano est dignius, q̃ esse earum in materijs: deinde eẽ earum in intelligentijs separatis est nobilius, q̃ esse earum in intellectu humano. Iterum habent in intelligentijs illis gradus excedentes se adinuicem in esse, sicut est excessus intelligentiarum illarum adinuicem inter se. Et, cùm speculati fuerint etiam de corpore cœlesti, tenuerunt ꝙ sit in rei veritate vnum corpus simile vni animali, habens quidem vnum motum vniuersalem, similem motui animalis vniuersali, & est moueri localiter totũ corpus eius, & hic motus est motus diurnus: & tenuerunt ꝙ alia corpora cœlestia, et motus eor̄ particulares sunt similes mẽbris vnius animalis particularibus, & motibus eorum particularibus: & crediderunt propter copulationem hor̄ corpor̄ adinuicem, & conuersionem eorum ad vnũ corpus, et vnum finem, cõuenire, et adiuuari in vna operatione: & est vniuersus mũdus, quia omnia deuentunt ad vnum principium: sicut est in artibus multis, quæ intendunt ad vnum effectum, ꝙ reducuntur ad vnam artem principalem. Et crediderũt propter hoc quòd ista principia separata tendunt ad vnum principium separatum, quod est causa omnium: & forma huius principij est ordo, & proportio, quæ est in omnibus entibus. & hic ordo, & proportio est causa aliorum ordinum, & proportionum eius, quod est sub eo. & intelligentię superant se adinuicem secundum esse earum cum eo, in propinquitate, & remotione. & prima intelligentia apud eos nõ intelligit, nisi seipsam: & intelligens seipsam intelligit omnia entia excelsiori esse, & nobiliori ordine, & proportione: & illa, quæ est sub ea, substantia eius est secundum quòd intelligit de formis, & ordine, & proportione, quæ sunt in intelligentia prima: & excessus earum adinuicem est secundum excessum earum in hac re. Et sequitur ex hoc apud eos vt vilior non intelligat de nobiliori id, quod intelligit nobilior de seipso: nec nobilior intelligit id, quod intelligit vilior de seipso, scilicet vt sit id, quod intelligit quælibet earum de entibus in eodem gradu. nam, si hoc esset, essent idem, & non distinctæ. Et hoc modo dixerunt quòd prima intelligentia non intelligit nisi seipsam, & quæ est post eam, intelligit primam, & non intelligit eam, quæ est sub ea, quoniam est causatum. si autem intelligeret eam, fieret causatum causa. & crediderunt quòd illud, quod intelligit prima de seipsa, est causa omnium entium. & eius, quod intelligit vnaquæq; intelligentiarum, quæ sunt sub ea, aliqua est, quæ est causa entium propriorum huic intelligentiæ, ſ. in creatione eorum, & aliqua est, quæ est causa sumptius, & est intellectus humanus secundum se totum. Secundum hoc debet intelligi opinio Philosophorum in his rebus, & his, quæ induxerunt eos ad hanc credulitatem in mundo. Et, cùm bene consyderentur, non sunt minus sufficientes, & quietantes

Intellectus intelligentiarũ sunt cæ entiũ: entia vero intellectus nostri, cũ ab eis ꝓficiat.

Corpus cœleste est simile vni animali. Vide ſ. 2. Cœ. 41. 71. & 74. & supra disp. 1. et infra etiã.

De intellectione Dei, & intelligentiarum.

& quietantes animum, q̃ res, quę mouerunt Loquentes huius gentis, ſ. primo Mahatazelam, & secũdo Assariam, ad credendum de primo principio rũ, quod crediderunt, ſ. ipsi crediderũt ꝙ hoc sit substantia, nõ corporea, nec in corpore, viuens, sciens, volens, potẽs, loquens, audiens, & videns, nisi ꝙ secta Assaria fuit causa sectæ Mahatazelę, & ꝙ hæc substãtia est agens omnium entium ímediate, & sciens ea scientia infinita: entia, n. sunt infinita: & remouerunt causas, quæ sunt hic. & hæc substantia, viuens, sciens, volens, audiens, videns, potens, & loquens reperitur cum omnibus, & in omnibus, ſ. copulata cum eis copulatione in esse. Et hæc positio existimaſ dẽa ꝙ euenunt ei multę obiectiones. nam hoc tale ex entibus est de necessitate de genere animę. anima enim non est corpus, et tamen est substantia, viuens, sciens, potens, volens, audiens, videns, & loquens. Igitur isti posuerunt principium entium animam vniuersalem separatam à materia, ex eo ꝙ non sentiunt eam. Postea autem narrabo quæstiones, quæ sequuntur hanc positionem. Et quod manifestum est de eis, vt est sermo de attributis, est vt sit hic substantia composita ætterna, & erit hic compositio æterna. & est aliter, q̃ ponit secta Assaria, quòd omnis compositio est innouata: quoniam est accidẽs, et omne accidens ſm eos est innouatum. & posuerunt cum hoc omnia entia esse operationes possibiles, & non tenent ꝙ sit in eis ordo, nec proportio, nec sapientia, quæ ordinat naturam illam entium, sed crediderunt ꝙ omne ens est possibile vt sit, aliter q̃ est, et hoc sequitur eis in intellectu de necessitate. Et ipsi etiam tenent in rebus artificialibus, quibus assimilantur naturalia, quòd sit ordo, & proportio, quæ appellatur sapientia: & appellant artificem sapientem. Et in eo, quod dicunt, et eo contenti sunt, in eo ꝙ sit in toto vniuerso tale principium, est ꝙ assimilant operatiões naturales operationibus voluntarijs. & dixerunt omnis operatio, in eo ꝙ est operatio, prouenit ex agente, volente, eligente, viuente, & sciente: & natura huius operationis, in eo ꝙ est operatio, hoc determinat. et dixerũt in hoc id, quod non est viuens, est inanimatum, & mortuum: & mortuum non prouenit ex eo operatio: ergo id, quod non est viuens, non prouenit ex eo operatio. et negauerunt operationes prouenientes ex rebus naturalibus, & negauerunt cum hoc vt sint operationes in rebus viuis, quæ apparent. & dixerunt ꝙ istæ operationes prouenunt coniunctim in viuente in apparentia: agens vero eor̄ est viuens, quod non apparet. & sequitur eis vt non sit vita rebus, quæ apparent, qm̃ vita cõuenit rei apparenti propter operationes suas. Vlterius vellem scire vnde prouenit eis hoc iudiciũ in re occulta? Via aũt, qua processerunt ad constituendum hunc efficientem, est qm̃ posuerunt innouatum habere innouãtem. & in hoc non proceditur in infinitum: vnde de necessitate peruenit ad innouans antiquum. & hoc est verũ, sed non declaratur ex hoc ꝙ hoc æternum non sit corpus: quare oportet vt copuletur huic ꝙ non oẽ corpus est antiquum, cui accidunt multæ dubitationes. & non sufficit in hoc eos declarare mundum habere innouãs. nam potest dici ꝙ innouans eum sit corpus antiquum, in quo non est aliquod accidentium, quibus probauerunt cœlos esse innouatos, non ex reuolutionibus, nec ex alio. nam ponunt compositum antiquum. Et, quia posuerunt corpus cœleste generatum, posuerũt id alio modo, q̃i intelligitur de generatione in re apparenti: & est vt sit ex re, & tempore, & loco, & aliquo modo, & conditione, non autem vlt: qm̃ in rebus apparentibus non est corpus generatũ ex non corpore, nec ponũt ꝙ agens eius sit sicut agens apparens: agens. n. apparens, actio eius est vt mutet ens ex dispositiõe ad dispõem, non ꝙ mutet priuationẽ ad esse, sed facit id quiescere, & ens ad formam, & denoiationem aialem, qua permutatur hęc res ex vno ente ad aliud ens, differtum ab eo, in substantia, definitione, nomine, et verbo. Et ideo tenebant Antiqui ꝙ ens simpliciter non generatur, nec corrumpitur. vnde, cũ conceditur eis cœlos innouatos esse, non possunt declarare eos esse primũ innouatos: & tñ apparet ex eo, quod scriptum est in libro excelso, cum dixit In principio creauit cœlum, & terram, &c. & cùm dixit Deus in cœlo præparauit sedem suam, & cùm dixit, Et extendit eos vt tabernaculum. Agẽs autem apud eos efficit materiam generati, & formã eius, si crediderint habere materiam, aut efficit id ſm totũ, si crediderint esse simplex, vt crediderunt de substãtia indiuisibili. Si autem hoc sic se habet, tunc hæc ſpẽs agentis mutat priuationem ad esse apud generationẽ, scilicet generationem substantiæ indiuisibilis, quæ est apud eos fundamentum corpor̄, & mutat esse ad priuationem apud corruptionem, ſ. apud corruptionem partis indiuisibilis. & manifestum est non conuerti cõtrarium ad contrarium. nam non conuertitur ipsa priuatio ad eẽ, nec ipsum calidum ad frigidum, sed priuatum est id, quod fit ens, & calidum frigidum, & frigidum calidum. & ideo dixit secta Mahatazela ꝙ priuatio sit substantia: sed posuerunt hanc substantiã denudatam denoiatione ipsius esse, anteq̃ fuerat mundus. Sermones autem, ex quibus existimauerunt sequi non generari aliquid ex aliquo, sunt sermones non veri. & magis sufficiens ex illis est, cùm dixerunt si aliquid esset ex aliquo, procederet in infinitum. Et retponſio huic est hoc esse impossibile, cùm esset secundum rectitudinem, quoniam sequeretur infinitum in actu: sed non est impossibile circulariter vt ex aere erit ignis, & ex igne aer in infinitum, & subiectum æternum. nam subsistentaculum eorum in innouatione vniuersi est quid, quod non euadit ab innouationibus est innouatum & vniuersum est subiectum innouationum, et non absoluitur ab innouationibus: ergo est innouatum. et magis quod sequitur eis de falsitate, cõcedendo hanc rationẽ, cùm conceditur eis hæc propositio, est ꝙ ipsi non prætendent iudicium ꝙ id, quod non euadit ab innouationibus apparenter, sit innouatum in eo ꝙ est innouatum ex aliquo, non ex nihilo, & tamen ipsi ponunt vniuersum esse generatum ex nihilo. Vlterius hoc subiectum apud Philosophos, & est id, quod appellant materiam primam, non euadit à corporeitate, & corporeitas sim pliciter apud eos non est innouata. Propositio aũt dicens ꝙ id, quod non euadit ab innouationibus, est innouatum, non est vera nisi in eo, quod non euadit de eodẽ innouato. id aũt, quod nõ euadit ab inouationibus, quæ sunt eodẽ genere, quibus non est principiũ, quo vnde sequit vt sit subiectũ eor̄ innouatum. & ideo, quia pertenserunt hoc Loquẽtes tectæ Assariæ, copulauerunt hanc propositionem altam, & est impossibile esse reperiri innouationes infinitas, ſ. nõ habentes principium, nec finem: quod sequitur apud Philosophos. Et hoc, & similia sunt inconuenientia sequentia positionem eorum: & sunt plura inconuenientibus sequentibus Philosophis, et positionem eorum, ꝙ idem agens, quod est primum principium, sit agens eius, quod est in mũdo immediate. nam hæc positio contradicit ei, quod videtur ad sensum de actione rerum adinuicẽ. Et fortius, quod dixerunt in hac re, est ꝙ agẽs, si esset passum, procederet in infinitum. Attamen hoc sequeretur, si agens esset agens, ex eo ꝙ est passum, & motor motor, ex eo ꝙ est motum. & non est sic: quoniam agens est agens, in eo ꝙ est in actu: quod enim non est, nihil agit. quod vero sequitur ex hoc, est vt finitantur agentia passa ad agens, quod non est passum omnino, non autem vt

Corporeitas æterna ꝑ mutationẽ innouata.

auferantur agentia passa, vt existimauerunt homines. Præterea magis sequitur ex conclusionibus eorum falsitas, q̃ sequitur ex propositionibus, à quibus venerũt ad cõclusiones. qm̃, si esset principium entium, habens vitam, scientiam, posse, & voluntatem, & essent hæc attributa addita substantiæ, & substantia illa non corporea, tunc nulla esset differentia inter animam, & hoc ens, nisi q̃ anima est in corpore, & hoc ens est anima, quæ non est in corpore. & quod est huiusmodi, est necessario compositum ex substantia, & attributis. & oẽ compositum indiget necessario componente. nam impossibile est vt sit aliquid compositum ex se, sicut impossibile est vt sit generatum ex se. generatio. n. quæ est in actu generantis, nihil aliud est, nisi compositio generati, & generans nihil aliud est, nisi cõponens. Demum, sicut omne passum habet agens, sic omne compositum habet componentem efficientem. compositio enim est conditio in esse compositi, & impossibile est vt sit res causa sui ipsius. & ideo Mahatizelg, cũ ponebãt hæc attributa in primo principio reduci in substantiam, non addita ei, eo modo, quo inueniuntur multa attributorũ substãtialium multis entibus vt esse, & vnũ, & æternum, & alia, sunt victoriores veritati, q̃ secta Asaria, & opinio Philosophorum in principio est victa opinione Mahatizelg. Ecce q̃ narrauimus res adductas ab istis sectis ad credulitates istas de primo principio. De inconuenientibus autem, quæ sequuntur ambabus sectis, illa, quæ sequuntur Philosophis, tam adduxit ea Alg. & tam præcessit responsio nostra quibusdam eorum. & vlterius postea afferemus eã, quæ vero sequuntur loquentibus, tam innumus hic in hoc sermone. Et reuertamur ad cognoscendum gradum cuiusq; sermonis sermonum positorum ab hoc viro in hoc libro de prætatione, & sufficientia, ac mẽsura veritatis, vt promtissimus. coacti autem fuimus narrare sermones probabiles, qui induxerũt Philosophos ad has credulitates de principijs vniuersis: cum ex eis possit responderi aduersarijs in eis, quæ sequuntur eis ex inconuenientibus, & narrauimus inconuenientia, quæ sequuntur Loquẽtibus etiam: qm̃ tutum est vt habeatur notitia rationum eorum in hoc, & vt extrahantur ex eis rationes eorum, cũ quibus rationantur: & tutum est etiam, vt dicit sapiens, vt vir afferat rationes aduersarto, sicut affert sibi ipsi, s. vt mutuetur in perquirẽdo rationes opinionis eius, & concedat ex eis id, quod concedit sibi ipsi. Et dicimus q̃ id, quod Loquentes existimauerunt q̃ primum principiũ, si non intelligit nisi se, ipse ignorat totũ, quod creauit, hoc profecto sequi, si id, quod intelligit de se, esset aliquid præter entia sim plicitter. id vero, quod ponunt, est q̃ id, quod intelligit primum de seipso, est esse entia nobiliori esse & est intellectus, qui est causa entium, non q̃ intelligit entia, in eo q̃ sunt causa intellectionis eius, sicut est in intellectu nostro. & dictum eorum, q̃ ipsum non intelligit aliud ab eo ex entibus, i. q̃ ipsum non intelligit ea eo modo, quo nos intelligimus, sed modo, quo nullum intelligẽs ea intelligit præter Deum glo. nam, si intellectio eorum esset modo, quo ipse intelligit, esset cõis eis scientia. absit. & hoc est attributũ proprium Deo glo. et ideo determinauit aliquis Loquẽtium q̃ est Dei glo. attributum sibi proprium, præter ieptẽ attributa, quæ et constituerunt. Quare non concedimus scientiã eius denominari q̃ sit vniuersalis, nec q̃ sit particularis. vniuersale. n. & particulare sunt caudata ab entibus: & ambæ scientiæ sunt generabiles, & corruptibiles. Et nos declarabimus hoc magis, cum loquemur an scit particularia, vel ne: vt est mos eorum in positione huius disputationis: & declarabimus q̃ sit quæstio vana in Deo glo. Hæc autem quæstio includitur inter duas partes necessarias, quarum vna est, q̃ Deus, si intelligit entia, tra q̃ sunt causa scientiæ eius, tunc sequeretur q̃ intellectus eius esset generabilis & corruptibilis, et perficeretur nobile per ignobile. &, si esset substantia eius præter intellecta rerum, et ordinem earum, esset hic alius intellectus, qui non est comprehensio formarũ entium, prout sunt, ordine, & proportione. &, cũ ambo ista sint inconuenientia, sequitur vt id, quod intelligit seipsum, scit entia nobiliori esse, q̃ sit esse, in quo entia reperiunt. Et quod testatur, q̃ idem ens reperitur et gradus in esse, est id, quod reperitur de anima. nam color exẽpli gratia, reperiuntur et gradus in esse, quorum alter est nobilior altero, qm̃ vilissimus graduum eius est esse in materia, & habet esse nobilius isto, & est esse eius in oculo. nam hoc esse est esse coloris, cõprehendens seipsum: et quod habet in materia est esse inanimatum non comprehendens seipsum. et iam declaratum est etiam in scientia de Anima q̃ color habet etiam esse in potẽtia imaginatiua, & est nobilius, q̃ esse eius in virtute visiua. & sic declaratum est q̃ est et in virtute memoratiua esse nobilius, q̃ esse eius in virtute imaginatiua, & habet in intellectu eẽ nobilissimum omnium horum esse. & sic dicimus q̃ in substantia scientiæ primę est esse nobilissimum oĩum esse eorũ, & est esse, quod impossibile est vt sit aliud esse nobilius eo. Id autem, quod narrauit ex Philosophis de ordine influxus principiorũ separatorũ ab eo, & numero eius, quod influitur ex quolibet principio illorum principiorũ, est res, cuius non erit demonstratio de aduentu eius, & terminatione eius. & ideo non reperit definitio, quã narrauit in libris Antiquorũ. Quòd aũt oĩa principia separata, & nõ separata influãtur à primo principio, & ppter influxũ huius potentiæ vnius erit totũ vniuersum vnũ, & ex eo copulant oẽs partes eius, adeo q̃ totũ intelligit vnã operationẽ, sicut est dispositio in corpe vnius aĩalis, quod est diuersarũ potentiarũ, membrorũ, & opationum, qm̃ fuit apud sapiẽtes vnũ ens propter potentiã vnã influxam ei à primo, est res, ad quam cõueniunt oẽs. qm̃ cœli apud eos vir sunt vt vnũ aĩal: & motus diurnus, quẽ hñt oẽs, est sicut motus localis vl̃is totius aĩalis: & motus, quos habent partes cœli, sunt sicut motus particulares membrorũ aĩalis. & iam constituta fuit apud eos demõstratio q̃ aĩal est vna potentia, qua vnum est, & qua oẽs potentiæ, quæ sunt in eo, intendunt vnam opationem, & est conseruatio aĩalis. & hæc potentia copulata est potentiæ influxæ à primo principio. &, nisi esset hoc, separarentur partes eius, et ipsum non permaneret ictu oculi. Si autem est necessario aĩal vni vna potentia spiritualis, transiens per omnes partes eius, qua est pluralitas, tunc id, quod reperitur in eo ex potentijs, & corporibus, erit vnum, adeo q̃ dicitur de corporibus repertis in eo q̃ sint corpus vnum, & dicitur de potẽtijs repertis in eo q̃ sint potentia vna, et erit proportio partium entium ad totum vniuersum proportio partium vnius aĩalis ad vnum aĩal: ergo de necessitate erit vt sit dispositio eorum in partibus vitalibus, et potẽtijs motiuis aĩalibus, & intellectualibus hæc dispositio, s. q̃ est in eis vna potentia vitalis, qua copulantur adinuicem oẽs potentiæ spirituales, & corporales, & transit in oẽs vno transitu. &, nisi esset hoc, nõ esset hic ordo, & proportio. & fm hoc verificatur sermo, q̃ Deus creat oĩa, & manutenet, & conseruat, vt dixit, Verbo Dei facti sunt cœli. Et non est necesse ex transitu huius potentiæ in res multas, vt sit illi potentiæ pluralitas, vt existimauit, qui dixit q̃ ex primo principio vno ifluitur primo vnum, deinde influuntur ab hoc vno plura. quoniam existimatur quòd sequatur hoc, si assimilaretur agens absq; materia agenti, quod est in materia, vnde, si dicẽ nomen

Idem supra.

Quo pacto Deus intelligendo seipsum intelligat.

tionẽ agẽtis de eo, quod est absq; materia, & eo, quod est cum materia, est æquiuoce. & hoc quidem declarabit tibi posibilitatem emanatiõis pluralitatis ab vno. Præterea, quoniam esse aliorum principiorum separatorum est in eo q̃ imaginantur de eo, & non est quod prohibeat quin ipsum sit idem, in quo imaginanẽ multa imaginationibus diuersis, sicut non est impossibile in pluralitate vt imaginetur de ea vna imaginatione: et iam reperimus q̃ corpora cœlestia omnia in motu eorum diurno imaginantur ipsa, & orbis stellarum fixarum eadem imaginatione: nam mouẽtur vniuersaliter hoc motu ab vno motore, et est motor orbis stellarum fixarum: & reperimus eis etiam motus proprios diuersos, & necesse est vt sint motus eorum ex motoribus diuersis aliquo modo, & eisdem aliquo modo, et est ex copulatione motuum eius motui primi orbis. quontã, sicut si aliquis imaginatus fuerit q̃ auferatur mẽbrum vnum commune membris animalis, aut potẽtia cõis, auferuntur omnia membra huius animalis, & omnes potẽtiæ eius, sic est dispositio in orbe, & partibus eius, & potentijs eius motiuis, de hinc potentijs mundi, & partibus eius cum primo principio, & admiscem. Et mũdus maxime similis est apud eos ciuitati vni. nam, quemadmodũ ciuitas consistit in vno Principe, & multis Vicarijs sub illo primo Pricipe deputatis, sic est dispositio apud eos in mundo. nam, quemadmodum alij Vicarij, qui sunt in ciuitate, copulantur primo Principi, eo q̃ Princeps primus est is, q̃ tribuit vnicuiq; eorũ dominia illa fm finem, propter quem fuerant illa dñra, & fm ordinem operationum producentium ad illos fines, sic est dispositio in Principe primo, q̃ est in mundo cum alijs Vicarijs. & declaratũ est apud eos q̃ qui tribuit finem entibus separatis à materia, est is, qui tribuit esse. qm̃ forma, & finis sunt idem in hac specie entium: & qui tribuit finem his entibus, est is, qui tribuit formam: & qui tribuit formam est agens: ergo qui tribuit finem his entibus est agens. & ideo videtur q̃ primum principium sit principium omnũ istorum principiorum, in eo q̃ est agens, forma, & finis. De dispositione autem eius cum entibus sensibilibus: quoniam ipsum est, quod dat eis vnitatem: & vnitas, quę est eis, est causa esse pluralitatis, quam copulat illa vnitas, erit profecto principium horum omnium, in eo q̃ est agẽs, forma, & finis. & omnia entia perquirunt finem suum cum motu, & est motus, quo perquirunt finem suum, ad quem creata sunt. & hoc est omnibus entibus naturaliter, hominꝫ vero voluntarie. & ideo præcipitur et præter alia entia, & est credens præ cęteris. Contingit aũt sapiẽtibus dicere q̃ ista dominia, quæ sunt in mundo, licet oĩa prouenĩat ab vno primo principio, aliqua quidem eorum prouenĩunt ab eo immediate, & aliqua mediate cum progressu, & ascensu à mundo inferiori ad mundum superiorem, qm̃ repererunt partes orbis aliquas propter motus aliquas: & hoc attribuunt primo, vsq; quo deueniant ad primum simpliciter. & inuisitur eis, & declaratur vnus ordo, & operatio, qua cõicant omnia entia vna cõicatione. & puenire ad graduationem, quam comprehendit speculans in entibus apud ascensum ad scientiam primi est difficile: & quod comprehendunt scientiæ humanę de eo est vl̃r. Sed id, quod induxit homines ad credendum q̃ sint ordinata, & graduata à primo principio, fm graduationem orbium eorum in loco, est qm̃ viderũt q̃ orbis superior, in eo q̃ apparet de eo, est excelsior eis, qui sunt sub eo, & alij orbes sequuntur eum in motu eius: & credidерunt propter hoc id, quod recitatum fuit de eis in graduatione fm locum. Et posset dicere aliquis, forte graduatio, quæ est i illis, est propter operationem, nõ propter ordinem in loco. qm̃, cùm manifestum est q̃ operationes planetarum, & motus eorum, sunt propter motum Solis, forte motores eorum intendunt, & inuitantur in motione sua motui Solis, & Sol prouenit à primo. Quare non inueniuntur in hoc quæsito propositiones veræ, nisi ex parte dignioris, & nobilioris. Et his habitis reuertamur ad id, in quo fueramus.

ALGAZEL.

Alt Alg. Responsio Secunda est, q̃ qui tenet primum non intelligere, nisi seipsum, inducitur ad hoc ex timore pluralitatis. nam, si dicitur q̃ intelligit aliud, necesse est vt sit in intellectu eius pluralitas, & alietas, cùm intelligat seipsum, & aliud. Et hoc profecto necesse est esse in causato primo. vnde oportet vt nõ intelligat, nisi seipsum, nã, si intelligeret aliud, id esset aliud à se ipso, & indigeret causa, quæ est alia à causa sui ipsius: & non reperitur causa, nisi causa sui ipsius: quare est primum principium: ergo oportet vt nõ sciat, nisi seipsum: & auferetur pluralitas, quæ facta est hoc modo. Si autem dicet, ex eo q̃ intelligit seipsum, oportet vt intelligat q̃ sit principium, dicemus, si sequitur hoc ei, aut erit ex causa? aut sine causa? Si ex causa, tunc non datur causa, nisi primum principium, & est vnum, & non potest imaginari q̃ prouenĩat ab eo, nisi vnum, & iam prouenit, & est substantia causati, igitur secundũ quomodo prouenĩet ab eo? Si vero sine causa, sequerentur ad esse primi entia multa absq; causa, & sequeretur ex eis pluralitas. Si autem hoc nõ intelligit, ex eo q̃ necessarium in esse, non erit nisi vnum, & additum vni est posibile, & posibile indiget causa, tunc hoc sequitur in causato, si fuerit necessarium in esse. ex se igitur est incõueniens dictum eius, q̃ necessarium in eẽ est vnũ. Si vero fuerit posibile, impossibile est esse sine causa: & non est ei causa: igit non intelligit esse suũ. et non est de necessitate causati primi vt sit posibile in esse. nam posibilitas esse est necessaria omni causato. causatum autem scire causam non est necessariũ in esse sui, sicut causam scire causatum non est necium in esse sui. sed fieri scientiam in causato est magis manifestum, q̃ fieri scientiam in causa. igitur declaratum est q̃ pluralitas, prouentens in scientia eius de principio, est falsa, nam non habet principium, & non est de necessitate esse causati. & hoc etiam non potest euadi ab eo.

AVEROES.

Alt Auer. Hæc est ratio eius, q̃ affirmat primum intelligere id, cuius est causa. qm̃ dicitur, si non intelligit ex se q̃ sit principium, intelligere quidem seipsum est intellectio diminuta. Quæstio autem Alga. in hoc est. qm̃, si intelligit id, cuius est causa, non euadit, aut erit ex causa, aut sine causa. si aũt ex causa, igitur primũ habet causam, sed primi non est causa. si vero fuerit sine causa, necesse est vt prouenĩat ab eo pluralitas, & q̃ sciat eam. si aũt prouenerint ex eo plura, non esset necessarium in esse. qm̃ necessarium in esse non erit, nisi vnum: & quod prouenĩunt ab eo plures vno, est posibile in esse: & posibile in esse indiget causa: ergo falsum est dictum eorum, q̃ primũ est necessariũ in esse, et scit causatũ suum. Et dixit causatum aũt scire causam non est de necessitate esse sui: & multo magis q̃ non erit de necessitate causam scire causatũ. Dicimus, hoc dictum est sophisticum. nam, cùm posuerimus causam intellectum, qui intelligit causatum suum, non est de necessitate ex hoc, q̃ sit ex causa addita substantiæ eius, sed ex seipso. nam sequi causatum ab eo est, quasi sequens substantiam eius. si aũt sequi causatũ ab eo non ex causa, sed ex seipso, igitur non sequitur vt prouenĩat ab eo pluralitas. nam hoc fm radicẽ eorum reducitur ad substantiam eius. &, si substantia eius est vna, proueniet ab ea vnum: si autem plures, plures. Id autẽ, quod ponitur in hoc sermone, q̃ oẽ causatũ est

possibile in esse, hoc est verum in causato composito. & impossibile est esse aliquid cõpositum, & æternum: & omne possibile in esse apud Philosophos est innouatum. & hoc est id, quod declarauit Aristo. in multis locis librorum suorum: & declarabitur magis hoc à nobis, cùm loquemur de necessario i esse. Id autem, quod Auicenna appellat possibile in esse, ipsum quidem, & possibile in esse dicuntur æquiuoce. Quare id indigere efficiente non est manifestum eo modo, quo est manifestum eo possibile indigere.

ALGAZEL.

AIt Alga. Quæstio Tertia. Intelligere autem causatum primũ seipsum, aut est ipsummet, aut diuersum, si autem diuersum, sic etiam erit in primo principio, & proueniet ab eo pluralitas. si vero nõ fuerit diuersum, ergo in eo non est quaternitas, nec trinitas secundum existimationem eorum, scilicet ꝙ intelligit seipsum, & intelligit principiũ suum, & est possibile i esse. & potest addi, quòd sit necessarium in esse, propter aliud: & ita apparet quinquetas. & in hoc patet ampliatio eorum in errore.

AVEROES.

AIt Auer. Sermo hic de intelligentijs est duobus modis, quorũ Vnus est in eo, quod intelligit, & in eo, quod nõ intelligit. et est disputatio, de qua disceptauerunt Antiqui. Sermo autem in eo, quod prouenit ex eis, solum Auic. de eo locutus est, sermone, quẽ hic recitauit pro Philosophis, & se extendit ad dubitandum contra eum, ad hoc vt existimet ipsum dubitasse contra oẽs. & hoc, vt ipse dixit, est ampliatio sistentis in errore. et non reperitur hic sermo alicuius Antiquorum. & est sermo, cui non constituitur demonstratio, nisi ei, quòd existimauerunt ꝙ ab vno non prouenit, nisi vnum. quæ quidem propositio non est in agentibus, quæ sunt formę in materijs, sicut est in agentibus, quæ sunt formę abstractę à materia. nam non est substantia intelligentię causatæ apud eos, nisi id, quod intelligit de principio suo. & non sunt hic duo, quoꝝ vnũ est subsẽtia, & aliud qd additum subsẽtiæ. qm̃, si hoc esset, esset cõpositum, simplex aũt non est cõpositum. Dria autẽ inter causam, & causatum est, qm̃ causa prima eẽ eius est in se, s. formis separatis: causa vero secunda esse eius est relatiue ad primã causam. nã esse cãtum est ex semetipsa, & non est quid additum ei, sicut est in causatis materialibus. v.g. color est aliquid existens in se in corpore, & esse causa visionis est, ex eo ꝙ est relatiue, & visio non habet esse, nisi in hac relatione. Quare abstracta à materia sunt substãtiæ de natura relationis. vnde vniuntur causa, & causatum in formis abstractis à materia. & pper hoc sunt formæ sensibiles de natura relationis, vt declaratum est in libro de Anima.

ALGAZEL.

AIt Alga. (Quæstio Quarta. Trinitas non sufficit in causato primo. nam corpus primi orbis secundum eos secutum est ab aliqua re substantiæ principij. & in eo est compositio tripliciter. Primo, quia est compositum ex forma, & materia, & sic omne corpus apud eos, & non euadit vnumquodq; eorum à principio: nam forma differt à materia. & nulla earum secundum opinionem eorum est causa, quæ non indigeat alia, adeo quòd erit vna earum mediãte alta, absq; alia causa addita eis.

AVEROES.

AIt Auer. (Quod aũt dixit est, qm̃ corpus cœleste primos est cõpositum ex materia, & forma, & anima, necesse est ex hoc vt sint in intelligentia secunda, ex qua prouenit orbis, quatuor res. res quidẽ, ex qua, puenit forma: & res, ex qua prouenit materia, cùm nulla harum est causa non indigens alta, sed materia est causa formæ aliquo modo, & forma est causa materiæ aliquo modo: & res, ex qua prouenit anima & res, ex qua prouenit motor orbis secundi: igitur in eo erit quaternitas necessario. Attamen sermo, quòd corpus cœleste sit compositum ex forma, & materia, vt sunt alia corpora, est quid, in quo errauit Auicenna in Peripateticis. nam corpus cœleste secundum eos est corpus simplex. si autem esset compositum, corrumperetur apud eos. & ideo dixerunt de eo quòd sit ingenerabile, & incorruptibile, & non habet potentiam ad duo contraria. Si autem esset, vt dicit Auicenna, esset compositum, sicut animal. &, si hoc conceditur, sequeretur quaternitas ei, qui dicit quòd ab vno non prouenit, nisi vnum. & iam diximus quòd modus, quo istæ formæ, aliquæ earum sint causa aliquarum, & quòd sint causæ corporum cœlestium, & eius, quod est sub eis, & ꝙ causa ꝑma sit causa oĩum, est diuersus ab hoc.

ALGAZEL.

AIt Alga. Secundus autem modus est, ꝙ corpus supremum est in termino determinato in magnitudine. & determinatio eius in hac mensura præ cæteris orbibus est quid additum esse eius. nam ex seipso possibile est vt sit maius, aut minus: & impossibile est ei hoc esse absq; determinante in hac mensura, addito rei simplici, quæ necessitat esse eius, non autem vt esse intellectus, quod est esse absolutum, & non determinatur in mensura opposita aliꝭ mensuris. & potest dici ꝙ non indiget, nisi causa simplici.

AVEROES.

AIt Auer. Dispositio huius sermonis est ꝙ ipse, cùm dixerint quòd corpus orbis est res tertia, quę sequitur, & ipsum in se non est simplex, scilicet ꝙ est corpus habens quantitatem, tunc in eo sunt duo, quorum vnum prębet corporeitatem substantialem, & aliud quantitatem terminatam. & necesse est vt in hac intelligentia, ex qua prouenit corpus orbis, sint plura, & non erit causa secunda trina, sed quaterna. Attamen hoc totum est positio falsa. nam Philosophi non crediderunt corpus vniuersum prouenire à principio separato. si autem prouenit ab eo aliqd apud eos, prouenit forma substantialis. sed mẽsuræ partium eius apud eos sequuntur formas. Sed hoc totum apud eos est in formis materialibus. corpora autem cœlestia apud eos, ex eo quòd sunt simplicia, non recipiunt paruitatem, et magnitudinem. Vlterius ponere formã, & materiam prouenire à principio separato est quid extra radices eorum, & absurdum. Agens autem in rei veritate secundum Philosophos, quod est in generabilibus, & corruptibilibus, non efficit formam, nec materiam, sed efficit ex materia compositum ex vtraq; simul, scilicet compositum ex materia, & forma. nam, si agens efficeret formas in materia, efficeret eas in re, nõ ex re. & hoc totum non est opinio Philosophorum: & non est arguendum contra eam ex eo, quòd sit opinio Philosophorum.

Corpora cœlestia non recipiunt parvitatem, & magnitudinem.

Agẽs nõ efficit formã, nec materiã, nec formam in materia, sed ex materia compositum.

ALGAZEL.

AIt Algazel, respondens pro Philosophis. Si autem dixerit causa eius est quòd, si esset maius, non esset necessarium in aduentu ordinis vniuersalis. si autem minus, non esset conueniens ordo intentus.

AVEROES.

AIt Auer. Intendit in hoc sermone ꝙ Philosophi non opinantur ꝙ corpus orbis exempli gratia possit esse maius, seu minus eo, quod est. nam, si esset vna harum positionum, non proueniret ordo intentus hic, & non erit motio eius ad id, quod est hic motio naturalis, sed esset aut addita huic motioni, aut diminuta: & ambo determinãt corruptionẽ entiũ, quæ sunt

sunt hic, non autem ꝙ magnitudo ĩst concessa, vt dixit Alga. sed maioritas, & minoritas, ambæ determinant corruptionem mundi apud eos.

ALGAZEL.

AIt Alga. arguens Philosophis. Et dicamus, & ipse modus ordinis, aut est sufficiẽs in esse eius, in quo est ordo, aut indiget causa reperta. si autem sufficiens, ergo vos non indigetis positione causarum, & iudicatis ꝙ erit ordo his entibus absq; cã addita. si vero hoc non sufficit, sed indiget causa, hoc etiam non sufficit in appropriatione mẽsurarum, sed indiget etiam causa compositionis.

AVEROES.

AIt Auer. Summa huius sermonis est ꝙ sequitur eis vt sint in corpore multa, quæ non possunt prouenire ab vno agente: nisi dicant ꝙ ab vno agente prouenant operationes multæ, aut credant ꝙ multæ ex passionibus corporis prouenĩãt à forma corporis, & forma corporis ab agente. & �altm hanc opinionem nõ prouenient accidentia prosequẽtia in corpore generato ab agente prouentione prima, sed mediante prouẽtione formę ab eo. & hic sermo est possibilis ꝛm radicem Philosophorum, non aũt ꝛm radices Loquentium. Et existimo ꝙ Mahatazilę non tenẽt ꝙ hic sint aliqua nõ prouenientia ab agente prouentione prima, vt tenent Philosophi. nos aũt iam diximus quomodo vnum sit causa ordinis, & rerum subiectarum ordinis, & non oportet reiterare illud hic.

ALGAZEL.

AIt Alga. Tertius modus est ꝙ orbis supremus diuidit in duo puncta, quę sunt poli, et sunt quę constituunt situm, & non separãtur à locis suis. partes vero Zodiaci, diuersificãt situs earũ, & nõ euadit, aut erunt oẽs partes orbis supremi similes: & non sequitur mutatio duoꝝ punctorum prę ceteris pũctis, vt sint poli, aut erunt partes eius diuersæ. & in quibusdam sunt ꝓprietates, quæ nõ sunt in aliꝭ. Et quæro qd est principium illaꝝ diuersitatum? corpus enim supremũ non prouenit nisi ex vno simplici: simplex aũt non efficit nisi simplex in figura, & est rotunda, & simile in re, & est impossibilitas ab actionibus cognoscẽtibus, & separatis. & hoc etiam non est euasio ab eo.

AVEROES.

AIt Auer. Simplex dicitur dupliciter, quorum Vnum est, quod nõ est compositum ex multis partibus, & tñ est cõpositum ex forma, & materia: & hoc modo dicit̃ de corporibus quattuor quòd sint simplicia. Aliud vero dicit̃ de eo, quod non est cõpositum ex forma, & materia, quæ mutatur ad formã in potentia, & sunt corpora cœlestia. Et vlterius simplex dicitur de eo, cuius definitio & totius, & partium est eadẽ, licet fuerit cõpositum ex quattuor elementis.

Simplex autem dictum de corporibus cœlestibus, nõ est inconueniens vt reperiantur partes eius diuersæ natura, vt dextrum, & sinistrum in orbe, & poli. nam orbis, in eo ꝙ est orbis, necesse est vt sint ei poli terminati, & centrum terminatum, quo differt orbis ab orbe, & non sequitur, ex eo ꝙ sunt in orbe partes terminatę, vt sit non simplex: sed est simplex, ex eo ꝙ non est cõpositum ex forma, & materia, in qua est potẽtia: & est dissimilis, ex eo ꝙ pars recipiens locum duorum punctorum non est quæcũq; pars fuerit orbis, sed est pars terminata natura iter cuilibet orbi. & nisi esset hoc, nõ essent in orbibus centra naturaliter, q̃bus differunt, & sunt dissimiles in hac re. & non est necesse ex positione eoꝝ nõ simili in hoc vt sint cõpositi ex corporibus diuersarum naturarũ, nec vt sit agens eorum cõpositũ ex potentijs multis. nam omnis orbis est vnus. Et nõ verificat etiam sermo eoꝝ, ꝙ omne punctum cuiusuis orbis possit esse centrum, sed id appropriat agens: qm̃ hoc verificatur in orbibus artificialibus, non aũt naturalibus. & nõ sequit̃ ex positione ꝙ omne punctum orbis possit esse centrum, & agẽs est, ꝙ id appropriat, vt agentia sint plura: nisi ponatur ꝙ in apparẽtibus nobis aliquod vnum non prouenit ab vno agente. nam quod nobis apparet, est cõpositum ex decem prędicamentis, & sequeretur vt vnumquodq; eoꝝ, quæ sunt hic, proueniret ex decem agẽtibus. & hoc totum sunt deceptiones, & dementiæ, ad quas induxit ista consyderatio, quę assimilat̃ stultitiæ in scientia Diuina. attamen effectum vnum in apparẽtibus nobis efficitur ab agente vno, licet reperiantur in eo decem prædicamenta. O ꝙ maxime est fallax ista propositio, ꝙ vnum nõ efficit nisi unũ, cùm intelligit̃ de ea re, q̃d intellexit Auicẽna, & Alfarabius, & Alga. in Fenestra luminarium, qui sustentat̃ ꝛm opinionem eoꝝ de primo principio.

ALGAZEL.

AIt Alga. Si autẽ dicitur, forte in principio sunt multæ species pluralitatis, quæ, ꝓsequuntur nõ ex principio, sed videnť esse tres, aut quattuor. & quod remanet non curamus de eo. & negligẽtia nostra de eo non facit nobis dubiũ, ꝙ principiũ pluralitatis sit pluralitas, & ꝙ ab vno non proueniunt plura.

AVEROES.

AIt Auer. Hic sermo, si eũ dixissent Philosophi, necesse esset eis credere ꝙ in causato primo sit pluralitas infinita, et sequitur vt dicat eis, vnde venit ad causatum primũ pluralitas? & sicut dicunt ꝙ ab vno non proueniunt plura, sic sequitur vt plura nõ proueniunt ab vno. Et dictum vestrum, ꝙ ab vno nõ prouenit nisi vnum, est cõtradicens ei, quod dictus, ꝙ id, quod puenit ab vno primo, est in eo pluralitas. qm̃ necesse est vt ab vno proueniat vnum tm̃: nisi dicãt ꝙ pluralitas reperta in causato primo, unumquodq; eoꝝ est primum, & sequit̃ eis vt prima sint multa. Ego aũt admiror summa admiratione qũo latuit hoc Alpharabium, & Auicennam. qm̃ sunt primi eorum, qui dixerunt de istis differentijs, & vitauerunt cum eis homines, & attribuerunt hũc sermonem Philosophis. nam, cùm ipsi dixerint ꝙ pluralitas, quæ est in principio secundo, est ex eo, quod intelligit de se, & eo, quod intelligit de alio, necesse est ꝛm eos vt sit substantia eius substãtia duarum naturarum, aut duarum formarum. Et vellem scire, quæ est, quæ prouenit à primo principio, & quæ non prouenit. & sic etiam sequitur eis, cùm dicunt de eo, ꝙ est possibile ex se, & necessarium ex alio. nam natura possibilis necesse est vt sit à natura necessaria, quam adepta est à necessario in esse. natura enim possibilis non potest conuerti ad naturã necessariam, nisi conuertatur natura possibilis & necessaria. quare non est naturis necessarijs possibilitas omnino, tam si fuerint necessaria ex se, q̃i ex alio. Et oĩa ista sunt vanitates, & sermones debiliores sermonibus Loquẽtium. & sunt omnia, quæ ingrediuntur in Philosophiam, & non sequuntur radices eius. & sunt sermones, qui non perueniunt ad gradum satisfactionis rhetoricæ, quãto magis topicę. & ideo bene dicit Alga. in multis locis librorum suoꝝ ꝙ scientia eoꝝ diuina est existimativa.

ALGAZEL.

AIt Alga. Et, cùm posueritis hoc possibile, dicimus omnia entia cum multitudine eorum licet peruenerit numerus eorum ad mille, prouenięt à primo causato. & nõ oportet vt reducatur ad orbem exteriorem, & animam eius: sed possibile est vt proueniant ab eo omnes animæ cœlestes, & humanæ, & omnia corpora terrestria, & cœlestia, & multæ species prouententes ab eis, quarum scientiam non habemus, & erit sufficientia in primo causato.

Aueroes.

AVERROES.

AIt Auer. Hæc consequentia est vera, & præcipue si posuerint primam operationē prouenientem à primo principio esse vnitatem, qua primum causatum est ens vnū cum pluralitate reperta in eo. Nam, si concesserint posse esse pluralitatem in primo causato nō determinatam, aut erit minus numerosum, aut plus, aut æqualiter: si minus, necesse est ponere tertium principium, aut esse aliquid sine cā. si vero æqualiter, aut plus, non est necesse eos ponere tertiū principium, sed erit pluralitas posita in eo superflua.

ALGAZEL.

AIt Alga. Et sequitur ex eo sufficientia in prima causa. nam, cū poterit generari pluralitas, quæ dicitur, puenire non ex causa, licet non sit necessaria in esse causati primi, tunc possibile est etiā vt consyderetur hoc cum prima causa: & erit esse eius nō ex causa. & dicitur q̄ prosequitur eam, & non scimus numerum eius. & omne, cuius esse imaginatur absq̄ causa cum primo, imaginatur hoc absq̄ causa cum secundo. Ac etiam nihil est dictum nostrum cum primo, & cum secundo. nam non est inter ea differentia, nec in tempore, nec in loco. & quæ non differunt in loco, nec in tempore, & potest esse sine causa, non appropriatur aliquod eorum in cōparatione eius.

AVERROES.

AIt Auer. Dicit q̄, si possibile esset reperiri pluralitatē in causato primo absq̄ causa, ex eo q̄ non prouenit ex prima causa pluralitas, tūc poterit cōsyderari pluralitas cū causa prima, & non oportet ponere causam secundam, & causarum primum. si aūt falsum est esse aliquid cum causa prima absq̄ causa, est etiā falsum cum secūda causa. sed nihil est dictum nostrum de causa secunda. nam sunt eędem in re, & nō differt vna ab alia tēpore, nec loco. &, cūm poterit esse aliquid absq̄ causa, nō appropriatur una duarum causarum ei, scilicet prima, aut secunda, sed sufficit in hoc vt reperiatur cum vna earum, & non oportet ponere id cum causa secunda.

ALGAZEL.

AIt Alga. respondens pro Philosophis. Si autem dixerit, iam multiplicauistis res, adeo q̄ superauerunt mille, & est inconueniens vt sit pluralitas causato primo vsq̄ ad hunc terminū: & ideo multa sunt media. Deinde dixit arguens cōtra eos. Cūm autem dicitis hoc esse inconueniens, est iudicium extimatiuum, cūm quo non debemus iudicare in intellectualibus, nisi dicat q̄ sit falsum. & dicimus ei quare est falsum? & quid intelligitur in dando differentiā in hoc, & quotiensc̄unq̄ posuerimus vnum possibile, & credidimus sequi à primo causato, non ex parte causæ consequens vnum, & duo, & tria, quæro quid est quod faciat falsitatē in quatuor, aut quinq̄, & sic vsq̄ ad millesimū si q̄ uel iudicat consyderatione præter consyderationem, non est ei translato vno differentia, & hic etiā est sermo inciſiuus.

AVERROES.

AIt Auer. Si autē respondissent Auic. & alij Philosophi q̄ in causato primo sit pluralitas absq̄ dubio, & q̄ oīs pluralitas prouenit ex ea vnū, mediante vnitate determinante, vt reducaī pluralitas ad vnum, & vnitas illa, q̄ fuerat pluralitas vna, est qd simplex, pueniens ab vno separato simplici, tūc essent quiescentes ab istis consequentibus, quas fecit eis Alga. vt exirent ab istis incōuenientibus. Alga. autem, quia vigoratus est hic sup positione corrupta attributa Philosophis, & nō inuenit respondentē ei vera responsione, lętatus est in hoc, & incidit in multa inconuenientia, quæ sequuntur ab ea. & omnis stultus stultitia sua lętatur. si aūt sciuisset ipsum non arguere in hoc cōtra Philosophos, non tā lętatus fuisset. Et radix corruptionis huius positionis est dictum eōr̄, q̄ ab vno non prouenit nisi vnum: deinde ponūt in hoc vno producto pluralitatem: & sequitur eis vt hæc pluralitas sit sine causa. & positio eorum q̄, cūm hæc pluralitas sit terminata, oporter ponere principium tertium, & quartum ad esse entium, est quid leue, ad quod non est demonstratio. Demum hæc positio est absq̄ positione principij primi, & secundi. & hoc, qm̄ dicitur nō fuit appropriata à vobis causa secunda, cui sit pluralitas prętер primā causam. & hoc totum sunt stultitiæ, & vanitates. & radix eius est, q̄ ipsi nō intelligunt quō vnum erit causa in opinione Aristo. & in opinione sequentium eum ex Peripateticis. & iam gloriatus est ipse in fine Duodecimi in hac re, & dixit q̄ præcedentes eum ex Antiquis non potuerunt dicere aliquid in hoc. & hoc modo prędicto à nobis de eis erit propositio, q̄ ab vno non prouenit nisi vnum, vera: & q̄ ab vno prouenit pluralitas est propositio vera etiam.

ALGAZEL.

AIt Alga. Adhuc dicimus hoc est falsum in causato secundo. nam prouenit ab eo orbis stellarum, in quo sunt stellę. 1022. & plus, & sunt diuersæ quātitatis, & figuræ, situs, coloris, impressionis, & fortunæ & infortunæ. & aliquæ earū sunt in forma Arietis, Tauri, & Leonis, & alię in forma hois. & differunt in dando impressionē in uno subtecto-mūdi inferioris, & frigiditatem, & caliditatem, & fortunium, & infortuniū, & differunt mensuræ earum abinuicem. & impossibile est dicere totum esse eandem speciem cum hac diuersitate. nā, si hoc esset possibile, tunc esset possibile dicere oīa corpora mundi esse vnam, & eandē speciem in corporeitate. & sufficit eis vna causa. Si autem differre in dispositione eorum, & substantia, & natura indicat diuersitatem eorū, sic etiam stellæ sunt diuersæ proculdubio, & quælibet earū indiget causa ad formā eius, & cā ad materiam eius, & causa ad appropriationem naturæ calefaciendi, seu infrigidandi, seu fortunandi, seu infortunādi, et essendi in loco suo, &, vt sint figuræ earū ad figuram aīalium diuersorum. hæc aūt pluralitas, si imaginaī inteligi in intelligētia secunda, imaginatur ēt hoc in prima, & tunc sufficit primum.

AVERROES.

AIt Auer. Hæc autē dubitatio iam fecit eam: & est res, in qua nimium protelauit sermonem in hoc libro. &, cūm respondeē er responsionibus prædictis, non sequiī aliquod horum inconuenientium.

Cūm autē intelligitur de sermone q̄ ab vno numero simplici non prouenit, nisi vnum simplex numero, nō aūt vnum numero aliquo modo, & plures aliquo modo, & vnitas eius est causa pluralitatis, nunquā euadit ab istis dubitationibus. Vlterius res plurificanī apud Philosophos differentijs substātialibus. differentia vero reī ex parte accidentium non facit apud eos dr̄iam in substantia, siue sit quantitas, siue qualitas, aut aliud prędicamentorū. corpora autem cœlestia (vt diximus) non sunt composita ex materia & forma, & non differunt specie. nam non cōmunicant apud eos in vno genere. nam, si cōmunicarent in genere, essent cōpositа, & non simplicia. & iam locuti sumus de his rebus, & non oportet multiplicare verba in eis.

ALGAZEL.

AIt Alga. Quæstio Quinta est vt dicamus, licet concesserimus has positiones frigidas, & inuolutiones corruptas, qūo non pudet eos, cūm dicunt causatum primū posśibile in esse est, quod determinat esse corporis orbis exterioris ab eo, & intelligere seipsum determinat esse animā orbis ab eo, & ipsum intelligere

intelligere primum determinat esse intelligentiā ab eo, quæro quę est differentia inter hoc, & dictum dicentis q̄ scit esse hois occulti, & q̄ sit possibile in esse, et q̄ intelligit seipsum, & efficientē suum? & dixit q̄ sequitur, ex eo q̄ est possibile in esse esse orbis, & dicitur ei quæ est ,pportio inter esse possibile in esse & esse orbem ab eo? & sic ēt sequentur, ex quo intelligit seipsum, & efficientem suum, duo alia. Et hoc quidem, cūm dicitur de hoīe, est deridendum eo, & sic de alio ente. nam possibilitas in esse est determinatio, quæ nō differt, cūm differat substātia possibilitatis, siue sit hō, aut angelus, aut orbis. & nescio quō satisfacit stultus sibi ipsi his positionibus, quāto magis docti, qui penetrant cœlum, cū cogitant in intellectualibus.

AVERROES.

AIt Auer. Omnes isti sermones, qui sunt Auicenę, aut sit quicunq̄ fuerit, qui dixerit eos, non sunt veri, et non p̄sequuntur radices naturales: imo non pueniunt, pp carentiam eōr̄ in sufficientia, et rhetorica, ad gradū, quem dixit iste hō. Et forma, quā imaginatus est in ea, nō est vera. nam hō, quem posuit possibilē in esse ex se, necessarium ex alio, intelligētem seipsum, & efficiētem suum, verificaī exēplum eius de cā secunda, cūm ponit istum hominē agere entia ex se, & ex scientia sua, vt ponit esse secundum principium il le, qui dicit, vt dicit Auicenna: & sicut de more omnū est ponere primum principium glo. nam, cūm ponitur hoc, necesse est vt ,pueniant ab hoc hoīe duo: vnū est, ex eo q̄ scit seipsum: & aliud, ex eo q̄ scit efficientem suum. nam positū fuit agens ex parte scientię. & nō est etiā inconueniens, si positū fuerit agens ex parte sui, vt dicatur q̄ id, quod sequitur ab eo, ex eo q̄ est possibile in esse, est aliud ab eo, quod sequitur ab eo, ex eo q̄ est necessarium in esse. nā istæ duę positiones reperiunt in eo. Igitur iste sermo non est adeo turpis in forma, quā uoluit imaginari iste vir, adeo q̄ hoīes deuiant à sermonibus Philosophorū, & vilipendent eos apud speculantes. Et nulla est dr̄ia inter hoc, & dicentē, cūm ponitis ens, vtiens vita, volens voluntate, sciens scientia, potens potentia, audiens auditu, videns visu, & loquens loquela, & sequitur ex eo totus mūdus, adeo q̄ homo viuens, sciens, potens, volens, audiens, videns, & loquens, sequiī ex eo totus mundus. qm̄, si ista attributa sunt, quę determinarant esse mundi, necesse est vt non sit dr̄ia in eo, quod faciunt consequi in omniente, cui attribuuntur. Si aūt iste vir habuerit intentionē dicendi veritatem in his rebus, & errauerit, est ei excusatio. attamē si scierit fallaciā, & intendit eam, si non fuerit necessitate ductus, non est ei excusatio. si vero intendit notificare q̄ nō sit ei in hoc sermo demōstratiuus, quo fuerētetur in hac quæstione, s. quæstio vnde prouenerat pluralitas, vt videbiī postea, benefecit in hoc. nam nō peruenit iste vir ad gradum scientiæ cōprehendentem hanc qōnem. & hoc apparebit de eo postea. & cā eius est, quia non dedit operam hic vir, nisi libris Auicēnę, & accidit ei diminutio in scientia propter hoc.

ALGAZEL.

AIt Alga. Si autē dixerit aliquis, cūm destruitis opinionē eorum, quid dicitis, vtrum existimatis q̄ proueniant ab vno omnimode duo diuersa? & summittitis intellectum: aut dicitis q̄ primū principium, in eo sit pluralitas? & negabitis vnitatem: aut dicitis q̄ non est pluralitas in mundo? & negabitis sensum: aut dicitis q̄ sequitur medijs? & oportebit uos cōcedere id, quod dixerint. Nos aūt dicimus non esse intentionem nostrā in hoc libro directe disputare hinc in de: sed intentio nostra est debilitare rōnes eorum: adeo q̄ nos dicimus q̄ qui existimauit emanationem duorū ab vno, est summissio intellectus, seu attribuere principio attributa, antiqua, æterna, contradicentia vnitati, & hæ ambæ sunt rōnes falsæ. & non habent de eis demōstrationes: qm̄ non scitur falsitas emanationis duorum ab vno, sicut scitur falsitas esse hois eiusdē in duobus locis. demum non scitur ex necessitate, nec ex speculatione. Et quid prohibet quin dicatur quòd primū principium sit sciens, potens, volens, & agit quicquid vult, & scit quicquid vult, & creat diuersa, & similia, vt vult, & de eo q̄ vult, & falsitas huius non scitur necessario, nec speculatione. & iam posuerunt id Prophetę, facientes miracula. & necesse est id recipere. Speculari autē de qualitate emanationis operationis ab ipso glo. voluntate est superfluū, & spes in re nō speranda. Qui aūt desyderant perquirere proportionē, & scientiam eius, finis consyderationis eōr̄ est id, q̄ causatum primum, ex eo q̄ est possibile in esse, ,pueni ex eo orbis: & ex eo, q̄ intelligit seipsum, prouenit ex eo anima orbis. & hoc est stultitia, & dementia, non apparitio proportionis, quare recipiamus principia harum rerū à Propheris, & erunt vera in eis: nam intellectus nō negat ea: & dimittamus speculationē de qualitate, & quātitate, & quiditate: nam hoc non est ad quod potentia humana extēdit. Et ideo dixit dator legis, Consyderate in creatione Dei, & nō consyderate, nec cogitate in substantia Dei. Et dixit Propheta Et cui assimilabitis Deum, & quam similitudinem dabitis ei?

AVERROES.

AIt Auer. Cūm dixit q̄ in eo, in quo est diminutus intellectus humanus circa cōprehensionem eius, reuertamur ad legē, est verum. nam scientia, prouenięns ex prophetia, prouenit tanq̄ complens scięctas intellectus, s. q̄ omne, in quo deficit intellectus, id tribuit Deus per prophetiam. Diminutionum aūt comprehēsionum, quarū scientia est necessaria in vita hominis, & esse eius aliqua est diminutio absolute, s. q̄ non est de natura intellectus id cōprehendere, in eo q̄ est intellectus, & aliqua est, quæ est diminutio sm naturam aliquorū hominum, & hæc diminutio aut est in radice creationis, aut erit ,pter aliquid euenięs ab extra ex priuatione disciplinæ, sed scientia prophetiæ tribuit oibus has species omnes. Cūm aūt dixit, intendimus hic debilitare rōnes eorum, profecto hæc intentio non cōuenit ei, & est ruina ruinarū scientis. nam sapiens, in eo q̄ est sapiens, intētio eius est perquirere veritatem, non facere dubitationes, & ponere inuolutiones in opinionibus. Cūm aūt dixit, qm̄ non scitur falsitas emanationis duorū ab vno, sicut scitur falsitas esse hominis eiusdē in duobus locis. &, licet nō fuerunt hę duæ propositiones in eodem gradu veritatis, tū non est falsum, quin propositio, dicens q̄ ab vno simplici non prouenit nisi vnū, non sit vera in apparentibus nobis. propositiones autē veræ superant se admiuicem, vt declaratū est in libro Posteriorū. Et causa in hoc est. qm̄ propositiones veræ, cūm adiuuantur imaginatione, debilitantur. imaginatio autē non consyderaī nisi apud vulgus. & ideo qui vsus est intellectualibus, & ꝓfecerit imaginabiles, erunt ei ambæ istæ propositiones in eodem gradu veritatis. & plurimum, quod sit veritas in istis propositionibus, est cūm fecerit inductionē in entibus generabilibus, & corruptibilibus, & viderit q̄ differāt nomina, & definitiones eōr̄ propter operationes eorum. nam, si proueniret quodlibet ens ex quolibet agēte, & qualibet actione, miscerenī substantiæ, & definitiones, & destruentur scientiæ, & anima. exēpli gratia discernitur ab inanimatis in operationibus suis proprijs prouenięntibus ab ea: & inanimata differunt abinuicem operationibus proprijs, & sic etiā animæ. si aūt ,pueniret ab vna potentia operationes multæ, vt proueniunt à potentijs cōpositis operationes multæ, non

erit

erit differentia inter substantiã simplicem, & cõpositã, & non discernerẽt à nobis. Vlterius, si possent prouenire à substantia vna operationes multę, erit possibilis actio prouenire absq; agẽte. nam ens est ab ente, nõ ex nihilo. & ideo impossibile est vt reperiatur id, quod non est ex se. &, cùm fuerit motor eius, quod nõ est, & extrahens id à potentia ad actum, id extrahit ex eo, q̃ est in actu, necesse est vt sit modus actus, qui est et secũdum modum actus extrahentis id à priuatione ad esse. nam, si exiret quodlibet actum à quolibet agente, non esset inconueniens vt extrent acta ad actum ex seipsis, nõ ex parte agentis, quod ea effecerit. si autem exirent multi modi à potẽtia ad actum ab eodẽ agente, necesse est vt ei sit pluralitas, s. modis illis, et illi, quod attribuit eis. nam, si non esset et nisi vnus modus eor̃, id quidẽ, quod exit ex aliis modis, erit ex seipso absq; extrahente eum. Et non potest dicere aliquis q̃ conditio agẽtis est vt reperiat agens tm̃, actione absoluta tm̃, non modo actionis proprie, qm̃, si hoc esset, ageret quodcunq; ens fuerit quamcunq; actionem, & miscerentur entia.

Vlterius, qm̃ ens absolutum, s. vniuersale est vicinũ priuationi veri entis, & ideo auferunt sermonẽ de ente absoluto, & colore absoluto, dicentes ablationẽ dispositionum. Et dixit dicens in affirmatione earum, q̃ nõ sunt entia, nec sunt non entia. Si aũt hoc verificaretur, verificaretur tũc q̃ res sint causa entium. Et prouenire vnã actionem ab uno est magis manifestum in sciente, quod nobis apparet, q̃ in alio ab hoc sciente. nam scientia pluificatur pluificatione intellectorum scienti, qm̃ intelligit ea eo modo, quo sunt, & sunt cã scientiæ eius. & impossibile est vt scita multa sciantur vna scientia, & non erit scientia vna causa aduentus causator̃ multorum ab ea in apparentibus nobis. verbi gratia qm̃ scientia artificis, ex qua prouenit exempli gr̃a thesaurus, est alta q̃ scientia, ex qua prouenit sedes. sed scientia antiqua differt in hoc à scientia innouata, & agens antiquum ab agente innouato.

ALGAZEL.

At Alga. Et si dixerit qd dicitis vos in hac quæstione, quia iam destruxisti opinionẽ Auicẽnæ de causa pluralitatis, quid dicis tu in hoc? quoniam dictum est q̃ secta Philosophorum respõdit huic vna trium responsionum. Quarum vna est termo dicẽtis q̃ pluralitas prouenit ex materia. Secunda autẽ dictum dicentis q̃ prouenit ex instrumentis. Tertia vero est dictum dicẽtis ex mediis. & recitatum fuit de secta Arist. q̃ ipsi verificauerunt sermonem eius, qui ponit causam in hoc medio.

AVLROES.

At Auer. Dixi q̃ huic non potest respondẽri in hoc libro responsione demonstratiua, attamen nõ inuenimus in Aristo. nec in eo, qui est in fama ex Antiquis Peripateticis hunc sermonem, quem attribuit eis, nisi Porphyrio authori introitus logicæ. & vir ille non fuit ex expertis eorum. Et quod occurrit mihi ex radicibus eorum est q̃ causa pluralitatis est aggregatũ trium causarum, s. media, & dispositiones, & instrumenta. & ista oia iam declarauimus quõ inuoluuntur vni, & ad id reducuntur. nam esse vniuscuiusq; eor̃ est ex vnitate absoluta, quæ est causa pluralitatis. Quę sint cãę pluralitatis intelligẽtiarum, ac aliis entibus. Nam ipse imaginat̃ q̃ erit causa pluralitatis intelligentiarum separatar̃ diuersitas naturarum suar̃ recipientiũ in eo, qđ intelligunt de primo principio, & in eo, qđ adipiscuntur ab eo de vnitate, quæ est actio vna ex se, et plures ppter multitudinem recipientium. sicut est in Principe, sub quo sunt multi substituti: & ars, sub qua sunt artes multæ, & hoc speculatur de eo in alio loco, sicdem declarari põt aliquid de eo: sin aũt reuertetur ad prophetiam. Quòd aũt diuersitas sit propter diuersitatem quatuor causarum est manifestum. nam differentias orbium erit ex diuersitate motoris eor̃, & diuersitate formar̃ eorum, et materierum eorum, si fuerint in eis materiæ, & operationibus eor̃ proprijs in mundo: licet non fuerint pp has operationes apud eos. Diuersitas aũt, quæ accidit primo eius, quod est sub orbe, de simplicibus corporibus, est diuersitas materiei cum diuersitate eor̃ in propinquitate, & remotione à motoribus eorum, qui sunt corpora cœlestia. vt est diuersitas terræ, & ignis, deniq; contrariorum. Causa aũt diuersitatis duor̃ motuum magnor̃, quorum vnus facit generationem, alius vero corruptionẽ, est diuersitas corporum cœlestium, & diuersitas motuum eor̃, vt declaratum est in libro Generationis, & Corruptionis. Et causa diuersitatis, quæ erit ex corporibus cœlestibus est similis diuersitati, quę erit ex diuersitate instrumẽtorum. Et, cùm sic fuerit, cãę pluralitatis ab vno agente apud Aristo. sunt tres causę. & reductio ear̃ ad vnũ est ex re præcedenti: & est, quia vnum est cã pluralitatis. Id aũt, quod est sub orbe Lunę, reperitur in eo diuersitas ex quatuor causis, s. diuersitate agentium, & diuersitate materierũ, & diuersitate instrumentorũ, & prouentione operationũ à primo agente, mediãte alio. & hoc est quasi propè instrumẽtum. Exemplum aũt diuersitatis, quæ erit ex diuersitate recipiẽtium, & ex eo q̃ diuersa sunt causæ adinuicem, est color factus in aere, qui est alius à colore facto in corpore: & qui fit in visu, i. in oculo, alius ab eo, qui est in aere: & qui fit in sensu communi, alius ab eo, qui fit in oculo: & qui fit in imaginatiua, alius ab eo, qui fit in sensu cõmuni: & qui est in virtute cõseruatiua, & memoratiua, alius ab eo, qui fit in imaginatiua. & hoc totũ est, secundum q̃ declaratum est in libro de Anima.

DISPVTATIO QVARTA.

DE DECLARATIONE, QVOD NON POSSVNT AFFERRE RATIONEM, QVOD SIT EFFICIENS MVNDO.

ALGAZEL.



IT Alga. Et dicimus q̃ homines diuiduntur in duas sectas. Prima est secta hominum veritatis, qui opinati sunt mundũ esse innouatum, & scierunt necessario q̃ innouatum nõ innouat seipsum, sed indiget efficiente. & intelligit opinio eor̃, cùm dicunt agens. Et alia secta sunt Hæretici, qui existimant mundũ esse antiquum, prout est, & non constituerunt ei efficientem, & opinio eor̃ bene intelligitur licet rõnes indicent destructionem eius. Philosophi aũt opinantur mundum esse antiquum, deinde constituerunt ei cum hoc efficiẽtem. & hęc opinio quasi contradicit sibiipsi, & nõ indiget destructione.

AVERROES.

At Auer. Immo opinio Philosophorum intelligitur apparenter, magis q̃ ambæ opiniones simul. Nam agens est duplex. aliquod enim est, à quo prouenit actum, in quo pendet operatio eius hora, qua reperitur. & hoc, cùm perficitur esse eius, nõ indiget agẽte, ut esse domus ab ædificatore. & aliquod est, ex quo prouenit actio tm̃, quæ pendet in acto. & non est esse huic acto, nisi cum pendentia agentis in eo. Et hoc

Agens duplex: vnum, a quo res acta non depẽdet in cõfuart: aliud vero a quo dependet.

hoc agens est rei proprij; q̃ actio eius est æqualis esse huius acti, s. q̃ cùm corrũpitur hoc agens, corrũpitur hoc actum: &, cùm reperit hoc agens, reperit actum, i. q̃ sunt simul. & hoc agens est nobilius, & magis ingreditur in capitulũ operationum, q̃ primum, qm̃ producit subiectum suum, & id conseruat: agens vero primum producit actum suum, & indiget alio agente, quod id cõseruat post inuentionem. & hæc est dispositio motoris cum motu, et rerum, quar̃ esse est in motu. Philosophi autẽ, quia crediderunt q̃ motus est actio agentis, & q̃ esse mundi non perficitur, nisi cum motu, dixerunt q̃ agens motus est agens mundi. &, si cessaret operatio eius ictu oculi à motione, destrueret̃ mundus. & constituerũt suum syllogismũ sic. Mundus est actio, aut res, cuius esse sequit̃ ad actionem: & oĩs actio impossibile est vt sit sine agente, quod sit ad esse eius: & intulerunt ex hoc q̃ mũdus habet agens, quod est ad esse eius. &, quia necesse est apud eum, vt pueniens ab agẽte mundi sit innouatum, dixit mundum innouatum ab agente antiquo. &, quia est apud eũ operatio antiqui antiqua, dixit mundum innouatum ab agente antiquo, & operatio eius est antiqua, scilicet q̃ non habet principium, nec finem, non autem vt sit ens in se antiquum, vt videtur ei, qui denominat eum antiquum.

ALGAZEL.

At Alga. respondens pro Philosophis. Si autem dicet, nos autem, cùm dicimus q̃ mũdo sit efficiens, non intelligimus in hoc efficiens, eligens ad operandum aliq̃d, quod non operabat, vt videmus in agentibus in sutura, textura, & ędificatione, sed intelligimus per illud, causam mũdi, & appellamus eam primum principium, in eo q̃ non habet causam aliam in esse suo. &, si appellauerimus eam efficiẽs, appellamus hac expositione. Esse aũt ens, ad cuius esse nõ est cã, cito cõstituet̃ de eo demonstratio incisiua. nã nos dicimus mundus, & entia eius aut habent cãm, aut nõ hñt cãm. si habent cãm, tunc aut ilia cã adhuc habet cãm, aut non habet cãm. & sic dicit̃ de causa cãę. & tunc aut ꝓcedet in infinitum, et est falsum, aut deueniet ad extremum, & finis erit cã prima, cuius esse non habet cãm, quã appellabimus primum principiũ. si vero mundus esset ens ex se absq; cã, tunc iam apparet causa prima, qm̃ nos non intelligimus per eam niss ens, quod nõ habet causam, & est permanẽs necessario. Verũtamen impossibile est vt ipsum primũ principium sint corpora cœlestia: qm̃ sunt plura. & ratio vnitatis est manifesta, & apparet destructio eius in consyderando conditionem principij. Nec etiã potest dici q̃ sit orbis vnus, aut corpus vnum, vt Sol, aut aliud. est enim corpus, & corpus est cõpositum ex materia, & forma: primũ autem principiũ impossibile est vt sit cõpositum. & hoc scietur secunda cõsyderatione. & intentũ est vt sit ens, cuius esse non habeat causam, ꝑmanens necessario, & cõuenienter. diuersitas vero est in attributis, & est id, quod intelligimus per primum principium.

AVERROES.

At Auer. Hic sermo est rhetoricus, & nõ verus. nã nomen causæ dicit̃ æquiuoce de causis quatuor, s. agente, forma, materia, & fine. Quare, si hæc esset responsio Philosophor̃, esset responsio inuolura. Nam interrogamus eis de qua cã voluerunt, cùm dixerint esse mundo cãm primam. Si dixerint intelligimus per eam, causam agentẽ, cuius operatio non cessauit, nec cessat, & operatũ eius est actio eius, esset respõsio vera ſm opinionem eor̃, prout dixerũt absq; quæstione aliqua contra eos. Si vero dixerint intelligimus formalẽ, dubitabitur eis ẽt an posuerint formã mundi permanentẽ in eo. Si dixerint intelligimus formã separatam à materia, sequitur dictum eor̃ ſm opinionẽ eorum. Si vero dixerint formam materialem, ergo principium nõ erit apud eos aliquid, nisi corpus ex corporibus. & hoc quidẽ non dicunt de eo. et sic, si dixerint est causa finalis, sequereť hoc etiam ſm radices eorũ. Et, cùm in hoc sermone sit interpretatio diuersa, vt vides, quo ponitur responsio Philosophi? Et, cùm dixit & appellabimus eam primũ principium, in eo q̃ esse eius non habet cãm aliam, est sermo ẽt debilis. nam hęc appellatio verificat̃ de orbe primo, seu de orbibus uniuersaliter, demum de qualibet specie entium, de qua ponit q̃ nõ habet cãm. & nulla est dria inter hanc opinionẽ, & opinionẽ Hæreticorum in cã prima. Et, cùm dixit de eis etiam, & esse ens, ad cuius esse non est cã, cito cõstituetur de eo demonstratio incisiua, est sermo intricatus etiã, nam oportet distinguere de quatuor causis, & declarare q̃ in vnaquaq; earũ est primum, cui non est causa, s. q̃ causæ agentes deueniunt ad primũ agens, & formales ad primã formam, & materiales ad primam materiã, & finales ad primum finẽ: & remanet postea declarare q̃ istę quatuor causæ vltimæ deueniunt ad primam cãm. & hoc totum non est declaratum in hoc sermone, quẽ ipse recitauit de eis. Et sic etiam sermo, quem induxit in declaratione q̃ hic sit causa prima, est sermo intricatus, cùm dixit q̃ nos dicimus mundus est ens: & omne ens aut habet cãm, aut nõ habet causam, vsq; ad finẽ sermonis eius. Nam cã dicitur æquiuoce. & sic, ꝓcessus causar̃ in infinitum aliquo modo est falsus, & impossibilis, & aliquo modo ẽ necessarius apud Philosophos. quoniam est impossibilis apud eos, cùm fuerint essentialiter, & directe, si præcedens earũ esset cõditio in esse posterioris: & non est impossibilis apud eos, cùm fuerint per accidens, & circulariter, & cũ non fuerit corruptio præcedentis conditio in esse posteriorꝭ, & esset ibi agens primũ, vt est esse pluuiar̃ à nube, & nubis à vapore, & vaporis à pluuia. nam hoc procedit apud eos circulariter in infinitum. sed hoc est de necessitate causæ primæ. & sic esse hois ab homine in infinitum: qm̃ esse præcedẽtium apud eos in hmõi non est conditio in esse posteriorꝭ, sed aliq̃s est conditio corruptio aliquor̃. Et hmõi causæ sunt apud eos deueniẽtes ad causam primã æternam, ad quã finit motus in qualibet harum causar̃ & hora innouationis alterius causati, verbi gr̃a, cùm Socrates genauit Platonem, motor quidem vltimus in motione in hora generationis eius est orbis, aut anima, aut intellectus, aut omnes, aut Deus glo. & ideo dicit Arist. q̃ homo generat cum homo, & Sol. & apparet q̃ Sol deuenit ad motorẽ eius, et motor eius ad primum principium: ergo nõ est homo præteritus cõditio in esse hois futuri. vt artifex cùm secerit operata successiua in tẽporibus successiuis, instrumentis diuersis, & fecerit instr̃a illa cum aliis instr̃is, & illa instr̃a cum aliis instrumẽtis. nam esse horum instrumentorum vnius ab alio est per accidens, & nullum eorum est conditio in esse operati, nisi primum instr̃m, s. apparẽs. & pater est necessarius in esse filij, sicut instrumentum, cum quo appropinquat̃ operato, est necessarium ad esse operati. instr̃m autem, cùm quo fit hoc instrumentum, est necessarium in esse instr̃i contigit, & non est necessarũ in esse operati, quod iam operatum est, nisi per accidens, & ideo aliq̃n erit corruptio instrumenti præcedentis conditio in esse posterioris, cùm fit posterius ex materia præcedentis, vt cùm fit homo ex hoie corrupto, mediante eo, q̃ fuerit plãta sperma, aut sanguis menstruus. & iam locuti sumus de hoc. Qui aũt admittunt ꝓcessum causar̃ in infinitum essentialiter, sunt Hæretici. & qui concedit hoc, necesse est ei vt non sciat aliquid de causa agente, & non est dria apud Philosophos circa esse causæ agentis. Et, cùm dixit si aũt mundus esset ens ex se absq; causa, tunc iam apparet cã

tet cā prima, i. cp Hęretici, & alij confitent causam primam, cui non est causa. Sed differunt in hoc principio. nam Hæretici dicunt cp est orbis vniuersalis, & qui nō sunt Hæretici, dicunt cp est res extra orbē, & orbis est causatum. Et isti diuidunt in duas sectas, sectam quidē, quæ existimat cp orbis sit actio innouata, & sectā, quę existimat cp sit actio antiqua. Et, qm̄ hęc declaratio est eōis Hæreticis, & alijs, dixit verūtamen cp impossibile est vt primū principium sit corpus cœleste, qm̄ sunt plura. & ratio vnitatis est manifesta, i. cp ordo, qui est in mūdo, apparet ex eo, cp gubernator eius sit vnus: sicut ordo, q est I exercitu, apparet ex eo, cp gubernator eius sit vnus, & est princeps exercitus. & hoc totū est sermo verus. Et, cū dixit, impossibile est vt dicat orbis vnus, aut corpus vnū, aut Sol, aut aliud: qm̄ est corpus, & corpus est cōpositū ex materia, & forma, & primum principiū impossibile est vt sit cōpositū. Dixi, cū dixit oē corpus est cōpositum ex materia & forma, hæc nō est opinio Philosophoꝝ de corpore cœlesti: nisi fuerit nomen materiæ dictū æquiuoce: sed est id, quod dixit Auic. tātum. Qm̄ omne cōpositum apud eos ex materia, & forma est innouatū, sicut est innouatio domus, & thesauri: cœli autē non sunt apud eos innouati hoc modo innouationis. & ideo appellauerūt eos æternos, s. cp eē eoꝝ est cum ęterno. Nam, cùm fuerit causa corruptionis apud eos materia, id, quod non est corruptibile sm opinionem eoꝝ nō habet materiam, sed est quid simplex. &, nisi esset generatio, & corruptio, q̄ est his nostris corporibus, nō esset necesse vt essent cōposita ex materia, & forma. nā radix huius est, quia corpus est vnū in esse, sicut est in sensu. &, nisi esset corruptio horum corporum, determinaremus cp essent simplicia, & cp materia esset corpus. igitur corpus cœleste, ex eo cp nō est corruptibile, indicat cp materia in eo sit corporeitas, quę reperitur in actu: & anima, q̄ est in ea, nō habet situm in hoc corpore. nam hoc corpus non indiget in sua pmanentia aia, vt indigent corpora aialium: indigent tñ anima, non cp ex necessitate esse eoꝝ est vt sint habētia aiam, sed qm̄ melius ex necessitate eoꝝ est cp sint in dispōne meliori, et habentia aiam sunt meliora non habētibus eam. Corpora aūt cœlestia, non est differentia inter ea, cp non est eis potentia substantiæ, & non sunt necessario habentia materiam, vt sunt corpora generabilia, sed aut erunt, sicut dicit Themistius formæ, aut erunt eis materiæ æquiuoce. Ego vero dico, siue sint eędem materiæ, siue materiæ viuentes ex se, non autem viuentes vita.

Quæ materia dicat esse in cœlo. vide. 1. cœ. 92.

Quomodo corpora cœlestia indigeāt aia, & quomodo non. vide 8. Meta. cōm. 12.

ALGAZEL.

AIt Alga. Et respōsio est duobus modis. Primus quidem, quoniam sequitur sm opinionem eorum, ut sint omnia corpora mūdi antiqua, quibus nō est causa. Et, cùm dicunt quòd destructio huius scietur secunda cōsyderatione, destruetur quidem hoc eis in disputatione vnitatis, & ablatione attributorum post hanc disputationem præcedentem.

AVEROES.

AIt Auer. Ideſt quòd ipsi, cùm non possunt affirmare vnitatem, nec possunt affirmare cp vnū non sit corpus. nam, cùm non possunt remouere attributa, erit hoc primum apud eos substantia cum attributis: & quod est huiusmodi, est corpus, aut potentia in corpore: tunc sequitur eis vt primum, quod nō habet causam, sint corpora cœlestia. Attamen hic sermo sequitur dicenti sermionem, quem recitauit nomine Philosophorum. Philosophi vero non indigent ad esse primi non habentis causam eo, quod tribuit eis rationibus. nec ēt existimant cp ipsi nō possunt afferre rationē vnitatis, nisi per viam rōnis ex ablatione corporeitatis à primo principio. & hæc qō veniet postea.

ALGAZEL.

AIt Alga. Modus aūt Secundus, & est proprius huic disputationi est, ut dicat iam scimus cp ista entia habēt causam, sed forte illa habet cām, & causa causæ habet cām, & sic in infinitum. Cùm aūt dicunt cp affirmare causas infinitas est falsum, hoc quidē non cōuenit. qm̄ nos dicimus an scitis hoc de necessitate absq; medio, aut scitis hoc mediante aliquo medio? & non est modus rōnibus de necessitate, & quælibet via, quam vos dicitis cum cōsyderatione, destruēt vobis, cùm admittitis reuolutiones non habentes principium. &, cùm fuerit possibile, pcedere in esse ipsum infinitum, nō est inconueniens vt aliquod eoꝝ sit causa alicuius, & finiunt in vltimo extremo ad causatū, quod non habet causatū, & non finiunt ex alio latere ad cām non habentē causam, sicut tempus pręcedens habet finem, & est instans, et non habet principiū. Si aūt existimaueritis cp innouationes præteritę non reperiuntur simul in vno tpe, nec in aliquibus tēporibus: & quod non est, non denotatur fine, & priuatione finis, tunc sequitur hoc vobis in animabus holum, separatis à corporibus, quæ nō finiunt sm vos, & ente separato à corpore ex animabus infinitis. nam nunq̄ cessauit sperma ab hoie, & homo à spermate in infinitū. Vlterius, oīs homo mortuus remanet aīa eius, & est alia numero ab aīa eius, qui mortuus est antea, & cum eo, et post eum, licet totū sit vnum specie: ergo sm opinionē vestram sunt in esse in qualibet hora aię infinitæ. Si autē dixerit aię non habent copulationem adinuicem, & nō habent gradum, nec natura, nec positione. nos aūt negamus entia infinita cùm habuerint ordinē naturaliter, vt sunt causæ, & causata, aię vero non sunt sic. Dicimus hoc iudicium est positione, & non est dignius consequi q̄ contrarium eius. quare negastis vnā duarum partium, & non negastis aliā? & quæ est demonstratio distinguens? Et quare negatis ei, qui dicit cp istę animę infinitæ non euadent ab ordine, & gradu? & posteā esse alicuius earū est ante esse alterius. nam dies, & noctes præteritę sunt infinitæ: &, cùm consyderauerimus esse vnius aię in die, & nocte, tunc esset id, quod est in præsenti extra finem, & esset in ordine entitatis, s. aliquod post aliquod. Causa autem finis eius est vt dicat cp sit ante causatū naturaliter, vt dicit cp est supra causatum essentialiter, non in loco. &, cùm hoc non fuerit falsum in præcedenti vero, sic ēt non debet esse falsum in præcedenti essentiali naturali. & quæro qd habent in mente sua, cùm non ponunt possibile, vt sint corporum aliqua supra aliqua in loco in infinitum, & ponunt possibile aliqua entia ante aliqua tempore in infinitum? est ne hoc nisi iudicium frigidum sine radice?

AVEROES.

AIt Auer. Cùm dixit sed forte cā habet causam, & causa causæ habet causam, & sic in infinitū, vsq; quo, & oīs via, quam dicitis in hac re, destruetur vobis, admittendo reuolutiones nō habentes principium, est, pfecto dubitatio, cuius respōsio iam præcessit, cùm diximus cp Philosophi non admittunt causas, et causata infinita: qm̄ deuenietur ad causatum, cui non est causa: & cōcedunt hoc per accidens, ppter cām præcedentē: sed nō cùm sunt directe, & simul, nec in materijs infinitis, sed cū fuerit circulariter. Id autē, quod recitat de Auicenna, cp ipse admittit aīas infinitas, & hoc nō est impossibile nisi habēte situm, est sermo nō verus: quē nemo Philosophoꝝ dixit. & impossibilitas eius apparet ex demōstratione vniuersali, quā recitauimus de eis. Et non sequit Philosophis aliquid eius, quod intulit eis ex hac positione, s. sermone dicēte cp sint aię infinitæ in actu, &, ppter hoc dixit de migratione aīarum ex corpore in corpus, ex eo cp aię sunt numeratæ

meratæ numeratione sui diuiduoꝝ, & cp remaneāt. Et, cùm dixit & quare non admittunt corpora, quorū aliquod est supra aliquod in loco in infinitū, & cū admittunt reperiri aliquod eoꝝ antē aliquod in tpe in infinitum: est ne aliqd hoc, nisi iudiciū frigidum? dīa profecto inter ea apud Philosophos est manifesta. nā ponere corpora infinita simul, sequit ex eo vt reperiatur infinito totū, & cp sit in actu. & hoc est falsum. tempus vero non habet situm: & nō sequitur ex eo cp sunt corpora, quoꝝ aliquod est ante aliquod in infinitum, vt sit infinitum in actu, quod est impossibile apud eos.

ALGAZEL.

AIt Alga. rūdens pro Philosophis. Si autē dixerit, demōstratio qdem incisiua de falsitate eius, cp proueniat ad ifinitum, est vt dicatur vnumquodq; indiuiduoꝝ causarum, aut erit possibile ex se, aut necessarium. si necessarium, non indiget cā. si vero possibile, ergo totū est denominatum possibile: & oē possibile indiget causa addita substantiæ eius: igitur vniuersum indiget causa extra se.

AVEROES.

AIt Auer. Hæc demonstratio, quā recitauit Alga, nomine Philosophoꝝ, primus, qui dedicauit eam Philosophis, fuit Auicēna, ita cp sit via optima viarum Antiquorum: qm̄ existimauit cp sit de substātia entis, & cp via holum est ex accidentibus cōsequentibus primū principium. Attamē est via, quā Auicēna assumpsit ex Loquētibus, qm̄ Loquentes tenent cp est notū per se ens diuidi ad possibile, & necessarium: & ponere aliqd possibile infert cp habeat agēs: & ideo mūdus vēr, cùm fuerit possibilis, necesse est vt agens eius sit necessariū in esse. Hęc est credulitas Mahatazalę: & est sermo bonus: & non est in eo falsitas, nisi in eo, quod posuerunt, cp mūdus vēr sit possibilis, nam hoc non est notum per se. Et voluit Auicēna cp sit vēr hęc, ppositio, & intelligit per possibile id, quod habet cām, vt dixit Alga, &, cùm large appellauit hoc nō extendit ei diuisio ad id, quod vult, nā diuisio entis, primo ad id, quod habet cām, & id, quod non habet cām, nō est nota per se. Vlterius habens cām diuiditur ad possibile necessariū. Si intellexerimus possibile verū, finit ad possibile necessarium, & non finitur ad necessarium, non habens cām. Si vero intellexerimus de possibili id, quod habet cām, & est necessariū, non sequitur ex hoc, nisi cp habēs causam habeat cām: & possumus ponere cp illa cā habeat cām, & procedet in infinitum: ergo non finit res ad ens, non habens cām. & est id, qd intelligunt per necessariū in esse: nisi intelligat de possibili posito distincto contra non habens cām, quod est possibile verū. nam hæc possibilia sunt, in qbus est falsum deuenire causas in infinitū. Si vero intellexerit per possibile id, quod habet causam, ex rebus necessarijs, adhuc non est declaratū cp hoc sit falsum eo modo, quo declaratū est in entibus possibilibus in rei veritate. & nō est declaratum adhuc cp sit hic necessariū, indigens causa, vt sequatur ex hac positione, ut finitatur ad necessarium absq; causa, nisi declaret cp dispositio in vniuersali necessario, quod est ex causa, & causato sit sicut est dispositio in vniuersali possibili.

ALGAZEL.

AIt Alga. Dicimus cp dictio possibilis, et necessarij est dictio indefinita: nisi intelligat per necessarium, cuius esse nō habet cām. &, si hoc intelligunt, reuertamur ad hanc dictionem. Et dicimus aliquod totum est possibile, in eo cp habet cām, additam substātiæ eius: & totū non est possibile, in eo qđ non habet cām additā substantiæ eius extra eā. si aūt intelligit per dictionē possibilis, aliter q̄ nos intelligimus, est qd non intelligibile. Si aūt dixerit, hoc inducit vt cōstitua tur necessariū in esse per possibile in esse, quod est falsum, dicimus si intelligitis per necessariū, & possibile, id, quod nos intelligimus, est ipsummet quæsitū, & nō concedit cp sit falsum. & est sicut sermo dicētis, falsum est cōstituere antiquū per innouationes, et tēpus apud eos est antiquū, & vnitates reuolutionum sunt innouatę, & habent principium: aggregatum vero non habet principiū in habentibus principiū: & verificanī habentia principia de vnitatibus, & non verificanī de aggregato. & sic dicit causa de vnaquaq; earū, & non dicitur de aggregato, cp habeat cām. & non oē, quod verificat de vnitatibus, necesse est vt verificetur de aggregato, posteā de vnaquaq; verificat cp sit vna, et cp sit aliqua, & cp sit pars, et non verificat de aggregato. & quibet locus demonstratus in terra est illuminatus à Sole in die, & obscurus in nocte, & vnusquisq; est innouatus, posteā nō fuerat ei principium: aggregatum aūt apud eos habet principiū. & est manifestum cp qui admittit innouationes nō habentes principium, & sunt formæ q̄tuor elementoꝝ, non pōt euadere à possibilitate causarū infinitarū. & cōcludit ex hoc cp nō eis est via ad cōstituēdum primum principium pp hanc dubitationē, & confusionem. & sit sermo eorum industria absolute.

AVEROES.

AIt Auer. Ponere cās possibiles infinitas sequit ex eo ponere possibile, cui nō est agens. ponere vero res necessarias, habētes causas infinitas, sequit ex eo vt sit id, quod positū est habere cām, non habere cām. Et hoc, pfecto est verū, nisi cp sallitas, q̄ sequitur ex talibus causis, est alia ab ea, quæ sequit ex causis à natura possibilitatis. Quare, si aliquis voluerit, vt platio huius sermonis Auicēnæ sit, platio demonstrationis, & faciat sic entia possibilia, impossibile est vt sint absq; causis, & pcedet in infinitū, &, si procedit in infinitū, non erit ibi cā. & sequit cp sit possibile sine cā: & hoc est falsum. & non est falsum cp deueniet ad cām necessariā. & hæc cā necessaria nō euadit quin sit necessaria, aut cum cā, aut sine cā. si cum cā, interrogetur etiā de hac cā, & aut deuenient cāę in infinitū, & sequet vt sit absq; cā id, quod positum fuit cum cā. & hoc est falsum. & impossibile est quin finiat ad cām necessariam absq; cā, i. ex se. & hoc est necessariū in esse necessario. & in hac specie diuisionis erit demōstratio vera. Sed, cùm pferetur eo modo, quo ptulit Auic. nō est verum multis modis. & primo qm̄ possibile positū in ea est æquiuoce. & diuisio entis primo in ea ad possibile, & impossibile nō est uera, s. non est diuisio includens ens, in eo cp est ens. Cùm autē dixit in dubitatione contra Philosophos, & dicimus aliquod totū est possibile, in eo cp est ei cā addita substantiæ eius. i. &, cùm cōcesserint Philosophi cp intelligunt per possibile in esse id, quod habet cām, & per necessariū in esse id, quod non habet cām, dicit eis non, phibetur sm radices vestras, quin sint cāę, & causata infinita, & erit totum aggregatum necessarium in esse. nā ex radicibus eoꝝ est cp ipsi admittūt vt sit ratio partis diuersa à ratione totius, & aggregati. Qui qdem sermo, est in eo inuolutio multiplicitet. & primo, qm̄ ipsi non admittunt causas per se infinitas, vt diximus superius, siue sint causæ, & causata à natura possibilis, siue à natura necessarij, vt declaratum est ex sermone nr̄o. Et deceptio, quę sequit Auicēnæ in hoc sermone est vt dicatur ei, cùm diuisisti ens ad possibile in esse, & necessariū in esse, & fuit intentio tua per possibile in esse id, quod habet cām, & per necessarium id, quod non habet cām, impossibile quidē est tibi afferre demonstrationem, cp sit impossibile vt sint causæ infinitæ: qm̄ sequitur ex hoc cp sunt infinitę, vt sint ex entibus non habentibus cām, & erunt de genere necessarij in esse præcipue, cùm sit possibile apud

eos vt

eos vt constituat æternum ex causis infinitis, & vnaquęq; earum est innouata. Accidit autē huic sermoni hæc inuolutio pp diuisionē eius entis ad habens cām, & non habens cām. si aūt diuisisset id eo modo, quo diuisimus nos, non esset ei aliqua harum dubitationum.

Cùm aūt dixit q̄ Antiqui cōcedunt q̄ iam constituit antiquū ex infinito, ex eo q̄ cōcedunt reuolutiones infinitas, est sermo corruptus. nā de hoc dicit nomē antiqui cum antiquo, quod est vnū æquiuoce. Cùm autē dixit, si aūt diceret hoc, inducit vt cōstituatur antiquū necessariū in esse per possibile in esse, dicimus si intelligitis per possibile, & necessariū id, quod nos intelligimus, est ipsummet quæsitū, & non cōcedimus q̄ sit falsum. i. q̄, si intelligunt per necessariū id, quod nō habet cām, & per possibile id, quod habet cām, non concedimus q̄ sit absurdū constituere id, quod non habet cām p causas infinitas. nā, cùm ponimus q̄ hoc sit falsum, ablatio causarū infinitarū. & positio vestra est de necessario in esse, & est cōclusio vestra, quā intenditis declarare. Deinde dixit, & est sicut sermo dicentis est falsum cōstituere antiquum per innouata: & tēpus apud eos est antiquū, & vnitates reuolutionū sunt innouatę, & habent principiū, & aggregatum non habet principium: igit constituit id, quod non habet principiū, per reuolutiones habentes principium, & est verū q̄ vnitates sint habentes principiū. & non est verū de aggregato, postq̄ sit verū de vnaquaq; earū q̄ sit vna, & q̄ sit aliqua, & q̄ sit pars, & nō sit verum de aggregato, i. q̄ nō est falsum vt cōstituatur non habens cām p causata infinita, vt constituit antiquū apud vos p innouata infinita. nam tēpus apud eos est antiquū, & tm constituit per tpa innouata. & sic motus orbis apud eos est antiquus, & reuolutiones, ex qbus constituit, sunt infinitę.

Attamen rnsio est, q̄ Philosophi, nō est de radicibus eorū q̄ sit antiquū permanens ex parte partiū innouatarū, in eo q̄ sunt infinitę: sed ipsi negant hoc, magis q̄ oēs holes. Sed hoc est ex sermone Hęreticorū. nam aggregatum nihil, phibet quin aut sit ex indiuiduis finitis generabilibus, & corruptibilibus, aut ex infinitis, si ex finitis, oēs quidem in hoc cōueniunt q̄ totum, i. genus est gnabile, & corruptibile. si vero ex indiuiduis infinitis, Hæretici quidē ponunt q̄ est possibile, aut necessariū vt sit aggregatū æternum absq; cā, à qua pueniat. Philosophi aūt admittunt hoc, & tenēt q̄ talia tota, ex eo q̄ cōstituunt p indiuidua possibilia gnabilia, & corruptibilia, impossibile est eis vt sint absq; cā extra totū eorū continua æterna, qua ponimus hæc tota in æternitate: & nō existimant ēt q̄ falsitas causarū infinitarū sit pp falsitatē constitutionis antiqui per id, quod est infinitū. & ipsi dicunt q̄ sunt hic motus diuersi in toto, cōtinui, & nō cessantes: quia est hic motus vnus numero æternus. Et cā, quare sunt hic corpora gnabilia, & corruptibilia sm partē, æterna vero sm totum, est qm est hic ens æternum sm partē, & sm totum, & est corpus cœleste. & motus infiniti sunt æterni genere pp vnum motum continuū, et est motus corporis cœlestis. & nō est motus cœli cōpositus ex multis reuolutionib⁹, nisi in intellectu tm. & motus corporis cœlestis acquisiuit æternitatē, licet fuerit gnabilis, & corruptibilis sm partes ex motore, in quo impossibile est vt aliqsi moueat, & aliqn non moueat, & ex moto, in quo impossibile est vt moueatur aliqn, & quiescat aliqn, ex eo q̄ mouetur, vt reperiť hoc in motis, quæ sunt hic. Opinio aūt hominū de totis, i. generibus est triplex. Prima opinio eius, qui tenet q̄ oē totum est generabile, & corruptibile, qm est finitū in indiuiduis. & Secunda est opinio eius, qui tenet q̄ ex totis aliqua sunt, quæ sunt æterna, non habētia principium, nec finē, ex eo, quod apparet de eis, q̄ sunt ex indiuiduis infinitis. & diuidit in duas sectas, nā aliqui dicunt q̄ talia tota cōuenit eis cōmissitas ex eā necessaria vna numerò, sin autē, eueniet eis vt eorrūpant infinities in tpe infinito. & isti sunt Philosophi. & aliqui crediderūt q̄ esse indiuidua eorū in infinitum, sufficit vt sint æterni, & sunt Hęretici. Et considerare ueritatē de his tribus opinionibus, & summa disputationis reducit ad has tres radices, & sunt an mundus sit æternus, vel nō æternus: & an sit ei agēs, vel nec & sermo Loquētium, & dicentis innouationē mundi est vna secta, & sermo Hæreticorū est alia secta, & sermo Philosophorū est medius iter eos. Et, hoc habito, declarabitur tibi q̄ sermo dicentis q̄ admittens causas infinitas, impossibile est ei cōstituere cām primam, est sermo falsus. sed quod magis videt est contrariū eius, & est q̄, q nō cōcedit q̄ sint cāę infinitę, nō poterit cōstituere cām primam æternā, qm esse causata infinita est id, quod determinauit necessitatē causæ æternæ, ex qua emanat infinitū esse. sin autē, necesse esset vt finitē tur tota, quorum vnumquodq; indiuiduū innouatur, & hoc modo tm possibile est vt sit antiquum causa innouatorū, et esse infinita innnouata infert esse Primum antiquum, vnum glo. & non est Deus alius ab eo.

ALGAZEL.

Alt Alga. rndens pro Philosophis qōni, quam fecit eis. Si aūt diceret reuolutiones nō reperiunt in aliq̄ hora, neq; formæ elementorū, sed id, q̄ reperiť ex eis, est vna forma in actu, & id, quod nō reperitur, nō denoīatur à finitate, neq; ab infinitate, nisi cū imaginet in imaginatione esse eorū. & non est inconueniens id, quod consyderat in imaginatione, licet fuerint cōsyderata, q̄ sint aliq̄ earum cāę aliquorū. nā hoc hoc euenit in imaginatione sua. Sermo aūt est in entibus, puę sunt, nō in entibus in intellectu: & nihil remanet, nisi aię mortuorū. Et tā concessit aligs Philosophorū in hoc, q̄ fuit vna æterna ante alligantiā eius in corporibus, & apud separationē ex corporibus vniuntur nō erit eis numerus, quāto magis vt denoter q̄ non habet finē. Et dixerunt alii, ala sequitur complexiones: & mors est priuatio eius, & non habet cōsistentiam in se absq; corpe: igit non est esse aleę, nisi cū viuunt. & vita, quæ reperit, includitur, & nō aufertur finis ab ea, quæ vero nō sunt, non denominant oino, nec finito, nec priuatione eius nisi existimatione, cùm ponantur in esse.

ALGAZEL.

Alt ēt Alga. Et rnsio q̄ hæc dubitatio de ałabus plurimū ei⁹ euenit nobis ab Auicēna, et Alpharabio, & verificātibus ex eis, cū iudicauerint q̄ ała sit substātia existens per se. & est opinio Aristo. & expositorū Antiquorū eius. Et ei, qui declinat ab hac via, dicimus an imaginet q̄ innouetur in oī instanti aliquid pmanens, vel nesi dixerit q̄ non, est falsum. si vero q̄ sic, dicimus, cū consyderauerimus omni die innouari aliqd, & pmanere aggregata, sunt, p certo hoc sq; entia infinita, & reuolutiones, licet fuerint incisæ, puenire quidē aliquod ens ex eis, quod permanet, & nō finitur, nō est falsum. & hac cōsyderatione quiescent dubitationes. & non est opus nobis declarandi an sit hoc permanens aīa, aut hō princeps, aut Diabolus, aut Angelus, aut sit quicquid vis ex entibus. & hoc sequit eis omnimode, cùm affirmant reuolutiones infinitas.

AVEROES.

Alt Auer. Responsio aūt ex Philosophis, q̄ reuolutiones præteritæ non sunt, & sic formę elemētorū præteritæ generatæ ab inuicē non sunt, & quod nō est non denominat, nec finitate, nec infinitate, non est rnsio vera. & iam præcessit hoc. Et quod dubitauit contra eos de credulitate eorū in aīabus, non est aliquid huius in opinionibus Philosophorū. & permutare de quæstione in qōnem est operatio sophistica.

Disputatio

DISPVTATIO QVINTA.

DE DECLARATIONE, QVOD NON POSSVNT AFFERRE RATIONEM, QVOD DEVS GLO. SIT VNVS: ET QVOD IMPOSSIBILE EST PONERE DVO NECESSARIA IN ESSE, ET QVODLIBET EORVM NON HABEAT CAVSAM.

ALGAZEL.



Alt Alga. Ipsi autem adducunt rationem in hoc duabus vijs. Prima quidē est, quia dicūt, si essent duo, tunc esset aliquod necessariū in esse, dictum de vnoquoq; eorū: & id, de quo dicitur necessarium in esse, aut erit necessitas eē sui ex se, & nō imaginatur q̄ sit ex alio: aut necessitas esse sui erit ei ex causa, & substātia necessarij in esse erit causata, & determinat causam, ex qua est ei necessitas essendi. Nos aūt non intelligimus per necessariū in esse, nisi id, cuius esse nō habet alligātiam eum causa aliquo modo. & existimauerunt q̄ species hominis dicitur de Socrate, & Platone, & nō est Socrates homo ex se. nam, si esset homo ex se, nō esset Plato homo, sed ex causa, quę posuit eum hominē. & iam posuit ēt Platonem hoīem, et plurificatur humanitas plurificatione materiei, puenientis, & alligantia eius in materia intelligibili, non ex substantia humanitatis. & sic constitutio necessitatis esse necessario in esse, si esset ex se, non erit nisi ei. nam, si esset ex cā, tunc tm est causatum: & nō est necessarium in esse: ergo apparet ex hoc q̄ necessarium in esse impossibile est quin sit vnū. hic est sermo, quem posuit Alga. Deinde dixit.

ALGAZEL.

Alt Alga. rnsdens per viam contradictionis. Dicimus cùm dicitis aliqua necessitas in eē, quæ est necessario in esse, aut est ex se, aut ex cā, est diuisio falsa in positione sua. qm nos declarauim⁹ q̄ dictio necessitatis in esse tollerat multas expositiones, nisi intelligat per eā ablationem cāę, et vsus fuit hac dictione.

Et dicimus q̄ nō est falsum constituere duo entia non habentia primum, quorum alterum non sit causa alterius. &, cùm dicitis q̄ nō habens cansam nō habet causam aut ex se, aut ex causa, est diuisio falsa. nam ablatio causę, & non indigere causa, non quæritur de eo causa.

Et quid valet sermo dicētis q̄ non habens cām, si non fuerit ei causa ex se, aut ex cā, cùm dictum nostrum nō habere cām, sit negatio absoluta, & negatū absolutum non habet cām, & non dicitur de eo q̄ sit ex se, aut nō ex se. Si vero intelligitis per necessarium in esse attributū secundū necessitati in esse, præter q̄ sit ens, cuius esse non habet cām, non est quidē intelligibile in se, & quod attribuitur tibi de dictione ablationis cāę in esse eius, & est negatū absolutum, non dr de eo q̄ sit ex se, aut ex cā, vsq; quo ædificemus in positione huius diuisionis qōnem. & significat q̄ hæc sit demonstratio falax, quæ nihil est. sed dicimus q̄ aliquid esse necessariū in esse est q̄ eius esse non habet causam, nec habet causam vt sit absq; causa omnino, & esse eius sine causa non est causatum etiam ex se, sed nō est causa esse eius, nec causa q̄ sit sine causa omnino. Et hæc diuisio non innititur aliqbus attributis constitutionis, quanto magis vt reducitur ad negationem. Nam, si aliquis dixerit nigredo aut est color ex se, aut ex causa. si ex se, oportet vt non sit rubedo color, & vt nō sit hæc species, scilicet coloris, nisi substantiæ nigredinis. si vero nigredo esset color ex causa, quæ posuit eam colorem, ergo intelligitur nigredo, quæ non est color, i. non ponit ēam causam colorum. nam omne, quod constituitur substātia, additum substātiæ ex aliqua causa, potest consyderari priuatio eius existimatione, licet nō verificetur in esse. & ideo dicit q̄ hæc diuisio est fallax positione, & non dicit q̄ dicere nigredinem esse colorem ex se sit sermo q̄ impossibile est vt sit ex alio q̄ ex se. & sic nō dicit q̄ dicere hoc ens est necessarium in esse ex se, i. non habēs causam in esse suo, q̄ sit sermo q̄ impossibile est vt sit ex causa, alia à substantia sua.

AVEROES.

Alt Auer. Hæc via præcipue est via Auicennæ: & non est via alicuius Philosophorū Antiquorum: & est sermo compositus ex propositionibus generalibus, quæ quasi dicunt æquiuoce: & ingreditur in eas propter hoc quæstio, & contradictio multotiens, quare cùm diuidantur ista, & speculetur intentum eorum, appropinquatur sermonibus demonstrationis. Et sermo Alga. in prima diuisione q̄ sit diuisio corrupta est sermo nō verus. nam ipse dicit q̄ id, quod intelligitur de necessario in esse, est id, quod non habet causam. & tm, si aliquis dixerit de nō habente cām aut non habet cām ex se, aut ex cā, esset sermo falsus. & sic sermo dicētis in necessario in esse, aut erit necessarium in esse ex se, aut ex causa. et nō est sic. Attamen sermo est an sit necessarium in esse ex natura sibi, ppria, ex eo q̄ est vnum numero, aut ex natura cōi ei, vt dicimus an Socrates sit homo, ex eo q̄ est Socrates, aut ex natura cōmuni ei, & Platoni. si autē esset homo, ex eo q̄ est Socrates, nō reperiret humanitas alterī. si vero est ex parte naturæ cōis, tunc est cōpositus ex duabus naturis, vniuersali, & particulari. cōpositum autē est causatum: & necessariū in esse non habet cām: ergo necessarium in esse est vnum. cùm aūt sermo proferī hoc modo, sermo Auicēnæ erit verus. Et, cùm dixit & negatum absolutū non habet cām, et non dicitur de eo q̄ sit ex se, aut ex alio, nō est sermo verus etiam, qm res tam negatur à re, aut, ppter aliquid simplex sibi proprū: & est id, quod hic debet intelligi, cùm dicit ex se, aut pp attributum ei non proprium: & est id, quod debet intelligi hic, cùm dicitur cā. Et, cùm dixit q̄ hoc non est verū in attributis affirmatuis, quāto magis negatuis. et cōtradixit huic per exēplum, quod adduxit de nigredine, & colore. Et dispositio sermonis eius est q̄, cū dicimus de nigredine q̄ sit color, nō diuidit verum & falsum de eo sermo dicentis aut erit color ex se, aut ex cā. sed ambo sermones sunt falsi. nam, si esset color ex se, necesse est vt nō sit rubedo color. quēadmodum, si ēet Socrates homo ex se, necesse est vt non sit Plato hō. si vero esset color ex causa, necesse est vt sit hoc attributum additum substantiæ: & omne, quod est additum substantiæ, potest imaginari ex se absq; addito. & hæc positio facit vt sequatur q̄ imaginetur nigredo absq; coloreitate. & hoc est falsum. attamen est sermo sophisticus propter æquiuocationem nominis causæ. Et ēt cùm dicimus ex se, quoniā cùm intelligitur de substantia oppositum eius, quod est per accidens, est verum dicere q̄ colori reperitur nigredo ex se: & nihil prohibet quin sit alij, i. rubedini. cùm vero intelligitur q̄ sit nigredini ex causa, idest ex alia re vltra nigredinē, si ex causa non exeunte à re, non sequitur ex eo vt imaginetur nigredo absq; coloreitate. nam genus est quid additum differētiæ, & speciei: & impossibile est imaginari speciem, aut differentiam absq; genere. hoc tm est possibile

sibile addito accidentali, nō autem addito substantiali. & sic diuidit ver, & falsum dictum nostrū, q̄ color est nigredini ex se aut ex causa, i. q̄ color aut inest nigredini, in eo q̄ est substātia nigredinis, aut in eo q̄ est quid additum nigredini. Et hoc est, quod intelligit Auicenna, cùm dixit q̄ necessarium in esse aut est necessarium in esse, ꝓpter aliquid proprium sibiipsi, aut ꝓpter aliqd additum sibi: quod nō est proprium, si propter aliquid sibi, ꝓprium non imaginantur ibi duo entia, & vnumquodq; eorū quod sit necessarium in esse. si vero esset propter aliquid commune, tunc vnumquodq; eor̄ est cōpositum ex re cōmuni, & re propria: cōpositum aūt non est necessarium in esse ex se. &, cùm sic fuerit, tunc sermo Alga. quid, phibet quin imaginentur duo entia, & vnumquodq; eor̄ est necessarium in esse, est sermo falsus. Si aūt diceret q̄ iam dixisti q̄ hoc est propè demonstrationem, & est manifestum ex eo q̄ sit demonstratio, dicimus q̄ diximus hoc, qm̄ vis huius demonstrationis est vis sermonis dicentis q̄ alietas inter duo posita necessaria in esse aut erit alietas in indiuiduo, & cōmunicant in attributo speciei: aut in specie, & cōmunicant in attributo generis, & ambę alietates reperiuntur in cōpositis. Attamen diminutio huius à demonstratione est, qm̄ declaratum est q̄ sunt hic entia diuersa, & sunt simplicia, quæ non differunt in specie, nec differunt in indiuiduis, & sunt intelligentiæ separatæ. quare declaratū est de eis q̄ necesse est vt sit in eis posterius in esse, & prius. sin autem, non intelligitur ibi alietas omnino. Demonstratio autem Auicēnæ completur hoc modo. Necessarium in esse si esset duplex, aut erit alietas, quæ est inter ea numero, aut specie, aut prioritate & posterioritate. Si autē diuersitas, quæ est inter ea, est numero, tunc essent conformia specie. si vero esset diuersitas specie, tunc essent cōformia genere, & ſm hęc duo necesse esset vt sit necessarium in esse cōpositum. Attamen, si esset alietas, quæ est ab inuicem in prioritate & posterioritate, sequeretur vt esse necessarium in esse vnum, & est causa amborum: & hoc est verum: ergo necessarium in esse est vnum, si non sunt hic, nisi hæ tres partes, quarum duæ cadent, & verificatur pars remanens, quæ necessitat separationem necessarij in esse circa vnitatem.

ALGAZEL.

AIt Alga. Secunda vero via eorum est, cùm dicunt, si ponimus duo necessaria in esse aut erūt similia omnimode, aut diuersa. Si similia omnimode, non intelligitur numeratio, & secundatio. nam nigredines sunt duæ, cùm fuerint in duobus subiectis, aut eodē subiecto, sed in duobus temporibus, cùm nigredo, & motus in eodem subiecto, & eodem tpe sunt duæ, ꝓpter diuersitatem substātiarum earū. cùm vero non differant ambæ substantiæ, vt sunt nigredines, cū vnitate tpis, & loci non intelligit numeratio. Si aūt est possibile dicere in eodem tpe, & eodem subiecto duas nigredines, tunc possibile est dicere in vnoquoq; indiuiduo q̄ sunt duo indiuidua, & tm̄ nō discernitur inter ea alietas. Et, cùm falsa sit assimilatio omnimode, & non pōt fieri absq; alietate, & non erit in tempore nec in loco, non remanet nisi diuersitas in substātia. & quotienscunq; diuersificātur in aliquo, aut cōmunicant in aliquo, aut non cōmunicant in aliquo. si non cōmunicant in aliquo, est falsum, qm̄ sequitur q̄ non cōmunicent in esse, nec necessitate in esse, nec in eo, q̄ vnumquodq; extitit in se, non in subiecto. cùm vero communicant in aliquo, & diuersificātur in alio, erit id, ex quo prouenit cōmunicatio, aliud ab eo, ex quo prouenit diuersitas. & erit cōpositio, & diuisio in sermone. Attamen necessarium in esse, non est in eo cōpositio, nec diuisio. &, sicut nō diuiditur in quātitate, sic non diuidit̄ in sermone declarante, cùm non cōponatur substantia eius ex rebus, quæ cōnumerationē indicat sermo declarans. sicut est significatio animalis, & rationalis de eo, quo constituitur quiditas hominis, quæ est animal rōnale: & significatio dictionis animal de hoſe alia est à significatione dictionis rōnale: & erit homo cōpositus ex partibus ordinatis in definitione cum sermone significante illas partes: & erit nomen hominis aggregatio eār. & hoc non imaginatur, & aliter non potest imaginari alietas. Respōsio aūt est, cōceditur q̄ non pōt imaginari secundatio, nisi cū diuersitate in re: & similis omnimode nō imaginatur diuersitas eor̄. sed dictum vestrū, q̄ hæc species cōpositionis est falsa in primo principio, est industria absoluta. & quæro quæ est demonstratio in hoc. non autē deputabimus hāc disputationē separatim. nam ex sermone eorū famoso est q̄ primum principiū non diuiditur sermone declarante, sicut non diuiditur quantitate. & super hoc ædificatur constitutio vnitatis Dei glo. apud eos.

AVEROES.

AIt Auer. Alga. nō consyderauit inuolutionē, q̄ est in hac via secūda. & incœpit loqui cū eis cū posibilitate plurificationis in definitione necessarij in esse, quod ammouerunt ab eo, & voluit ponere id disputationem separatim. qm̄ Loquentes sectę Assariæ admittunt in primo principio pluralitatē, cùm posuerint id substantiā cum attributo. Inuolutio autem, quæ est in hac via secunda, est qm̄ distincta iam distinguuntur in substantijs suis, absq; eo, q̄ cōmunicent in re, nisi dictione tm̄. & hoc quidem, cùm non communicent in genere oīno, neq; propinquo, neq; remoto, vt est nomē corporis apud Philosophos, quod dicitur de corpore cœlesti, & corpore corruptibili: &, sicut nomē intellectus, quod dicitur de intellectu humano, & intelligentijs separatis: & sicut nomē entis, quod dicitur de rebus generabilibus & corruptibilibus, ac æternis. nā tales dictiones verisimilius est vt ingrediātur in nomina æquiuoca, q̄ vt sint in noībus vniuocis: ergo nō est necesse in entibus diuersis vt sint composita. Et, qm̄ diminutus fuit Alga. in rndendo eis hac via, in hoc sermone eor̄ incœpit primo adaptare opinionem eorum præcipue, & deinde conatur contradicere eis.

ALGAZEL.

AIt Alga. recitās opiniones Philosophorum. Sed existimauerunt q̄ vnitas non perficit, nisi affirmatione vnitatis substantiæ Dei glo. omnimode. affirmatio autem vnitatis est ablatio pluralitatis omnimode. Attamen pluralitas intelligit̄ in substantijs quinq; modis. Primus quidem est diuidi in actu, aut cogitatione. vnde non erit corpus vnum vnū simpliciter. nā est vnum cōtinuatione vniuersali, recipiēte negationē q̄ sit diuisibile cogitatione in quātitate, qđ est falsum in primo principio. Secundus, q̄ diuidatur res in intellectu ad duas res diuersas, non quantitatiue, vt diuidit̄ corpus in materiā, & formam. nam vnumquodq; eor̄, licet non imaginet̄ q̄ possit constitui ex se absq; alio, sunt tm̄ duo diuersa definitione, & veritate, & prouenit ex ambobus vnum, & est corpus. & hoc etiam remouetur ab ipso Deo glo. nam impossibile est vt sit Deus glo. forma in corpore, nec materia, nec ambæ simul. Quòd autem non ambę, hoc est duabus causis, quarum vna est, qm̄ esset diuisibilis quātitate apud separationem actu, aut cogitatione. secunda vero, quia esset diuisibilis in re ad formam, & materiam: & non erit materia, qm̄ indigeret forma. necessariū aūt in esse est sibi sufficiens omnimode, & impossibile est vt copuletur esse eius cum aliqua conditione alia ab eo, nec erit forma indigens quidē materia. Tertius autē, pluralitas attributor̄ consyderatione scientiæ potentiæ, & voluntatis

& voluntatis. nam hæc attributa, si essent necessaria in esse, tunc esset necessarium in esse, cōmune inter substātiam, & hæc attributa, & causaret pluralitatem necessario in esse, & auferetur vnitas. Quartus autem, pluralitas intellectualis, prouenies ex cōpositione generis, & speciei. nam in nigredine est nigredo, & color: & nigredo est aliud q̄ coloreitas in intellectu: sed coloreitas est genus, & nigredo differentia: ergo est compositum ex genere & differentia. & animalitas est præter humanitatem in intellectu. nam homo est animal rationale, & animal est genus, & rationale est differētia, & est cōpositus ex genere, & differētia. & hæc species pluralitatis existimauerunt etiā q̄ remouetur à primo principio. Quintus vero, pluralitas, quæ sequitur ex parte quiditatis, & ex parte esse illius quiditatis. nam homo habet quiditatem ante esse, & esse superuenit ei, & refertur ei, & sic triangulus habet quiditatem, & est q̄ sit figura, quam circūdant tria latera. & esse non est pars quiditatis, et esse nō est pars substātię huius quiditatis, eam cōstituens. vnde potest intellectus percipere quiditatē hoīs, & quiditatem triāguli: & tm̄ non scit an habeant esse in rer̄ natura, vel ne. &, si esse cōstitueret quiditatē, non imaginaret̄ constitutio qditatis in intellectu ante esse eius. Igitur esse referī quiditati, siue sit copulatū ei, ita q̄ nō erit hæc quiditas, nisi sit existens, vt cœlum, siue eueniens, postq̄ nō fuerat, vt est quiditas hominis de Socrate, & Platone, & quiditas accidētium, & formarū innouatarum in Socrate. & existimauerunt q̄ hæc pluralitas etiā oportet vt auferatur à primo, & dixerunt q̄ non habet quiditatem, cui esse refertur, sed esse, quod oportet vt sit ei, est vt est quiditas alteri. Igitur esse necessarium quiditas eius, & essentia eius, & natura eius & verificatio eius: vt homo, & arbor, & cœlum est quiditas: nam, si constitueretur ei quiditas, esset esse necessariū copulatum illi quiditati, & non constituens eam: copulatum aūt est sequens, & causatum: ergo esse necessarium est causatum, & contradicit ei q̄ sit necessarium.

AVEROES.

AIt Auer. Hoc est id, quod recitauit Alga. ex sermonibus Philosophor̄ in auferendo pluralitatem ab uno ipso: & postea incipiet adaptare id, in q̄ contradixerunt sibi ipsis in hac re. Et oportet nos consyderare primo in his sermonibus, quos dedicauit ipsis, & declarabimus gradum eor̄ in veritate, deinde speculabimur in eo, quod accipit ipse de cōtradictione eis, deinde speculabimur in eo, quod contradicit eis in hac quæstione. Prima autem specierum diuisionis, de qua dixit q̄ eā auferunt Philosophi à primo principio, est diuidi quātitatē cogitatione, aut esse. & est decretū apud oēs credentes primum principium non esse corpus, tam apud eū, qui credit corpus cōpositum esse ex partibus non diuisibilibus, q̄ apud eū, qui credit q̄ nō sit cōpositum ex eis. & demōstratio de hoc est demonstratio q̄ nō sit corpus: & postea loquemur de hac demonstratione. Secunda aūt species est diuidi qualitatę, vt diuiditur corpus ad materiam, et formam. & hoc quidē opinione eius, qui tenet q̄ corpora sunt cōposita ex materia, & forma. & est opinio Philosophor̄. & non est hic locus verificationis vnius duarū opinionū. & hęc diuisio aufertur à Primo ipso, etiā apud omnem credentē q̄ ipsum non sit corpus. Auferri aūt corporeitatem à Primo, ex eo q̄ est necessarium in esse ex se, loquemur de eo notificatione gradus sermonis facti in hoc pfecte. Et hoc, quod dixit, q̄ necessarium in esse sufficit absq; alio, ideſt q̄ non constituit̄ ex alio, corpus vero constituit̄ ex forma & materia, & vtraq; non est necessaria in esse, qm̄ forma non est non indigens materia, & materia etiam nō sufficit nisi cum forma, in hoc est consyderatio. nam corpus cœleste nōn est compositum ex materia, & forma, sed est apud eos simplex: & tm̄ existimatur q̄ sit verum dicere de eo q̄ sit necessarium in eē ex se. & postea veniet hæc disputatio. Nos autem non scimus aliquem Philosophor̄ credere corpus cœleste esse compositum ex materia, & forma, vt sunt corpora cōposita, quæ sunt sub eo, nisi Auicēnam tm̄. & iam locuti sumus de hac quæstione in multis locis, & adhuc loquemur de ea in posterum. Tertia autē declaratio, & est auferri pluralitatē attributorum à necessario in esse. qm̄ ista attributa, si essent necessaria in esse, & substātia necessaria in esse, tunc esset necessarij in esse plura vno ente. &, si sunt causata à substātia, necesse est vt non sint necessaria in esse: & erit ex attributis necessarij in esse aliquod, quod non est necessarium in esse: aut erit hoc genus, includēs id, quod est necessarium in esse, & nō necessarium in esse. & hoc est impossibile, & falsum. Et est profecto declaratio propinqua veritati, cùm conceditur q̄ necessarium in esse significat omnimode ens absq; materia, qm̄ entia, quæ non sunt in materia, & sunt ꝓmanentia in se, absq; eo quòd sint corpora, impossibile est imaginari in eis attributa essentialia, quibus constituitur substantia, quanto magis vt imaginetur in eis esse attributa addita substātię, & sunt attributa, quæ appellantur accidentia. nā, cùm imaginatur ipsa auferri, nō aufertur substantia aliter, q̄ attributa essentialia. quare verificantur attributa essentialia de re, cui attribuuntur q̄ sunt idem, & tamen nō verificatur prædicatio attributorum non essentialium de eo, nisi nomine denominatiuo. nam non dicimus de homine q̄ sit sciēs, vt dicimus de eo q̄ sit viuum, sed dicimus de eo q̄ est sciens. Igitur esse talia attributa in eo, quod non est corpus, est falsum. quoniam natura eorum est natura extranea ab eo, cui attribuuntur. & ideo appellantur accidentia, & discernuntur, & distinguūtur ab eo, cui attribuuntur in anima, & extra animam. Si autem diceretur, Philosophi tenent q̄ in anima sunt talia attributa: nam ipsi credunt q̄ ipsa cōprehendit, & vult, & mouet, & tm̄ ipsi credunt cum hoc q̄ non est corporea: Respondetur q̄ ipsi non opinantur hæc attributa esse animæ addita substantiæ, sed tenent q̄ sint attributa essentialia. et de natura attributorum essentialium est vt non plurificetur ex eis subiectū sustinens ea in actu, sed tantum plurificatur modo, quo plurificatur definitum ex partibus definitionis: nā est pluralitas intellectualis apud eos, nō pluralitas in actu extra animam. Exemplum huius est q̄ definitio hominis est animal rationale, & tamen rationabilitas, & animalitas, vnaquęq; earum nō cognoscitur ab alia in eo extra animam in actu: & tm̄ color, & figura plurificant in eo extra alam. & ideo sequitur ei, qui cōcedit q̄ anima non est de conditione esse eius materia, vt cōcedat q̄ iam reperitur in entibus separatis id, quod est vnū in actu, extra animam, & plura definitione. Et hæc est opinio Christianorum in trinitate. nam ipsi nō tenent ea attributa, addita substantię, sed sunt apud eos plurificata definitione, & sunt plura in potentia, non autem in actu: & ideo dicunt quòd est trinus, & vnus, ideſt vnus in actu, & tres in potētia. & postea loquemur de inconuenientibus, & falsitatibus, quæ sequētur ei, qui ponit q̄ primū principium sit habens attributa, addita substantiæ. Pluralitas autem Quarta, & est pluralitas rei ex parte sui generis, & differētiæ, est propinqua pluralitati, quę est rei ex parte materiæ, & formę eius. definitiones enī sunt in cōpositis ex materia & forma, nō aūt in simplicibus. & nemo debet cōtradicere ablationi pluralitatis definitiuę à primo principio. Pluralitas vero Quinta, & est numeratio quiditatis, & esse, est qm̄ esse in rei veritate in entibus est qđ intellectua-

le, & est esse rem extra alam, sicut est in aia. & id, quod illud significat, est synonymum veri: & est id, quod significat per copulam categoricā in ꝓpositionibus categoricis. Nā dictio ē, dicitur dupliciter. Primo id, quod significatur per verum, vt cùm dicimus si res est, aut nō est, aut si hoc erit hoc, aut non erit hoc. Secundo id, quod ponitur de entibus tanꝯ genus, vt diuisio entis ad decem prædicamenta, & ad substantiā, & accidens, &, cùm intelligitur de ente id, quod intelligit de vero, tunc non erit extra animam pluralitas. tunc vero intelligitur de eo id, quod intelligitur de substantia: & tunc nomen substantiæ dicitur de necessario in esse, & alio ſm prius & posterius, vt nomē calidi, quod dicitur de igne, et rebus calidis, hęc autem est opinio Philosophi.

Attamē iste vir ædificauit sermonem suum in eis ſm opinionem Auicēnæ, & est opinio falsa. nam ipse existimat ꝙ entitas, ſ. ꝙ res sit, est quid additum quiditati extra animam, & quasi accidit ei. Et, cùm ponit ꝙ sit conditio in esse quiditatis, tunc, si necessariū in esse haberet entitatem, quæ esset conditio in quiditate eius, esset necessarium in esse compositum ex cōditione, & conditionato, & esset possibile in esse. Vlterius apud Auicēnam id, cuius esse est additum substātiæ suæ, habet causam. Quòd autē esse apud Auicēnam sit accidens euenięns quiditati, id indicat sermo Alga. hic. & hoc quidem, cùm dixit ꝙ homo habet quiditatem ante esse, et esse reducit ad eam, aut refertur ei. & sic triangulus habet quiditatem, & est ꝙ sit figura, quā circundant tria latera. & non est esse pars substantiæ huius quiditatis, constituens eam. & ideo possibile est vt cōprehendat intellectus quiditatem hoīs, & quiditatem trianguli, & nō scit an sit eis esse, vel non esse: quod indicauit ꝙ esse, quo vtitur hic, non est esse, quod significat substantiam rerum, ſ. quod est tanꝯ genus eis, nec id, quod significat, ꝙ res sit extra animā. Nam nomen entis dicitur de duobus, vnum quidem de vero, & alterum de eo, cuius oppositū est priuatio. & hoc est, quod diuiditur in decē genera, & est tanꝯ genus eis. & hoc præcedit entia secundo modo, scilicet res, quæ sunt extra animam. & hoc est, quod dicitur ſm prius, & posterius de decem prædicamentis. & hoc modo dicitur de substātia ꝙ sit ens ex se, & de accidenti ꝙ sit ens, ex eo ꝙ reperitur in ente ex se. ens vero, quod est de vero, cōmunicant in eo omnia prædicamenta æqualiter. Et ens quidem, quod est verum, est quid in intellectibus, & est esse rei extra animam, prout in anima, quæ quidem scientia præcedit scientiā de quiditate rei, ſ. ꝙ non quæritur scientia quiditatis rei, nisi prius sciatur ꝙ sit. Quiditas vero, quæ præcedit scientiam esse in intellectu nr̄o, non est de verificatione quiditatis, sed est expositio rei nominis ex nominibus. &, cùm scitur ꝙ hęc res reperiatur extra animam, scitur ꝙ sit quiditas, & definitio, & de hoc dicitur in libro Prædicamentorum ꝙ vniuersalia rerum intellectarum sunt in indiuiduis suis, & indiuidua intelliguntur in vniuersalibus suis. & dictum est in libro de Anima ꝙ potentia, qua comprehenditur ꝙ res sit talis, & reperiatur alia à potētia, qua comprehenditur quiditas talis demonstrati. & de hoc dicitur ꝙ indiuidua sunt talia demōstrata, vniuersalia vero in intellectu. & non est differentia de vero in entibus materialibus, & seperatis. Cùm autem aliquis dicit ꝙ esse est additum quiditati, & non constituitur eo ens ex se, est sermo fallax nimis, quoniam sequitur ex hoc vt nomen entis significet accidens commune decē prædicamentis extra animam. & est opinio Auicēnæ. & interrogabimus eum de hoc accidenti, cùm dicitur de eo ꝙ sit, an significet verum, aut accidens reperrtum in hoc accidenti. & sic reperientur accidentia infinita. quod est falsum. & tam declarauimus hoc in multis locis. Et existimo ꝙ hoc conatus est Alga, auferre à primo principio, & tamen aufertur ab omnibus entibus, quanto magis à primo, cùm sit credulitas falsa. Et, quoniam recitauit hoc de vnitate ex sermone eorum, incepit narrare id, cum quo cōtradicunt sibi ipsis in hac re, ex eo, quod existimatur de eis.

ALGAZEL.

Alit Alga. Et cum hoc ipsi dicunt ꝙ Deus glo. est principium, & primum, & ens, & substātia, & vnum, & antiquū, & permanens, & necessariū in esse, & intellectus, & intelligens, & intellectum, & agens, & creator, & sciens, & volens, & potens, & vitum, & desyderans, & desyderatum, & alį oblectanē eo, & ipse oblectaē alįs, & beneficat, & excelsus, & verum absolutū, & bonum absolutum. & existimauerūt ꝙ hoc totū sit præfatio vnius rei, in qua nō est pluralitas. & hoc est qd mirabile. Dixit debemus primo verificare opinionem eoꝝ, deinde operam dabimus quæstionibus. nā quæstio opinioni, anteꝯ cōplete habeaē intelligentia rei, est conatus absurdus. Sustentaculum autē in intelligentia opinionis eorum est, ꝙ ipsi dicunt substātia principį est vna, plurificanē tn̄ nomina apud relationē rei ad eam, aut relationē eius ad aliquid, aut negationē alicuius ab ea. Negatio aūt non causat pluralitatem in substantia negati, neꝯ relatio causat pluralitatem. igit̄ non auferunt pluralitatē negatoꝝ, & pluralitatem relationū. Sed veniēdum est in reductioni horum oīum ad negationem, & relationē. Et dixerūt, cùm dicitur de eo primū, est relatio eius ad entia post id. Et, cùm dicit̄ principium, innuit ꝙ alia ab eo proueniunt, & ipse est cā eoꝝ, & est relatio ad causata ab eo.

Et, cùm dicitur ens, bene notum est. Et, cùm dicitur substantia, ſ. est ens, cui negat̄ ꝙ sit in subiecto. & hæc est negatio. Et, cùm dicitur antiquū, est negatio priuationis eius præcedētis initium. Et, cùm dicitur permanens, est negatio priuationis finis: & quod intelligitur per antiquū & permanens, est esse, quod non præcessit priuatio, nec euenit ei priuatio. Et, cùm dicit̄ necessarium in esse, est ꝙ sit ens, nō habens causam. & est causa alterius, & erit ratio negationis, & relationis: cū dicere non habet cām sit negatio: &, cùm ponit̄ causa alterius, est relatio. Et, cùm dicitur intellectus, est ꝙ sit ens mundū à materia. & omne ens tale est intellectus, ſ. intelligit seipsum, & consyderat substantiā suam, & intelligit aliud. Substantia aūt Dei glo. talis est, ſ. puritas à materia: igit̄ est intellectus. & sunt duæ præstationes de eodē. Et, cùm dicitur intelligens est ꝙ substantia eius, quę est intellectus, habet aliquod ꝓprium intellectum, & est ipsemet, qm̄ consyderat seipsum, & intelligit seipsum. ergo ipsemet est intellectū, & est intelligēs, & totū idem est, postꝙ est intellectum, ex eo ꝙ est quiditas abstracta à materia, non cęlata sibi ipsi, qui est intellectus. & est itellectus, & ex eo ꝙ est quiditas abstracta à materia, nihil est cęlatum ab eo. & ex eo ꝙ intelligit seipsum, erit intelligens, & qm̄ ipsemet est intellectum, suipsius est intellectum. & ex eo ꝙ intellectus eius est sibi ipsi, non additus sibi ipsi, erit intellectus. & non est inconuenientes ut sint idē intelligens, & intellectum. qm̄ intelligens, cū intellexerit esse intelligēs, erit intellectio eius ꝙ sit intelligens, & erit intelligens & intellectum idem aliquo modo. &, licet intellectus noster sic sit, tn̄ in hoc differt ab intellectu primo. qm̄ id, quod est primo, est in actu semper: id vero, quod est in nobis, aliqn̄ est in potentia, aliquando vero in actu. Et, cùm dicitur formator, agens, & creator, & aliæ denominationes actionis, est quòd esse eius est in esse excellens, ex quo emanat esse totius emanatione continua, & quòd esse alterius prouenit ab eo, & sequitur ad esse eius: sicut sequitur esse lucis ad Solem, & calefactionis ad ignem,

ignem. & non assimilatur quidem proportio mūdi ad creatorem ꝓportioni lucis ad Solē, nisi in eo ꝙ est causatus tn̄. & in rei veritate nō est sic. quoniam Sol non sentit emanationē luminis ab eo, nec ignis emanationē calefactionis, qa est natura simplr, primum tamen scit seipm̄, & ꝙ ipsum est principium alterius, & emanatio eius, quod ꝓuenit ab eo est nota ei. & nihil est occultū ei eius, quod ꝓuenit ab eo. Nec etiā est vt vnusquisq; nostrū cùm fuerit inter ęgrū, & Solē, & auferī caliditas Solis ab ægro ex casu eius, non ex electione eius, sed ex eo, ꝙ scit seipsum, et ēt non abhorret se. nā corpus opacum, faciens vmbrā, est indiuiduū eius, & corpus eius: sed sciens, volēs vt sit vmbra in medio, est aīa eius, nō aūt corpus. In primo vero non est sic. qm̄ in eo agens est sciens, & est volens, i. ꝙ nō abhorret se, & bene scit ꝙ ꝓfectio sua est influere aliqd alteri. Sed, si fuerit possibile vt ponaē ꝙ corpus vmbrā faciens sit ipsummet sciens aduētum vmbræ, & sit ēt volens, tunc esset tale, quale primū. nam primū est sciens, et est agens, et scientia eius est principiū opationis eius. nā scientia eius de seipso ꝙ sit principiū oīum, est cā emanationis totius. qm̄ ordo repertus sequtur ordinē intellectū, in eo ꝙ est qd sequens est, & esse agens totius nō est additū ei ꝙ sit sciens totius, cū scientia eius de toto sit cā emanationis totius ab eo, & esse sciens totius nō addit aliqd scientię suę de toto. nam ipm̄ non scit seipsum, nisi sciuerit ꝙ sit principiū totius. ergo scitū prima intētione est substantia eius, & totū erit scitum ab eo secūda intētione. Hoc est igit̄ id, ꝙ sit agens. Cùm autē dicitur potens, nihil aliud est, qm̄ vt sit agens eo modo, quo nos cōsyderaui mus id. & est ꝙ esse eius est eē, à quo emanāt res, quas pōt, in quarę emanatione ordinaē cōpositio in toto in nobilissimo esse, & possibilitate ꝓfectionis, & pulchritudinis. Et, cùm dicitur volens, nō intelligit nisi ꝙ id, quod emanat ab eo, nō est occultū ei, nec abhorret id, sed ipm̄ bene scit ꝙ ꝓfectio eius est apud emanationē totius ab eo. & pōt dici in hoc ꝙ sit volens. & pōt dici de volente ꝙ sit desyderans. & nihil erit voluntas, nisi ipsummet posse: & nō erit posse, nisi ipsamet scientia: nec erit scientia, nisi ipsamet substātia: ergo totū reducitur ad ipsammet substantiā. scientia. n. eius in rebus nō est assumpta à rebus. sin autē, tunc acqreret attributū, & ꝓfectionem ab alio. quod est falsum in necessario in esse. Quare scientia nr̄a est duplex. aliqua. n. est scientia rei, ꝓueniens ex forma huius rei, vt scientia nr̄a de forma cœli, & terræ, & aliqua est scientia, quam facimus nos, vt est res, cuius formā non videmus, sed imaginamur eam in aīa nr̄a, & postea eam accipimus. & tunc esse formæ emanat à scientia, non autē scientia ab ente. scientia vero Primi est secūdum secundam spēm. nam imaginatio ordinis ex se ipso est cā emanationis ordinis ex se ipso. verūtn̄, si reperire formā picturæ, aut scripturæ in tabula in mente nr̄a sufficeret in faciēdo illam formā, tunc esset scientia nr̄a ipsummet posse, & ipsum met velle, sed ꝓp diminutionē nr̄am in posse nō sufficit imaginatio nr̄a ad inueniendum formā, sed indigemus cū hoc voluntate, q̄ fit nobis, ꝓueniens quidē ex potentia desyderatiua ad hoc, vt moueaē ab ea potentia motiua musculoꝝ, & neruorum & mēbroꝝ organicorū, adeo ꝙ moueaē ex eis manus. verūtn̄ ꝙ moueē in motione musculoꝝ, & neruoꝝ manus ipsa, & aliud, & moueē ad motū eius calamus, aut aliud instrm̄ ab extra, et moueē materia ad motū calami in atramento, aut alio, & postea ꝓuenit figura imaginata in mēte nr̄a. & ideo nō est esse huius figuræ in mente nr̄a posse, nec voluntas, sed erit figura nobis aliud ꝓter principiū mouens musculos. & hæc figura mouet hunc motorem, qui est principiū posse. & nō est sic in necessario in esse. nā nō est cōpositum ex corporibus, in quoꝝ extremitatibus oriant potentiæ. igit̄ potentia, & voluntas, & scientia, & substātia eius vnū, & idē est. Et, cū dicitur vtuum, nō intelligimus ꝓ id, nisi ꝙ scit scientia, à q̄ emanat eē, quod appellaē operatio eius. nā vtuū est agens, cōprehēdens. & intelligimus ꝓ id ipsummet cū relatione operationū modo ꝓdicto, & non sicut vita nr̄a, quę ꝓficit, nisi cū duabus potentiis diuersis, ex qbus deriuant cōprehensio, et opatio. igit̄ vita eius est ipsamet substātia eius. Et, cùm dicitur de eo beneficans, intelligimus ꝙ emanat ab eo totū, non ad intentionē, vt ad le redeat. beneficatio aūt cōplet duabus rebus. quarę vna est vt sit recipiēti vtilitas ex eo, quod tributum est ei. nā dare aliqd ei, qui nō indiget eo, non dē beneficato. secunda est vt non indigeat ipm̄ beneficans illa beneficētia, ita ꝙ beneficiū tribuitet ꝓp indigentiam suā. & qui beneficium ꝓstat ex eo ꝙ vult gloriari, aut adipisci bonū nomen, aut vt euadat suspitionē, ipse quærit pręmium, & non ꝓstat beneficū. Sed beneficū, quod prę stat Deus glo. est vt nō quęrat vt euadat à suspitione, aut ad plectionem facientē adipisci gloriā ei, ergo beneficū prę stans est nomen testificans de esse eius, aut cū relatione eius ad opationē, & negationē intentionis, & nō inducit quidē ad pluralitatē in substātia eius. Et, cū dicitur bonū absolutum, est ꝙ nos videmus ꝙ esse eius est requestratū ab omni diminutione, & possibilitate priuationis. nā malum nullā habet substantiā, sed reducit ad priuationem substātiæ, aut priuationem adaptationis substātiæ, ex eo ꝙ est esse bonū. reducunt ergo oīa ista noīa ad negationē possibilitatis, diminutionis, & mutationis. & etiam aliqn̄ dicitur bonū de eo, quod est cā ordinis rei: primum aūt est principium ordinis oium: ergo est bonū. & tunc nomen significat eē cum aliqua specie relationis. Et, cùm dicit̄ necessariū in esse est cū negatione causę eē eius, & remotione cāę priuationis eius in principio, & fine. Et, cū dicitur desyderans, & desyderatū, & oblectari alio, & aliud oblectari eo est ꝙ est intellectus pulchritudinis, & dilectionis, & perfectionis, & est dilectus, & reducit ad habens perfectionem. Et nihil aliud est oblectari, nisi acqsitio perfectionis debitæ, & qui sciuerit perfectionem sui ipsius, in eo ꝙ cōprehendit scita, si cōprehenderit ea, & pulchritudinē formæ eius, & substantiā posse sui, & fortitudinē mēbrorum suorum, demum eius peruentionē ad oēm ꝓfectionem possibilē ei, si hoc posset imaginari in vno hoīe, tunc diligeret perfectionē suam, & oblectareē ea. Diminueretur aūt oblectatio sua, cū consyderaret prtuationē, & diminutionem. nā lętitia non perficitur eo, quod auferē, aut sentit ablationē eius. Primum autē est ei gloria ꝓfecta, & pulchritudo cōpleta, postꝙ omnis ꝓfectio possibilis est ei, & ipsum cōprehendit illā perfectionē cum securitate à possibilitate diminutionis, & ablationis. & ꝓfectio excelsa, ꝓueniens ei est superior omni perfectione. & cōprehensio eius huius perfectionis est superior oībus cōprehensionibus. & dilectio, et desyderiū eius ad hanc ꝓfectionē est excelsior omni dilectione. & oblectatio in ea est suꝑior oī oblectatione. & etiā non est proportio inter oblectationem nr̄am, et suā oīno, sed est excelsior omni, quod pōt proferri à nobis de oblectatione lætitia, & cōplacentia, & gaudio. Sed de istis rebus nō sunt nobis, ꝓpriį sermones. & nō pōt fieri quin deueniamus ad abusionē transumptiue, vt, cū accōmodamus ei dictionē volentis, eligentis, & agētis assumptā à nobis cum decisione remotionis voluntatis eius à voluntate nr̄a, & posse eius à posse nr̄o, & scientię eius à scientia nr̄a. & non est inconueniens defectus ꝓpriį sermonis oblectationis ab eo, et vsus alterius. Et intētum nr̄m est ꝙ dispositio eius ē nobilior dispositione Angelorū. & dignius est vt sit lætans, & dispositio Angelorū dignior dispositione nostra. &, si

nō esset oblectatio, nisi in appetitu eōmestionis, et coitus, tunc esset dispositio asinī, & porci nobilior dispositione angelorū, qui non habent hāc oblectationem, & intelligo per Angelos principia abstracta à materia, nisi gaudio, & cōsyderatione eius, quod est eis, pprium ex perfectione, & pulchritudine, quæ non pōt remoueri, sed illa, quæ est in primo, est superior ea, quæ est in angelis. qm̄ esse angelorū, qui sunt intelligētiæ abstractæ, est esse possibile ex se, necessarium vero ex alio. & possibilitas est malū quid, & diminutio. & nihil est remotum ab omni malo, nisi Primū glo. ergo ipsum est bonum absolutū, & ei est gloria, & pulchritudo, & perfectio summa. Vlterius ipsum est desyderatū, siue desyderetur ab alio, siue nō desyderetur, sicut est Deus, intelligens, & intellectum, siue intelligat eum alter, siue non intelligat. & oīa ista reducuntur ad seipsum, & ad intelligentiā sui ipsius. & intelligere ipsum, & intelligere seipsum est ipsummet. nam est itellectus abstractus, & totum reducit ad idem. Hæc est via intelligēdi opinionem eorū. & oīa ista diuiduntur ad id, quod possibile est credere, & declarabit̄ ꝙ est inconueniens ſm radices eorum: & ad id, quod nō est possibile credere, & declarabitur falsitas eius. & reuertamur ad quinq; gradus diuisionis pluralitatis, & rationes eorum in auferēdo eos. & declarabimus quòd non possunt in hoc constituere rationem, & faciemus de vnoquoq; eorum disputationem seperatim.

AVERROES.

AIt Auer. Benefecit in pluribus, quod scripsit de narratione opinionum Philosophorū quòd sit Deus glo. vnus, cum denoīatione attributorū multorū: & non loquimur cū eo de eis, nisi in eo, quod dixit de appellatione intellectus, ꝙ indicat rem * negatiuā. & non est sic, sed est nomen sibi, pprium ſm Philosophos Peripateticos, & aliter q̄ intelligit Plato, ꝙ intellectus sit aliud, q̄ primū principiū, & ꝙ non denoīet̄ ꝙ sit intellectus. & sic, cū dixit de intelligētijs separatis ꝙ est in eis ex possibilitate, & priuatione, & malo, nō est de sermone eorū. & reuertamur ad id, quod dixit ex quæstione contra eos in illis quinq; disputationibus.

* al. relatiuam.

DISPVTATIO SEXTA.

DE CONVENIENTIA EORVM CIRCA FALSITATEM CONSTITVTIONIS SCIENTIÆ, POSSE, ET VOLVNTATIS IN PRIMO PRINCIPIO.

ALGAZEL.



IT Alga. Conuenerunt Philosophi circa falsitatem constitutionis scientiæ, & posse, & voluntatis in primo principio, vt cōuenit in hoc secta Mahatazela: & existimauerunt ꝙ ista noīa imponūtur in lege, & potest proferre ea idioma alicuius gentis, sed reduc̄tur **ad** eādem substantiā (vt diximus.) & impossibile est constituere attributū additum substantiæ eius, sicut possibile est in nobis vt sit scientia nostra, & posse nostrū & voluntas nr̄a attributū nobis additū substātiæ nr̄æ. & existimauerunt ꝙ hoc facit pluralitatē. qm̄, si ista attributa innouarent nobis, sciremus ꝙ sunt addita substantiæ, cum abstrahant. & si consyderent̄ copulata esse nr̄o absq; vnione, nō euadent quin sint addita substātiæ in copulatione. & oīa duo, quoꝝ vnum innouatur sup alterum, & scitur ꝙ hoc nō est illud, nec illud est hoc, si copularet̄, determinat intellectus ꝙ sint duo. & cùm non possumus fugere de istis attributis in hoc, ꝙ sint copulata substātiæ primæ, ita ꝙ sint cāę pr̄ę ter substantiam, igitur hoc faciet pluralitatem in necessario in esse. & hoc est falsum: & ideo conuenerūt circa ablationem attributorum.

AVERROES.

AIt Auer. Qui aūt dubitat contra dicentē auferri numerationē attributorū, est ꝙ attributa diuersa reducant̄ ad eandem substātiam, itaq; id, quod intelligit̄ per scientiam exēpli gratia, & voluntatem, & posse, est idē, & ꝙ sint eadē substantia, & ꝙ ēt scientia & sciens, posse & potens, voluntas & volens sint idē. & qui dubitat contra dicentē ꝙ hoīs substantia, & attributa addita substantiæ, est ꝙ sit substantia cōditio in esse attributorū, & attributa conditio in pfectione substantiæ: & erit aggregatū ex hoc aliqd necessarium in esse, s.ens, nō habens causam, nec causatum.

Quare hęc non est rīsio eius in rei veritate, cùm ponitur ꝙ hic sit aliqd necessarium in esse ex se, vt sequatur ꝙ sit vnū omnimode, & non cōpositum oīno ex conditione & cōditionato, & cā & causato. Nam oē ens tale aut erit cōpositio eius necessaria, aut possibilis. si necessaria, erit necessaria per aliud, non ex se. qm̄ difficile est ponere cōpositum antiquum ex se, s. absq; ꝙ sit ei compositor, & præcipue ſm ponentem ꝙ omne accidēs sit innouatum. nam cōpositio in eo est accidens antiquū. si vero possibilis, indiget quidē copulante cām causato. Attamen ꝙ reperiatur aliquid compositum ex se ſm radices Philosophorū, & an admittantur large accidentia antiqua, est impossibile. nam cōpositio est cōditio in esse eius. & impossibile est vt partes faciant cōpositionem. cōponi enim est conditio in esse eorū, quare partes omnis cōpositi rerum naturalium cùm resoluantur, non erit nomen dictum de eis, nisi æquiuoce; vt est nomen manus, quod dicitur de ea, quæ est pars hominis viui, & manu incisa, sed oīs compositio apud Arist. est generabilis & corruptibilis, quāto magis vt sit non habens cām. Si aūt̄ teneretur via, qua incessit Auicenna de necessario in esse, & possibili in esse, quæ remouet cōpositum antiquū, nō finitur quidē ad hoc. nam, cùm posuerimus ꝙ possibile finitur ad cām necessariam: & necessaria aut habebit causam, aut non habebit cām: si habet cām, ergo finitur ad necessarium non habens cām. Hic sermo inducit ad impossibilitatē perueniendi ad ens necessarium non habens cām agētem, non autē ad ens non habens cām omnino. nam pōt habere causam formalē, seu materialem, nisi ponat̄ ꝙ oē habens formā, & materiā. demum oē cōpositum necesse est vt habeat agens extra id. et hoc qdē indiget declaratione, & id nō includit sermo, quo, pcesit circa declarationē necessarij in esse cum eo, quod diximus, ꝙ sit in eo ex inuolutione. & ex hoc met non verificat̄ ratio sectæ Assariæ, & est ꝙ oē innouatum habet innouans æternū primum, antiquū, non cōpositum: perficit̄ vero ad primū, quod non est innouatum. Quòd autē sit sciens, & scientia idē, non est impossibile, sed est necesse vt deueniat in his talibus ad id, ꝙ vniat̄ id, quod intelligit̄ de eis. nā sciens, si est sciens per scientiam, id qdē, quo sciens est sciens, multo magis debet esse sciens. nā id, quod acquirit attributū ab alio, illud quidē attributum dignius est in hac re, q̄ facit acquirere. v.g. ꝙ ista corpa viuentia apud nos, si nō essent viuētia ex se, sed pp̄ vitam, q̄ inest eis, necesse esset vt illa vita, ex qua acqsiuit id, quod nō est viuens, ipm viuere eēt vita ex se, aut pceret in infinitū, & hoc idem euenit scientię, et alijs

alijs attributis. Attamen esse eandem substātiam, habētem multa attributa relatiua, aut negatiua, aut imaginatiua diuersimode, absq; eo ꝙ hæc substātia pluraficetur pluralificatione attributorum illorum, hoc quidē non aufertur esse eius, vt est aliquid esse, aut vnum, & possibile, aut necessariū. nam idem, cùm consyderetur ex eo ꝙ ab eo, puenit aliud, dicit̄ potens, aut agens. &, cùm consyderetur ex appropriatione vnius duaꝝ operationum oppositaꝝ, dicitur volens. &, cùm cōsyderetur ex eo ꝙ cōprehendit operata sua, dicit̄ sciens. &, cū consyderet̄ scientia, ex eo ꝙ est cōprehensio, & cā motus, dicit̄ vita. nam viuens cōprehendit, & mouetur ex se. Quod aūt prohibetur, est esse vnū simplex, habens attributa multa, fixa in se: & præcipue si fuerint illa attributa essentialia, & reperta in actu. si uero in potētia, nō prohibet̄ apud Philosophos quin sit aliqd vnum in actu, multa vero in potentia. & hoc apud eos sunt partes definitionū cum definitionibus. Et cùm dixit, & existimauerūt ꝙ hoc facit pluralitatē vsq; ad, cùm sint duo. i. ꝙ esse hæc attributa copulata substātiæ non, phibet quin sint necessario multa ex se, sicut si postponit̄ esse eoꝝ substantiæ, & postponit̄ esse aliquorum eorū aliqbus, no esset intelligētia eoꝝ apud intellectū eadē. &, quia recitauit Alga. opinionē Philosophoꝝ dixit.

ALGAZEL.

AIt Alga. Et dicitur eis vnde scitis uos falsitatem pluralitatis ex hac via, & tū vos contradicitis ex sectis Maurorum sectę Mahatazelę tū? & quæro quæ est demonstratio de hoc? nam sermo dicens ꝙ substantia, cui attribuitur, sit vna, reducitur ad id, ꝙ sit falsa pluralitas attributorum. & ibi est quæstio, & non est falsitas eius scita necessario. & impossibile est dicere hoc absq; demonstratione. Et ipsi, piecto habēt in hoc duas vias. Quarū prima est, cùm dicunt demonstratio aūt eius est. nam vnūquodq; attributū, & eius, cui attribuit̄, cùm non fuerit hoc ipsum, nec ipsum hoc, aut sufficit vnumquodq; eoꝝ absq; alio in esse suo, aut indiget vnūquodq; eorum alio, aut sufficit vnum eoꝝ absq; alio, & tamen aliud indiget eo. Si aūt ponatur ꝙ vnūquodq; eoꝝ sufficit, erunt ambo necessaria in esse, & est posterioritas absoluta. & hoc est falsum. si vero indiget vnūquodq; eoꝝ alio, non erit quidem aliquod eorum necessarium in esse, cùm necessarium in esse est quod existit in se, & non indiget oīmode alio: & quod indiget alio, hoc quidē aliud est causa eius: &, si auferatur hoc aliud, prohibetur esse eius: ergo esse eius nō est ex se, sed ex alio. Sed, si dicit̄ ꝙ vnum eoꝝ indiget alio, et non aliud, tunc id quidē, quod indiget, est causatum, & necessarium in esse est aliud. & quodcunq; eoꝝ fuerit, causatum indiget causa, & inducitur ad copulationem necessarij in esse cum causa.

AVERROES.

AIt Auer. Cùm cōcedit aduersarius Philosophis ꝙ sit hic ens necessariū in esse ex se, & ꝙ necessarium in esse est vt nō sit ei causa, nec ex se, ex qua constituat̄, nec ab extra, nō potest fugere id, quod intulerunt necessario cōtra eum Philosophi. nam, si attributa sunt fixa in substantia, substantia quidē est necessaria in esse ex se, & attributa per aliud, & erit necessarium in esse ex se ipsa substantia, & attributa necessaria per aliud, & aggregatum ex eis erit compositum.

Attamen secta Assaria non concedit eis ꝙ necessariū in esse ex se significet hoc. qm̄ demonstratio eorum nō peruenit ad hoc. demonstratio enim eorum inducit ad non habens causam agentem additam ei.

ALGAZEL.

AIt Alga. Et quæstio in hoc est, vt dicat, melior harum partium est pars vltima. & ideo, cū destruitis primā partem, & est secundatio absoluta, iam declarauimus quòd nō est vobis demonstratio in hoc in disputatione præcedenti. &, cùm non perficitur nisi in ædificatione ablationis pluralitatis in hac disputatione, & subsequenti, cùm sit ramus huius disputationis, qūo ergo ædificabitur hæc disputatio super eam? Quare melius est dicere ꝙ substātia non indiget in cōstitutione eius attributis, tū attributa indigent eo, cui attribuunt̄, sicut est in nobis. Et remanet sermo eoꝝ, ꝙ indigens alio non est necessariū in esse. & dicit̄, si intelligitis per necessariū in esse, quod non habet cām agentem, quare dicitis hoc? & quare est falsum dicere sicut est substantia necessaria in esse antiqua, non habens agens, sic attributa eius sunt antiqua cum eo, nō habentia agens? Si vero intelligitis per necessarium in esse ꝙ nō erit ei cā receptiua, ergo nō est necessariū in esse ſm hanc expositionē, sed est antiquū cum hoc, & non est ei agens, quæro qd est quod reddit hoc falsum? sed, si dicent necessarium in esse simplr̄ est, qđ nō habet cām agentē, nec receptiuam, & cum cōcedit̄ ꝙ sit ei cā receptiua, ergo conceditur ꝙ sit causatū, dicimus appellare substantiā recipientem cām receptiuā est ex inuentione, & adaptatione vestra. Ratio aūt non indicat cōstitutionem necessariꝝ in esse ſm adaptationē vestram, sed indicat cōstitutionem finis, in quo cessat emanatio causaꝝ, & causatorum, & nō indicat ſm hanc consyderationem ꝙ cessatio emanationis est possibilis in vno, nam ista attributa sunt antiqua nō habentia agens, sicut ipm id non habet, sed ipsa sunt consyderata in substantia eius. & proīciamus dictionē necessarij in esse, vt nō erremus in ea. nam demonstratio nō indicat nisi cessationem emanationis, & non indicat aliud omnino: & rationes alterius sunt industrię, & sophisticationes. Si aūt diceret, sicut necesse est vt sit cessatio emanationis in cā agenti, sic necesse est vt sit cessatio eius in causa receptiua. nam, si omne ens indigeret subiecto, in quo existat, & indigeret etiam subiectum alio subiecto, esset necesario emanatio: sicut, si indigeret omne ens causa, & illa causa indigeret causa etiā, diceremus ei bene dicitis. & propter hoc dicimus quòd cessat hęc emanatio, & dicimus quòd sit attributum in substātia eius, & substantia eius non existit in alio, sicut est scientia nostra in substantia nostra, & substantia nostra est subiectum eius, & non est substātia nostra in subiecto.

Igitur attributum, cessat emanatio causæ eius agētis cum substātia, cùm non sit ei agens, sicut nō est agens substantiæ: sed non cessat esse substantiæ in hoc attributo, & non habet cām, nec attributa habent causam. causa vero receptiua non cessat emanatio eius, nisi ad substantiam. Et q̄ro vnde sequit̄ vt auferatur subiectū cum ablatione cāę? demonstratio autē non concludit nisi cessationem emanationis. & omnis via, qua possibilis sit cessatio emanationis, est in apparentia eius demonstratio inducens ad necessarium in esse. sed, si intelligit per necessariū in esse aliquod ens non habens causam agentē, tta ꝙ cessat in eo emanatio, tunc non cōcedit̄ ꝙ hoc sit necessarium oīno. & quotiēscūq; dilatauerit se intellectus ad concedendū ens antiquum, cuius esse non habet cām dilatabit̄ se ēt ad concedendum antiquum, cui attribuit̄ attributum, cuius esse non habet causam in substantia, & attributis simul.

AVERROES.

AIt Auer. Cùm autē dixit sed destructio vestra primæ partis, & est secūdatio absoluta, iam declarauimus ꝙ non est vobis demonstratio de hoc in disputatione præcedenti, & ꝙ nō perficitur nisi in ædificatione ablationis pluralitatis, i. destructio eorum ꝙ sit id, cui attribuit̄, & attributum vnūquodq; eorum existens in se. nam sequitur ex hoc vt sufficiat

vnumquodq; eorum abſq; alio: & erit Deus glo. ſufficiens in ſe, & tñ erit ibi ſecundatio, poſtq; non erit aliqd, quo erunt attributũ, & id, cui attribuũt vnum. Et, qm̃ laborauerũt in deſtructione huius ſpeciei pluralitatis, & in neceſſitate eſſe ſecundationẽ in Deo, & demõſtratiue id neceſſe eſt vt ſit in contrariũ, ſ. vt auferatur ſecundatio ex ablatione pluralitatis, ideo dixit in eo q̃ eſt cõtrarium, & declarauerunt radicẽ per ramum. Et id, quod fecit, eſt qõ non ſm̃ rem ipſam, ſed ſm̃ ſermonem aduerſarij. nam aduerſarij auferunt poſteriorita-
10 tem. & tu tam ſcitiſti in multis locis q̃ quæſtio eſt duplex, aliqua eſt ſm̃ rem ipſam, & aliqua ſm̃ ſermonem contradicentis, & quòd veritas eſt illa, quę eſt ſm̃ rem ipſam, & quęſtio alia, licet non ſuerit vera, aliqñ quidẽ fit. Deinde dixit & ideo melius eſt vt dicaſ, ſubſtãtia in ſe non indiget attributis, & attributa indigẽt eo, cui attribuuntur, & remanet dictum eor̃, q̃ indigens alio non erit neceſſarium in eſſe, i. cùm ipſe poſuerit eis hãc partẽ partium, quas fecerunt in deſtructione pluralitatis, peruenit ad hoc, vt affirment q̃ neceſſarium in eſſe
20 impoſſibile eſt vt ſit cõpoſitum ex attributo, & eo, cui attribuitur, nec q̃ ſit ſubſtãtia eius habens multa attributa. & hoc non põt eſſe ſm̃ radices eor̃. Deinde incœpit declarare q̃ falſitas, quã conati ſunt probare ex poſitione huius partis, nõ ſequitur. & dixit & dicatur eis, ſi aũt intelligitis per neceſſariũ in eſſe, quod non habet cauſam agentẽ, quare dicitis hoc? & quare eſt falſum dicere ſicut ſubſtãtia neceſſarij antiqui non habet agens, ſic attributa eius antiqua nõ habẽt agens? Dixi, hoc totum eſt contradictio ei, qui procedit in remo
30 tione attributorũ via Auicẽnę in conſtituẽdo neceſſarium in eſſe ex ſe, ſed via magis ſufficiens in hoc in conſtituendo vnionẽ. & hoc ſequitur ſectæ Aſſariæ, & eſt via Mahatazelę. nam ipſi intelligunt per poſſibile in eſſe poſſibile verum, & tenẽt q̃ omne id, quod eſt ſub primo principio, ſit tale. & aduerſarij eor̃ ex ſecta Aſſaria cõcedunt hoc, & tenent etiã q̃ omne poſſibile habet agens, & q̃ emanatio ceſſat, finiendo ad id, quod non eſt poſſibile ex ſe. & aduerſarij concedunt eis hoc. & cùm conceſſerint eis hoc, exiſtimatur apud eos q̃ ſe
40 quitur ex hoc, vt primũ, ad quod ceſſata eſt poſſibilitas, non ſit poſſibile: ergo neceſſe eſt vt ſit ſimplex, nõ cõpoſitum. Sed ſectæ Aſſariæ eſt dicere q̃ id, ex quo aufertur poſſibile verũ, non eſt de neceſſitate ſimplex, ſed eſt neceſſe vt ſit antiquũ tm̃, non habens cãm agentem, quare nõ eſt apud eos demõſtratio, q̃ primum ſit ſimplex p̃ viam neceſſarij in eſſe. Deinde dixit Si aũt dicet neceſſarium in eſſe abſolute eſt, quod non habet cauſam agentem, nec receptiuam: &, cùm conceditur
50 quod habet cauſam receptiuam, tunc non eſt neceſſarium in eſſe ſm̃ hanc expoſitionem, i. ſi autem dixerint Philoſophi q̃ demonſtratio induxit ad hoc, q̃ neceſſarium in eſſe non habet cauſam agentẽ: ergo non habet cauſam receptiuam. &, cùm ponitis ſubſtantiã, & attributa, tam ponitis cauſam receptiuam. Deinde dixit, reſpondens huic, Dicimus, cùm concedimus q̃ habet cãm receptiuam, tunc cõceditur q̃ ſit cauſatum, dicendum appellare ſubſtãtiam receptiuam cãm eſt ex deliberatione veſtra. ratio aũt non indicat conſtitutionem neceſſarij in eſſe ſm̃ deliberationẽ veſtram, ſed indicat
60 extremum, in quo ceſſat emanatio cauſar̃, & cauſatorum, ſ. q̃ ſecta Aſſaria non concedit q̃ hæc ſubſtãtia, q̃ ſuſtinet attributa, ſit cã receptiua, & ſequitur eis vt in ea, ſ. in cã receptiua ſit cã agens, & non indicat neceſſarium in eſſe, ſm̃ q̃ induxit demõſtratio veſtra ad ens, nõ habens cãm receptiuã, quãto magis vt indicet non habens ſubſtantiã, et attributa, ſed indicauit cãm agentẽ. Dixi, Hæc qõ ſequitur ſm̃ rõnem eor̃. nã, ſi ſecta Aſſaria cõcedit Philoſophis q̃ nõ habens cãm agentẽ non habet cãm receptiuam, non deſtruit ex hoc ſermo eor̃. qm̃ ſubſtantia poſita ab eis recipit attributa, non aũt primũ, eũm ponãt q̃ attributa ſint addita ſubſtantię, nec ponunt ea attributa eſſentialia, vt ponũt Chriſtiani. Deinde dixit Si aũt dicet, ſicut ſequitur ceſſatio emanationis in cã agente, ſic ſequitur ceſſatio eius in receptiua, nã, ſi indigeret oẽ ens ſubiecto, in quo exiſtat, & indigeret ſubiectum ſubiecto, tunc ſequereẽ emanatio, vt peruenìat ad ens nõ habens ſubiectum, ſicut eſt in cauſa agenti. Deinde dixit, reſpondens eis, vos bene dicitis, & propter hoc dicimus q̃ ceſſat hæc emanatio, & dicimus q̃ attributum eſt in ſubſtantia eius, & non eſt ſubſtantia eius exiſtens in alio, ſicut ſcientia noſtra in ſubſtantia noſtra, & ſubſtantia noſtra eſt ſubiectum ei, & ſubſtantia noſtra non eſt in ſubiecto. Dixi hic ſermo non habet alligantiã in hac diſputatione, nec in eo, quod recitauit de Philoſophis, nec in eo, quod reſponder eis: & quaſi eſt ſermo ſophiſticus. nam ſermo de neceſſitate ceſſationis cauſar̃ receptiuarum, & non ceſſationis earum, nulla eſt proportio inter eum, & diſputationem, de qua loquimur: & eſt an ex conditione agentis primi ſit vt ſit et cauſa receptiua. ſpeculatio enĩ de ceſſatione cauſarum agentium eſt diuerſa à ſpeculatione de neceſſitate cauſarum receptiuarum. quoniam qui concedit eſſe cauſas receptiuas, cõcedit neceſſario ceſſationem emanationis earum ad cauſam receptiuã primam extra agens primum neceſſario, ſicut cõcedit eſſe agens primum extra materias receptiuas. igitur agens primum, ſi eſſet et materia, illa quidem materia non numeratur in recipiẽte primo, nec in eo, quod eſt ſub eo ex recipientibus in alijs entibus, ſed neceſſe eſt vt ſit illa materia agentis primi, ſi eſſet ei materia, & materia propria ei. demum erit quidẽ et: & hoc quidem aut erit prima ei, aut ceſſabit ad receptiuum primum. demum non erunt hæc recipientia de genere receptionis conditionatæ in eſſe aliorum entium prouenientium à primo agente. quare, ſi eſſet materia conditio in eſſe agentis primi tantum, ſequeretur neceſſario vt ſit conditio in eſſe omnium agentiũ in paſſis, & materia non erit conditio in eſſe actionis agentis tm̃: cùm omne agens agit in recipiente. ſed, ſi eſſet conditio in eſſe agẽtis, erit omne agens corporeum. & hoc totum non concedit ſecta Aſſaria, nec id quærit. Si vero dixerint q̃ hęc ſubſtantia, cui attribuuntur hæc attributa, neceſſe eſt vt ſit corpus, reſpõderur eis, anima apud vos, attribuuntur ei hæc attributa, & tamen apud uos anima non eſt corpus. & hic eſt finis, ad quem finiunt ſermones topici in hac quæſtione. ſermones vero demonſtratiui ſunt in libris Antiquorum, quos ſcripſerunt in hac ſcientia, & maxime in libro primi Sapiẽtis.

Attamen id, quod dixit in hoc Auicenna, & alij ex eis, qui dedicãtur Mauris, ſi reperiẽ eis aliqd in hoc, id quidẽ, quod cõſtituerunt in hac ſcientia, eſt de genere ſermõnũ probabilium, qm̃ ſunt ex ꝓpoſitionibus generalibus, non autem proprijs de natura rei, de qua ſpeculantur. Et, cùm dixit dicimus de hoc attributo, ceſſata eſt emanatio cauſæ agentis eius cum ſubſtãtia. nam non habet agens, ſicut non eſt agens ſubſtantię, ſed nõ deficit ſubſtantia talis quin ſit. & non habet cauſam, nec attributa poſita ab eis habent cauſam. Dixi, hoc non concedunt aduerſarij, ſed dicunt q̃ ex conditione agentis primi eſt, vt non recipiat attributum aliquod. nam receptio indicat materiam, impoſſibile enim eſt vt ceſſet emanatio ponendo agens, quodcunq; fuerit: ſed agens, cui non eſt actio omnino, nec cui datum ſit vt ſit et actio. nam ponendo attributum agenti primo, quòd conſtituatur ex cauſa receptiua, quæ ſit conditio in eſſe eius, exiſtimatur q̃ ſit falſum. nam omne, quod habet conditionẽ in eſſe ſuo, copulatio quidem eius

conditioni

conditioni eſt ex cauſa alterius. qm̃ aliquid non poteſt eſſe cauſa copulationis cõditioni eſſe eius, ſicut nõ erit cauſa eſſe ſui ipſius. conditionatum. n. non euadit quin exiſtat in ſe abſq; copulatione eius conditioni, & indiget cauſa agente copulationis eius, conditionator; aliquid non erit cauſa conditionis ſui eſſe. ſed oĩa iſta ſunt res communes. Demum hæc noĩs accommodatio, non poſſumus imaginari de ea aliquid propinquum veritati ex hac via. & hoc propter æquiuocationem neceſſarij in eſſe ex ſe, & poſſibilis in eſſe ex ſe, neceſſarij vero ex alio, & aliarum propoſitionum additarum eis.

ALGAZEL.

AIt Alga. Secunda autem via, cùm dicunt quòd ſcientia, & poſſe in nobis non ingreditur quiditatem ſubſtantiæ noſtræ, ſed eſt accidens: &, cũ conſtituantur hæc attributa primo, non ingredientur etiam quiditatem ſubſtantiæ eius, ſed erunt accidentia relatiue ad id: & licet continuata fuerint antea, tamen non ſeparabuntur, aut ſequentur ad quiditatem eius: & cum hoc non conſtituent ſubſtantiam eius, & cùm fuerint accidentia, ſequuntur ad ſubſtantiam, & ſubſtantia erit cauſa in eis, & erunt cauſata: ergo quomodo erunt neceſſaria in eſſe?

ALGAZEL.

AIt Alga. dubitans huic ſermoni. Et hoc quidem eſt primum cum mutatione prę fationis. & dicimus, ſi intelligitis, cùm dicitis q̃ ſequitur ad ſubſtãtiam, & eſſe ſubſtantiam cauſam eius, quòd ſubſtantia ſit cauſa agens eius, & q̃ ſunt acta à ſubſtantia, hoc non eſt verum. nam hoc ſequitur in ſcientia nr̃a in relatione ad ſubſtantiã nr̃am, cũ ſubſtantia nr̃a non eſt cauſa agens ſcientiæ nr̃ę. Si vero putatis q̃ ſubſtãtia ſit ſubiectum, & attributum nõ exiſtit per ſeipſum i alio, hoc quidem conceditur, et non prohibetur, licet proferant per verbum ſequitur, ſeu accidit, ſeu cauſatur, aut quicquid voluerit dicere proferens, modo non mutat prolatio rem ipſam. nã res ipſa nihil aliud eſt, niſi q̃ exiſtit in ſubſtantia conſiſtentia attributi in re, cui attribuitur. & non erit falſum q̃ exiſtat in ſubſtantia, & ſit cum hoc antiquum, & nõ habet agens. & oẽs rationes eorum ſunt inuolutiones in vituperatione prolationis, cùm appellatur poſſibile, & tranſiens, & ſequens, & prouentẽs, & cauſatum. & hoc eſt abſurdum. Nos vero dicimus, ſi intelligit per hoc, q̃ habet agens, non eſt ſic. ſi vero non intelligit per id, niſi q̃ non habet agens, tamen habet ſubiectum, in quo exiſtit, licet proferat in hoc quacunq; prolatione, non eſt in ea falſitas.

AVEROES.

AIt Auer. Hoc eſt multiplicare ſermonem in eadem re. Reſpõſio autem in hac propoſitione ab aduerſario breuis talis eſt. videlicet aut eſt poſſibile habenti cauſam receptiuam vt non habeat agẽs, aut eſt impoſſibile. & ex radicibus loquentium q̃ copulatio conditionis conditionato eſt poſſibilis, & omne poſſibile indiget in exitu eius ad actũ aliquo faciente illud, & copulatione conditionis conditionato. &, qm̃ copulatio eſt conditio in eſſe conditionati, & impoſſibile eſt vt ſit res cauſa conditionis eſſe ſui, & impoſſibile eſt etiam vt conditio ſit cauſa agens eſſe conditionati: nam ſubſtantia noſtra nõ eſt cauſa agens eſſe ſcientiæ in ea, ſed eſt conditio eſſe ſcientiæ exiſtentis in eo: quare non euadet ſm̃ has radices à cauſa agẽte, quæ faciet copulationem conditionis cõditionato. & ſic eſt in omni compoſito ex conditione, & conditionato. Attamen hoc totum deſtruitur ſm̃ Philoſophos, cùm ponunt orbes cœleſtes antiquos, & ſunt ſubſtantia, & attributa, & non ponunt eis agens eo modo, quo eſt agens in apparentibus nobis, vt ſequi ex hoc, niſi ponant q̃ ſit hic demonſtratio inducẽs ad copulationem antiquam ex copulante antiquo, & eſt ſpecies copulationis diuerſa ab ea, quę eſt in generabilibus, & corruptibilibus. Et oĩa quidem iſta ſunt loca magnæ ſpeculationis. Quod aũt ponunt, q̃ iſta attributa, non conſtituitur ex eis ſubſtantia, non eſt verum. nam oĩs ſubſtantia, quæ pficitur attributis, quibus erit magis perfecta, & magis electa, ſubſtantia illa conſiſtit cum attributis illis, quemadmodum per ſcientiam, & poſſe, & voluntatem ſumus entia nobiliora entibus non ſcientibus, & ſubſtantia nr̃a, in qua exiſtunt iſta attributa eſt cõs nobis, & inanimatis, quæro qũo erunt hæc attributa accidentia, ſequentia ſubſtantiam noſtrã? hoc totum quidem eſt ex ſermone eius, qui non eſt peritus in attributis eſſentialibus, & accidentalibus.

ALGAZEL.

AIt Alga. Et aliquando dicunt in vituperatione prolationis alio modo. & dicunt hoc inducit vt ſit primum indigens his attributis, & non erit ſufficiens ſimpliciter. nam ſufficiẽs ſimpliciter non indiget alio. Deinde dixit dubitans eis.

ALGAZEL.

AIt Alga. Et hic eſt ſermo diſputatiuus ſ vltimitate debilitatis. nam attributa perfectionum non ſeparantur à ſubſtantia perfecta, ita q̃ dicatur q̃ indigẽt alio. &, cùm non ceſſauit, nec ceſſabit eſſe perfectum in ſcientia, et poſſe, & vita, qũo ergo indigebit alio, aut qũo poſſunt proferre de cõtinuatione perfectionis indigentiam? & eſt, ſicut ſermo dicentis, perfectum eſt id, quod non indiget perfectione. Et, ſi dicet, indigens attributis ad perficiendum ſeipſum eſt diminutum, dicetur quidem, ſicut nihil eſt vt ſit perfectum, niſi ſit perfectio in ſe, ſic nihil eſt vt ſit ſufficiens, niſi ſit et attributum, quod auferẽt indigentias in ſe. qũo ergo remouentur attributa, quibus pficitur deitas, his talibus imaginationibus verborum?

AVEROES.

AIt Auer. Perfectum autem eſt duplex, perfectũ in ſe, & perfectum attributis tribuentibus ei perfectionẽ. & illa attributa neceſſe eſt vt ſint perfecta in ſe. nam, ſi eſſent perfecta per attributa perfi-
40 cientia, etiam interrogaretur de illis attributis an ſint pfecta ex ſe, aut ex alijs attributis, & deueniret ad perfectum ex ſe. perfectum vero per aliud indiget neceſſario ſm̃ radices pręcedentes, cùm cõcedantur aliquo tribuente et attributa perfectionis. ſin autem, eſſet diminutum. Attamen perfectum ex ſe eſt in ente ex ſe, & cõuenit vt ſit ens ex ſe perfectum ex ſe. ſi autem eſt hic ens ex ſe, neceſſe eſt vt ſit perfectum ex ſe, & ſufficiens ex ſe. ſin autem, eſſet compoſitum ex ſubſtantia diminuta, et attributis perficientibus ſubſtantiam illam. et,
50 cũ ſic fuerit, ergo attributum, & id, cui attribuitur, eſt idem: & quod attribuit et ex actionibus, quæ inducẽt vt prouenìant ab attributis ſeparatis, in eo eſt relatiue.

ALGAZEL.

AIt Alga. redarguens Philoſophos. O quantum eſt inconueniens vt ſimus nos, & Deus glo. in hoc æquales, ſ. q̃ perfectio eſt ſubſtantiæ nr̃æ q̃ attributa perficiẽtia. Si autem dicet cũ conſtitutis ſubſtantiam, & attributum, & exiſtentia attributi in ſubſtantia eſt compoſitio, & oĩs compoſitio indiget componente, quare non admittimus q̃ primum ſit corpus, quia eſt compoſitum? Dicimus q̃ ſermo dicẽtis omne compoſitum indiget componẽte eſt, ſicut ſermo omne inuentum indiget inuentore. &, ſicut dicitur de eo primum eſt antiquum ens, non habens cauſam, nec inuentorem, ſic dicitur, id, quod attribuitur ei, attributum eſt antiquum, & non eſt cauſa ſubſtantiæ eius, nec attributor; eius, nec exiſtẽtiæ attributorum i ſubſtantia eius, ſed totum eſt antiquum ſine cauſa. corpus

vero

vero impossibile est vt sit primum, ipsum nãcp est innouatum, ex eo cp nõ euadit ab innouationibus, & qui nõsi constituit ei innouationes corporis, non est necesse ei vt concedat cp sit causa prima corpus, vt sequitur hoc vobis in eo, quod sequetur postea.

AVEROES.

AIt Auer. Compositio autem non est sicut esse. nam compositio est sicut moueri, s. attributum possibile, additum substantiæ rerum recipientium compositionem. esse vero est denominatio, quæ est ipsamet substantia. & qui aliter dicit, errat. compositum aũt non diuiditur ad compositum ex se, & compositum ex alio. & necesse est vt deueniat ad compositum antiquum, vt deuenit in entibus ad ens antiquũ. et iam locuti sumus de hac disputatione in multis locis. Vlterius, cũ fuerit, sicut diximus cp compositio sit qd additum esse, potest aliquis dicere si reperitur compositum ex se, erit motum ex se: et, si erit motum ex se, erit priuatum ex se: qm esse priuat est exitus eius, quod ẽ in potẽtia ad actum. & sic est de motu & moto, & non est sic de esse: qm ipsum nõ est attributum additũ substantiæ, & omne ens, quod non est aliqñ in potentia, et aliqñ in actu, est ens ex se, & esse moti est vt sit cũ potentia motiua, & ideo indiget omne motum motore.

Attamen responsio in hac disputatione est cp compositum aut erit quælibet pars partium eius, ex quibus componitur, conditio in esse sui socij duobus modis diuersis, sicut est in cõpositis ex materijs, & formis apud Peripateticos: aut non erit quælibet earum conditio in esse socij sui: aut vna earum est conditio in esse alterius, & altera nõ erit conditio in esse primi. prima autẽ pars impossibile est vt sit antiqua. nam compositio ipsa est cõditio in esse alterius, & impossibile est vt partes sint causa compositionis, nec compositio causa sui ipsius. et ideo talia composita sunt generabilia, & corruptibilia: & impossibile est eis vt sint absq agente, quod extrahat ea à priuatione ad esse. Secunda vero pars, s. cp nulla duarum partium sit conditio in esse socij, hæ tales, cũ non fuerit in natura vnius earum vt sequatur ab alia, non componentur, nisi cũ compositore extra eas: cùm compositio non sit de natura earum, qua constituitur substantia earum. si vero natura earum determinaret compositionem, & sunt ex se antiquæ, necesse est vt compositũ ex eis sit antiquum. quare impossibile est ei vt sit sine causa tribuente et vnitatẽ: qm impossibile est reperiri aliquid antiquũ, cui sit vnitas per accidens. sed, si esset vna earum conditio in esse alterius, & altera non est cõditio ei, sicut est in attributo, & eo, cui attribuitur nõ essentiali: si quidem id, cui attribuitur, est antiquum, & de natura eius est vt non separetur ab eo attributum: tũc compositum est antiquum. &, cùm sic fuerit, impossibile est vt concedat aliquis esse compositum antiquum. Sic ædificatur via sectæ Assariæ, cp omne corpus est inouatum. nam, si esset compositum antiquum, reperientur accidẽtia antiqua, quoꝝ vnum est compositio: qm fundamentum, supra quod ædificant necessitatem innouationis accidentium, est quia non sunt partes, ex quibus componitur corpus apud eos, nisi post separationem. &, cùm admittunt compositum antiquum, possibile est vt reperiatur aggregatio, quam non præcedit separatio, & motus, quem non præcedit quies. &, cùm hoc fuerit possibile, tunc esset possibile vt repertatur corpus, habens accidentia antiqua, & non est verificatum eis cp id, quod non euadit ex innouationibus, sit innouatum. & adhuc etiam dicum est supertius cp oẽ compositum erit vnum ex vnitate reperta in eo. & hæc vnitas reperitur in eo ex aliquo, quod est vnum ex se. &, cũ sic fuerit, tunc vnum, ideo cp est vnum, præcedit oẽ compositum, & hoc quidem agens vnum, si fuerit æternum, operatio quidem eius, quæ est influere oĩa entia Idiuidualia, quibus sunt entia distincta, est operatio continua æterna, non autẽ aliqñ sic, & aliqñ non. nam agens, cuius actio alligatur acto, hora quidem, qua exit à potentia ad actum, est agens innouatum necessario, et actum eius est innouatum necessario. agẽs vero primum habet alligationem acto continue, & actum miscetur ei potentia continue. Et secundum hoc debet Itelligi dispositio Primi glo. cum oĩbus entibus. & hæc quidẽ, cùm impossibile est nobis declarare ea in hoc loco, dimittimus. nam intentio nostra est declarare cp id, quod comprehenditur in hoc libro ex sermonibus, sunt sermones non demonstratiui: & plurimi eorum sunt sophistici: & maior gradus eorum est, vt sint topici, sermones, n. demonstratiui sunt pauci nimium, & sunt inter sermones tanquam aurum purum inter alia mineralia, & adamas inter gẽmas. & redeamus ad id, in quo fuimus. Nota de sermõibus demõstratiuis.

ALGAZEL.

AIt Alga. Et oẽs viæ eorum in hac disputatione sunt imaginationes. Vlterius ipsi non possunt auferre oẽ id, quod attribuerunt substantiæ primæ. nam ipsi cõstituerunt cp sit sciens, & necesse est vt hoc sit additum abstracto substantiæ. Et dicitur eis an conceditis cp primum sciat aliud à seipso? & aliqeoꝝ sunt, qui concedunt aliud ab hoc, & aliqui dicunt non scit nisi seipsum. sed primum est id, quod elegit Auicenna. nam ipse putat cp Deus glo. scit oĩa specie vniuersali, quę non ingreditur sub tempore, & non scit particularia, quorum comprehensio causat mutationem i substantia scientis. Nos aũt dicimus aut scientia Primi de oĩbus entitatibus generum, & specierum infinitarum est ipsamet scientia sui ipsius, aut alia. si dicitis alia, iam constituitis pluralitatem, & ruinatis fundamentum. si vero dicitis cp sit eadem, non cognoscimini ab eo, q ratiocinatur cp scientia hominis de alio est alia à scientia eius de seipso, & de alio. & qui dicit hoc cum intellectu suo ex definitione eiusdem falsificatur in imaginatione aggregatio inter negationem, & affirmationem, & sic scientia de eodem. quia idem falsum est vt imaginetur de vna eadem re, cp reperiatur, & non reperiatur. et, cũ non erit falsum in imaginatione, vt consyderet scientiam hominis de se, & nescit aliud, ergo necesse est vt credat cp scientia sua de alio est præter scientiam suam de se. nam, si esset eadem, tunc esset negatio sui negatio eius, et affirmatio sui affirmatio eius. cùm falsum fuerit cp Socrates sit, & Socrates non sit, s. vt sit idem in eadẽ dispositione, & tamen non falsificatur tale in scientia eius de alio cum scientia de se. & sic est i scientia Primi de se cum scientia eius de alio. nam possibile est vt imaginetur esse sui absq esse alterius. si autem similitudo est sic, tunc hæc imaginatio est falsa. & omnis, qui ex Philosophis concedit cp primum scit aliud, necesse est vt constituat pluralitatem proculdubio.

AVEROES.

AIt Auer. Summa huius sermonis est quæstio contra dicentem cp primum scit seipsum, & intelligit aliud: qm scientia scientis seipsum est diuersa à scientia scientis aliud. Quę quidem est sophisticatio. qm ex hoc intelliguñt duo, quorum vnum est vt sit scientia Socratis de seipso individuali scitia eius de alio. & hoc nullo pacto potest esse verum. secundũ vero est, vt sit scia hominis de alio, vt sunt entia, scientia eius de se. & hoc est verum. Et declaratio eius est. qm nihil aliud est substantia eius, nisi scientia eius de entibus. &, si esset homo, vt alia entia, & sciret quiditatem suam sibi propriam, & esset qditas eius scia rerum, tunc scientia hominis de se necessario esset scientia eius de alijs rebus. nam, si esset alia, tunc substantia eius

eius non esset scientia de rebus, & hoc manifestum est in artifice. nam substantia eius, qua appellatur artifex, non est aliquid nisi scientia sua de artibus: cùm autem dixit, nam, si scientia eius de se esset scitia eius de alio, tunc negatio sui esset negatio eius, & affirmatio sui affirmatio eius. i. cp, si esset scientia hois de se scientia eius de alio, tunc homo, cùm non sciuerit aliud, non sciet seipsum, s. cùm ignorauerit aliud, ignorabit seipsum. &, cùm sciuerit aliud, sciet seipsum. Attamen est sermo verus aliquo modo, & falsus aliquo modo. qm quidras hois est scientia, & scientia est scitum aliquo modo, & aliud à scito aliquo modo: &, cùm ignorat scitũ, tunc ignorat aliquam partem sui ipsius: et, si ignorauerit oĩa scita, ignorabit se ipsum. & negare hanc scientiã de homine est negare scientiam hominis de se ipso. nam, cùm auferetur à scientia scitum, ex eo cp scitũ et scientia sunt idem, tunc auferetur scientia hois de seipso, scitum aũt, ex eo cp est aliud à scientia, est præter hominem: & non sequitur ex ablatione huius scientiæ ab hoie ablatio scientię hois de seipso. & sic est in idiuiduis. nam nõ est scientia Socratis de Platone anima Socratis, quare scit Socrates seipsum, cum ignorantia eius de Platone.

ALGAZEL.

AIt Alga. Si autem dixerit ipsum nõ scit aliud prima intentione, sed scit seipsum, quia est principium oĩum, & copulatur ei scientia totius sectida ītentione, cùm impossibile sit ei scire seipsum, & nescire cp sit principium alterius. nam verificatio sui est esse principium alterius: & impossibile est scire se esse principium alterius, nisi ingressum fuerit illud aliud in scientiam eius vlr, & consecutiue. & non est inconueniens quin substantiæ eius sint consequentia. & hoc quidem non facit pluralitatem in quiditate substantię, impossibile vero vt sit in ipsa substantia pluralitas. Et respondetur ei multipliciter, & primo cp, cùm dicitis cp ipsum scit se esse principium, est industria quædam vestra, & imaginatio. sed oportet vt sciat esse sui. scientia autem cp sit principium est addita scientiæ de esse eius. nam principium est relatiuum substantiæ: & põt scire substantiam, & nescire relationem principij ad substantiam: & potest scire substantiam, & nescire cp sit principium: nam esse principium, & esse ens sunt duo diuersa. & sicut possibile ẽ vt sciat homo seipsum, & nesciat cp sit causatum: nã scire cp sit causatum est relatio eius ad causam: sic cẽ ipsum glo. principium, et esse causam est relatio eius ad causatum. & cõsequentia est bona in abstracto, cùm dicunt cp ipsum scit se esse principium. in eo. n. est scientia de substantia, & principio, quod est relatio: & relatio est diuersa à substantia: & scientia relationis est diuersa à scientia substantię, rõne, quam dixtmus: & est quia possibile est vt imaginetur scitia de substantia præter scientiam de principijs, & impossibile est vt imaginetur scia de substantia præter sciam de substantia: nam substantia est vna.

AVEROES.

AIt Auer. Sermo Philosophorum cum isto hoie in hac disputatione ædificatur fm radices, quas habent, de quibus necesse est prius loqui cũ eis. Nam, cùm conceditur id, quod posuerunt de eis, & extimauerunt cp demonstratio induxit eos ad id, non sequitur eis aliqua harum consequentiarum suarũ. Nam Philosophi ponunt cp ens, quod nõ est corpus, est in se scientia tantum. qm ipsi tenent cp formæ non sciunt, ęa sunt in materijs: &, cũ inuenerint aliquid, quod nõ sit in materia, notum est cp scit. & hoc habetur ratione. qm inuenerunt cp formæ materiales, cùm abstrahantur in anima à materijs suis, fiunt scientia, et intellectus: & intellectus nihil aliud est, nisi formæ abstractæ à materia. &, cũ sic fuerit in eo, quod non est abstractum à radice naturæ suæ, id quidem, quod est abstractũ à radice naturæ suæ, multo dignius est vt sit scientia, & itellectus. &, qm intellecta rerum sunt verificatio rerum, & intellectus nihil aliud est nisi comprehensio intellectorum, tunc intellectus noster est ipsummet itellectum, i eo cp est intellectum. & non erit alietas inter intellectũ & ipsam rem intellectam, nisi qa intellecta sunt itellecta rerum, quæ non sunt in naturis suis intellectus, sed fiunt intellectus, cùm abstrahit intellectus formas earum à materijs: & propter hoc non erit intellectus noster intellectum oĩmode. si vero reperiatur aliquid ablq materia, erit intellectus eius intellectum oĩmode, & est intellecto intellectorum ablq dubio. &, qm intellectus nihil aliud est nisi comprehẽsio ordinis rerum, quæ reperiuntur, et gradus earum, ideo necesse est, in eo cp est intellectus separatus, vt non sustentetur in intellectione rerum, quæ reperiuntur in rebus, quæ reperiuntur, & retardetur intellectum eius eis. nam omnis intellectus talis sequitur ordinem repertum in entibus, & cõplet eũ: & ipse de necessitate diminutus est in eo, quod intelligit ex rebus. & ideo intellectus noster est diminutus in eo, quod determinat de natura rerum circa ordinem, & proportionẽ repertam in eis. &, cũ naturæ rerũ sequantur fm rõnem intellectus, et fuerit hic itellectus, qui est in nobis, diminutus in comprehendendo naturas entium, necesse est vt sit hic scientia cum ordine, & cũ proportione, quę est causa ordinis, & proportionis, & scientiæ repertæ in quolibet ente. Et necesse est vt iste intellectus, ordo eius sit causa huius ordinis in entibus, & comprehensio eius non denominatur de vniuersalibus, quãto magis de particularibus. qm vniuersalia sunt intellecta entium, & posteriora eis, hic vero intellectus, entia sequuntur eum, & intelligit necessario entia, cùm intelligit ex se ordinem, & proportionẽ repertam in entibus, non autem cum intelligit ea extra se. nam esset causatum ab ente, quod intelligitur, & in nullam habet causam: & esset diminutus: scientia. n. rerum notitia vniuersalis est scientia diminuta, qm est scita eius, quod est in potentia. Cũ autem intellexeris hoc ex optimone Philosophorum, intelliges cp itellectus reparatus non intelligit nisi seipsum, & itelligit seipsum, cùm intelligit omnia en ta. intellectio. n. eius nihil aliud est nisi ordo, & proportio, quæ est oĩbus entibus, & iste ordo, & proportio est ille, quem recipiunt potentiæ actiuæ, habentes ordinem, & proportionem, reperiam in oĩbus entibus, & est id, quod Philosophi appellãt naturam. nam videtur cp oẽ ens habet operationes, quæ sequuntur ordinem intellectus, & proportionem eius. & impossibile est vt hoc sit per accidens: & impossibile est vt sit propter intellectum fundem intellectui nostro, sed propter itellectum superiorem omnibus entibus, & non est nec vniuersalis, nec particularis. Et, cùm intellexeris hoc ex optimonibus Philosophorum, soluuntur tibi omnes dubitationes, quas fecit eis itle vt hic, &, cum potuerit cp itellectus, qui est ibi, sit similis intellectui humano, valent illæ dubitationes prædictæ. nam itellectus, q est in nobis, est is, cui euenit numeratio, & pluralitas. ille vero itellectus non euenit ei aliquid horum. nam est mundus pluralitate euemente his itellectis, & non imaginatur in eo alietas itet comprehẽdentem, & comprehensum. itellectus vero, qui est in nobis, eius comprehensio substantiæ rei est aliud à cõprehensione eius, cp sit principiũ rei: &, sic eius comprehensio alterius est alia à comprehensione sui aliquo modo. attamen est i eo similitudo illius itellectus: & ille intellectus est ille, qui tribuit ei illam similitudinem. nam intellecta, quæ sunt in illo intellectu, sunt remota à diminutionibus, quæ euenunt huic nostro intellectui. ver. g. cp intellectus fit intellectum, in eo cp est intellectum.

Quo pacto intellectꝰ nr̃. & itellectus separatꝰ intelligant.

Intellectus separatus non intelligit nisi seipsum.

intellectum. qm̃ reperitur intellectus, qui est intellectū omnimode. nam oē id, cui reperitur attributum diminutum, reperitur quidē ei propter ens, cui est illud attributum perfectum. ỹ. g. id, in quo reperitur caliditas diminuta, reperitur quidem ei propter aliquid, quod est i calidita. e perfecta. & sic quod reperitur itelligens itellectu diminuto, reperitur quidem ei propter aliqd, quod est intellectus intellectu perfecto. & sic oē, cui reperit operatio intellectualis diminuta reperit qdem ei propter itellectum perfectum. Et, cū fuerit opationes oium entium operationes intellectuales perfectæ, & sapientes, & non sunt habentes intellectum, necesse vt sit hic intellectus, quo operationes entium sunt operationes intellectuales. & q non itelligit hoc ex debilibus sapientum, est is, qui quærit vtrum primum principiū intelligat seipsum, aut intelligat aliquid extra seipsum. &, si ponit q̃ itelligit aliquid extra se, ergo sequitur vt perficiat seipsum per aliud. si vero ponit q̃ non itelligit aliquid extra se, sequitur vt ignoret entia. Et mirandū est de istis hoibus, q̃ ipsi auferunt attributa, quę reperiuntur in Deo glo. & creaturis ex diminutionibus euenientibus creaturis, & ponunt intellectum nr̃m similem intellectui, qui est in eo, & ipse est dignior omnibus in tali ablatione. & hoc sufficit in hoc capitulo. quare statim narrabimus sermonem huius viri in hoc capitulo, & declarabimus errorem euenientem ei.

ALGAZEL.

AIt Alga. Secundus autem modus est, cùm vos dicitis q̃ totum est scitum ei intentione secūda, est sermo non intelligibilis. nam quotiēscunq; scientia eius comprehendit aliud, sicut comprehēdit seipsum, tunc essent et duo scita diuersa, et esset ei scientia in eis. numeratio autem scīti, & diuersitas eius facit numerationem scientię, & reperitur numeratione eius, cū recipiat vnum duoꝝ scitorum dr̃ia eius ab alio imaginatione, & non erit scīēta de vno eorum eadem scientia de alio. nam non numeratur cōsyderatio vnius eoꝝ absq; alio, & non est ibi aliud, quotiēscūq; fuerit totū vnum. & hoc non differt, cùm exponitur ab eo secūda intentione. Vlterius vellē scire qūo est pluralitas apud dicentem quòd non defecit à scientia sua pondus grani in cœlo, & terra, nisi quòd scit omnia specie vniuersali, & vniuersalia scita non sunt finita: & erit scientia copulata eis cum pluralitate, & diuersitate eorum eadem omnimode.

AVEROES.

AIt Auer. Sermo eius hic cōsistit in duabus quæstionibus. Quarum vna est qūo sit scientia eius de se scientia eius de alio. & tā præcessit responsio in hoc, q̃ reperitur in intellectu humano ex hoc aliquid, quod facit nos peruenire ad necessitatē eē eius in intellectu primo. Et secūda quæstio est, an pluralitatur scientia eius ex pluralitatione scitorum. nā ipsum comprehendit oia scita finita, & infinita. Et responsio eius est, q̃ non est impossibile scientiæ primæ vt repertaē ei cum vnitate differentia in scitis. nam non est impossibile apud Philosophos vt sciat aliud, & seipsum scīēta distincta, ex eo q̃ sunt ibi scientiæ multę: sed est impossibile apud eos vt intellectus perficiat seipsum per aliquod intellectum, & causatum eius. si enim intelligeret aliud eo modo, quo intelligimus nos, erit itellectus eius causatus ab ente intellecto non habente causalitatem. & tam fuit demonstratum q̃ ipsum est causa entis. Pluralitas autem, quam negauerunt Philosophi, est vt sit sciens non ex se, sed ex scientia addita substantiæ eius. et non sequitur ex negatione huius pluralitatis de Deo glo. negatio pluralitatis scitorum, nisi topice. & pmutatio quæstionis de pluralitate prohibita apud eos ad pluralitatem, quæ est in scitis ipsis, est de operationibus sophisticeis. qm̃ inducit ad opinandum q̃ ipsi, quemadmodum negāt pluralitatem illam, quæ est ex subiecto, & prædicato, sic negant pluralitatem, quæ est scientiæ propter scita. Quare veritas in hoc est, q̃ nō est numeratio scitorum in scientia æterna, sicut est numeratio in scientia humana. nam euenit eis numeratio in scientia humana duobus modis, quorū vnus est ex parte imaginationum: & hæc assimilatur numerationi locali, numeratio vero secunda est numeratio in seipsis in intellectu nostro, s. numeratio, quæ euenit primo generi, ac si diceres ipsi enti, cùm diuiditur ad omnes species, quę sunt sub eo. nam itellectus, qui est in nobis, est vnus ex parte rei vniuersalis, comprehendentis omnes species entium i mundo, & numeratur numeratione specierū. & est manifestum q̃, cū abstulerimus sciens æternum à re vniuersali, q̃ auferetur ab hac numeratione, & remanet ibi numeratio, quam comprehendere non potest intellectus noster, nisi esset intellectus noster idem itellectus cum illo æterno. & hoc est falsum. Quare verum est id, quod dixerunt Philosophi, q̃ intellectus habēt terminum, in quo firmantur, & eum non trāseunt: & est diminutio imaginationis, & comprehensionis, quæ est in hac scīēta. Vlterius, qm̃ intellectus noster est scientia entium in potentia, non autem scientia in actu: & scientia in potentia est diminuta à scientia in actu: & quāto magis erit scientia nr̃a vniuersalior, tanto magis ingreditur in capitulum scientiæ in potentia, & magis ingreditur in capitulum diminutionis scientiæ: & non conuenit vt sit scientia ęterna diminuta aliquo modo: & non reperitur in ea scientia in potentia, qm̃ scientia in potentia est scientia in materia. & ideo tenent Philosophi q̃ necesse est vt scientia primi sit in actu, & q̃ non sit ibi vniuersalitas, nec pluralitas orta à potentia, sicut est pluralitas specierum, quæ oritur à genere. prohibetur autem apud nos comprehendere infinitum in actu: qm̃ scita apud nos distinguntur abinuicem. si vero reperiatur hic scientia, in qua vnitantur scita, tunc ifinita, & finita apud eam sunt æqualiter. Hoc totum est, quod existimauerunt Philosophi, q̃ de eo fuerit demonstratio apud eos. &, cùm nos non intelligimus de pluralitate scientiæ, nisi hanc pluralitatē, quę aufertur ab eo, tunc est scientia eius vna, & existens in actu. Sed comprehendere hoc, & id vere imaginari est impossibile itellectui humano. nam, si homo comprehenderet hoc, tunc esset intellectus eius intellectus Dei glo. & hoc est falsum. Et, qm̃ scientia de individuo apud nos est scientia in actu, scimus q̃ scientia eius est magis similis scientiæ individuali, q̃ scientię vniuersali, licet nō fuerit nec vniuersalis, nec particularis. & qui intelligit hoc, intelligit dictum suum, quòd non deficit ei pondus grani, nec in cœlo, nec in terra, & alia ex sermonibus, qui sunt de hac re.

ALGAZEL.

AIt Alga. Et iam contradicit in hoc Auicen. aliis Philosophis qui opinantur q̃ ipse non scit nisi seipsum ad cautelam cōsecutionis pluralitatis. quomodo ergo communicamus eis in negatione pluralitatis? Vlterius contradicit eis in constitutione scientiæ de alio. & qm̃ pudet ipsum dicere q̃ Deus non scit aliquid in hoc seculo, & i alio, sed scit seipsum tantum, & bene scit aliud, & scit etiam se, & aliud: ergo aliud est dignius eo in scientia. & dimisit hoc tanq̃ verecundus de hac opinione, & quasi timens: deinde non puduit eum omnimode: & existimauit q̃ eius scientia de se, & alio etiam omnibus rebus est subiantia eius absq; additione, & sunt eædem diminutiones, quibus vituperati sunt omnes Philosophi, cùm sit manifesta contradictio eius prima consyderatione: ergo non euasit aliqua secta eorū à prauo elogo de scientijs. Sic meritum reddat Deus glo. ei, q̃ declinat à vijs eius, & existimat q̃ rebus diuinis dominatur cum consyderatione sua.

AVEROES.

AIt Auer. Respōsio huic toti apparet ex eis, quæ diximus. qm̃ Philosophi negāt q̃ sciat aliud eo modo, quo hoc aliud est vilioris esse, ad hoc vt causatum non fiat causa, & nobilius esse vilius esse. scia enim est scitum, & non negāt id, ex eo q̃ scit hoc aliud scientia nobilioris esse, q̃ sit scientia, qua nos scimus aliud, sed necesse est vt sciat illud hoc modo: qm̃ hic modus est modus, quo reperitur aliud ab eo. Attamē consyderatio possibilitatis pluralitatis scitorū de scientia æterna est disputatio secunda. & tam recitauimus eam. & non fugiunt Philosophi propter hanc quæstionem ad id, q̃ ipse non scit, nisi seipsum, prout imaginatur iste homo, sed propter id, quod diximus. & est vsus vt non assimiletur scientia eius scientiæ nostrę, quę est in vltimitate differentiæ cum ipso. Auicenna autē conatus est congregare sermonem, q̃ ipse non scit nisi seipsum, & scit alia entia scientia nobiliori, q̃ sit illa, qua scit ea homo: nam ista scientia est substātia eius. & hoc apparet ex eo, quod dixit, q̃ scītia eius de se, & de alio etiam omnibus rebus est substantia eius, licet nō expo fuerit hoc, vt exposuimus nos. Quare hic sermo eius non est eadem contradictio, qua vituperati fuerūt alīj Philosophi, sed est sermo omnium, aut quod sequit ex sermone omnium. & cùm hoc quieuerit in mente tua, apparebit tibi vilitas eius, quod infert iste homo de intellectu contra sapientes cū eo, quod apparet de cōuenientia viri cum eis in plurimis opinionum eorum.

ALGAZEL.

AIt Alga. respondens pro Philosophis. Si aūt dixerit, cū affirmatum fuerit q̃ scit se esse principium relatiue, tunc scientia de duobus relatiuis est eadē. nam qui scit filium, scit eum vna scientia, qua etiam est scientia de patre. paternitas au em, & filiatio sunt vniuersalia, & pluralitantur scita, & vnitur scītia, et sic ettam ipsum scit seipsum esse principium alterius, & vnitur scientia, licet numerentur scita. deinde, cū intellexerit hoc in vno causato respectu eius, & hoc non faciet pluralitatem, additio quidem in eo, cuius genus non faciet pluralitatem, non faciet pluralitatem. & sic etiam qui scit rem, & scit scientiam suam de re, tunc scit eam hac scientia. & omnis scientia est scītia de seipso, & de scito eius, & numeratur citum, & vnitur scītia. & iducat id etiam, qm̃ vos tenetis q̃ scita Dei glo. sunt infinita, & scīēta eius est vna, & nō attributis ei scientias infinitas numero. si autem esset numeratio scīētæ, tunc in substantia Dei glo. essent scientiæ infinitæ, & scīa eius vna. & hoc ē falsum. Deide dixit r̃ndens eis.

ALGAZEL.

AIt Alga. Dicimus quotiēscunq; fuerit scientia vna omnimode, non imaginatur alligantia eius duobus scitis, sed facit hoc pluralitatem, vt ponunt Philosophi, & fm deliberationem eorum in capitulo pluralitatis, ita q̃ deuenerunt ad hoc, & dixerunt, si esset i primo quidtas copulata ipsi esse, esset i hoc pluralitas. nam non intelligunt rem habentem veritatē, & postea attribuitur esse: sed existimauerunt q̃ esse copulatur verificationi, & est aliud ab ea, & determinat pluralitatem. Et fm hunc modum impossibile est consyderare scientiam alligari scitis multis, quin sequatur ei aliqua pluralitas maior, & excelsior ea, quę sequitur ex esse suo copulato quidditati suæ. scientia autem de filio, & patre, & sic alīs relatiuis, est in ea pluralitas. nam impossibile est absq; scientia de substantia filij, & substantia patris: & sunt duo scita, & scitum tertium, & est relatio: q̃q̃ hoc tertium includaē in duobus scitis p̃cedentibus, cū fuerint ex cōditione eius, & necessitate eius.

fin aūt, qui nō scit relatū primo, nō sciet relationē. Igit̃ sunt scientiæ numeratę, quarum aliqua est conditionata alteri, & sic, cùm scit primum seipsum relatū alīs generibus, & speciebus, tunc esse principium eorum undiget vt sciat seipsum, & vnitates generum, & sciat relationem sui, quoad esse principium eorum, licet non intellexerit esse hanc relationem scitam ei. Cùm vero dicunt, q̃ qui scit aliquid, scit seipsum scire eadem scientia, & erit scitum numeratum, & scientia vna, non est verum: sed scit ipsum scire alia à scientia, et deuenit ad scientiam, quæ latet eum, & non sciet eam. & non dicimus q̃ emanatio procedat in infinitum, sed cessat in scientia alligata scito, & latet in esse scientiæ: non autem esse sciti. & qui scit nigredinem, & ipse tempore suæ scientiæ est profundæ animæ in scito suo, quod est nigredo, & latet eum scientia eius de scītia nigredinis, & non respicit eam. si. n. respiceret eam, indigeret alia scientia, vsquequo cessat aspectus eius. Cùm autem dicit q̃ hoc conuertitur cōtra vos in scitis Dei glo. quę sunt infinita, & scientia apud vos est vna, nos quidem dicimus, non disputamus in hoc libro disputatione cōstituentium, sed disputatione ruinantium, & dubitantium. & ideo appellauimus hunc librum Destructionē Philosophorum, non constitutionem veritatis. & non est nobis hæc responsio. Si autem dixerit, verum est q̃ non sequitur vobis opinio alicuius sectæ sectarum, sed id, quod conuertitur secundum cursum creationis, & sunt æquales intelligentiæ in dubietate eius, impossibile est vobis id ponere, & hoc dubium conuertitur contra vos, & non est fuga ab eo, dicimus q̃ non, sed intentio nostra est de diminutione vestra in rationibus vestris circa scire res veras demonstrationibus inclusis. & induxit vobis dubium in rationibus vestris. &, cùm apparuerit diminutio vestra, dicimus q̃ sunt aliq, qui opinantur q̃ verificatio rerum diuinarum nō comprehenditur consyderatione intellectus. & etiam non est impossibile homini comprehendere eas. & ideo dixit sapiens Consyderate in operationibus Dei, & non cogitetis in substantia Dei. Quare vos negatis contra sectam credentem veritatem nuntij cum euidentia miraculorum, quę non habentur à propositionibus intellectus super affirmationem mittentis quæ magnificit consyderationem attributorum, consyderatione intellectus, quæ fit per habentem fidem, in eo quod est in ea de attributis Dei glo. quæ est post, cùm proferatur dictio scientis, volentis, & potentis, & viuentis, quæ causa est proferre id, quod non conceditur in eo iens in diminutione comprehēdi veritatem. cùm vero vos negatis ea iputando eis ignorātiam in vijs demonstrationū, & modo ordinis propositionum in figura syllogismorum, & rationum, dicentes vos q̃ nos scimus ea vt sit intellectualibus, tam profecto declarata est diminutio vestra, & destructio viarum vestrarum, et dedecoris vestri in rationibus scientiæ vestræ. & intentum huius declarationis est, vt q̃ ponit q̃ demōstrationes Diuinæ sunt inciſiuæ, vt demonstrationes Geometriæ.

AVEROES.

AIt Auer. Hic est sermo prolixus: cuius cōclusio est rhetorica, seu topica. Et summa eius, quod recitauit, est conseruatio Philosophorum, quòd scīētia Dei glo. est vna ex duabus rationibus, quarum conclusio est q̃ ipsi tenent, ex eo q̃ in intellectis nostris sunt multa, ex quorum pluralitate non pluralitantur substantiæ intellectorum, vt apparent in entibus quædam dispositiones, & non multiplicantur substantię in multiplicatione earum, vt q̃ res sit ens, & vnum, & necessarium, aut possibile. & hoc, postq̃ fuerat ens, est ratio q̃ sit scientia vna, comprehendens scīētias multas, & infinitas. Ratio autem prima, quam facit in hoc capitulo,

capitulo, est id, quod videtur de rebus intellectualibus, quæ euenunt rei intellectæ in anima: & est similis rebus in entibus apud cõsyderationem relationum repertarum in eis ex negatione. nam relatio eueniens intellectis, apparet de ea q̃ sit aliquid, quo nõ plurificantur intellecta. & dant rationem in hoc: qm̃ relatio eueniens rebus relatis est huiusmodi. Ipse autẽ cõtradicit huic rationi, q̃ relatio, & duo relatiua sunt scientiæ multæ, et scientia nostra de paternitate, exempli gratia, est alia à scientia nostra de patre, & filio. veruntamen q̃ relatio est attributum additum relatiuis extra animam in entibus, relatio vero, quæ est in intellectis, dignior est vt sit res, q̃ vt sit attributum additum ambobus relatiuis. Attamen hoc totum est assimilatio scientiæ humanæ scientiæ æternæ, & est substantia erroris. & ideo omnis, qui adduxit dubium in scientia æterna, & conatur soluere id cum eo, quod apparet de scientia humana, ipse quidem permutauit iudicium ab eo, quod apparet ad occultum in duobus entibus in vltimitate distantiæ, non in duobus entibus communibus specie, aut genere, sed diuersis in vltimitate diuersitatis. Secunda vero ratio est, quoniam nos scimus rem eadem scientia, & scimus q̃ scimus scientia, quæ est eadẽ cum scientia prima, non attributum ei. & ratio in hoc est, quoniam procederet in infinitum. et id, cũ quo respondet ei, q̃ hęc scientia est scientia secunda, & non procedit, nihil est. quoniam apparet de nobis q̃ procedit, & nõ sequitur ex eo q̃ scit̃s est sciens aliquid, & nõ scit q̃ ipse scit, vt, cũ scit q̃ ipse scit, sciat scientia addita scientiæ primæ, sed scientia secunda est aliqd ex rebus scientiæ primæ. quare nõ est et impossibile procedere in infinitum. si autem esset scientia existens in substãtia nostra, addita primæ scientiæ, non esset verus in eo processus in infinitum. Ratio autem, quam fecerũt Philosophi Loquentibus, ex eo q̃ Loquẽtes omnes confitentur q̃ scientiæ Dei glo. sunt infinitæ, & scientia vna, est quæstio ſm opinionem dicentis, non autem quæstio ſm rem. & est contradictio, quam aduersarij non possunt euadere, nisi cùm ponunt q̃ scientia Dei glo. non assimilatur in hoc scientię creatę. nam ipse nõ ignorat, magis q̃ ille, qui credit q̃ scientia Dei glo. non differt à scientia creata, nisi in quantitate tantum, s. q̃ est multarum scientiarum rãtum. & omnia ista sunt sermones topici, & id, quo sustentatur, est q̃ scientia Dei est vna, & non est causatum ex causatis, sed est causa eorum. & res profecto, cuius causæ sunt multæ, est etiam multa. res vero, cuius causata sunt multa, non est necesse vt sit multa, eo modo, quo causata sunt multa. & scientia prima, nõ est dubium q̃ negatur ab ea pluralitas, quę est in scientia creata, vt negatur ab ea mutatio mutatione scitt. & Loquentes ponũt hoc vnam ex radicibus suis. Sed sermones, qui hic dicuntur, sunt sermones topici. Cùm autem dixit q̃ intentio eius hic non est notificatio veritatis, sed intentio eius est destruere sermones eorum, & facere apparere rationes eorum falsas, nõ est intentio conueniens, nisi hominibus pessimis. Et quomodo non erit hoc sic, cum plurimum, quod adeptus est iste homo ex virtutibus, & excellentia, et docuit sapientiam homines in eo, quod tribuit eis in compẽdijs suis, non fuerat nisi ex eo, quod accepit ex libris, quos posuerũt Philosophi, & ex disciplinis eorum. Et ponamus q̃ ipsi errauerunt in vna re, non tamen ex hoc debemus negare excellentiam eorum in speculatione, & in eo, q̃ fecerunt exercere intellectum nostrum. Et nisi fuisset eis nihil, nisi Logica, esset necesse ei, & omni, qui scit hanc artem, laudare eos in ea. & tamẽ ipse scit hoc, & contradicit ei, & tam secit ea libellos, & dixit quòd nemini est via ad sciendum veritatem, nisi ex hac scientia: & peruenit ei exaltatio s ea, ita q̃ extraxit eam à libris Dei glo. est ne conueniens ei, qui adeptus est ex libris, & doctrinis eorum illam vilitatem, quam accepit ipse? Ex eis itaq; iudicauit homines suæ tempestatis, & magnificatum est nomen eius in Mauris, vt dicat hunc sermonem, & alietas rei, cũ separetur à re, non redit idẽ, et non exit quin sit aliud. Si autem primum non defecit esse sciens de se ipso, non indicat q̃ scientia eius de se ipso est ipsummet, & ampliata est cogitatiua in consyderationem substantiæ, deinde in innouationem consyderationis. &, si hoc esset, ipsamet substantia non potuisset imaginari hanc consyderationem. Si vero dixerit substantia eius est intellectus, & scientia, & non habet substantiam, deinde scientia existit in eo, dicimus delusio est manifesta in hoc sermone. nam scientia est attributum: & attributũ est accidens determinãs rem, cui attribuitur. et sermo dicentis est in seipso intellectus, & scientia est sicut dicere est posse, & voluntas, & ipsum existit in se. Si autem hoc dicatur ei, est quidem sicut sermo dicentis de nigredine, & albedine q̃ existens in se, & quantitate, & quadratura, et trinitate existit in se, & sic in omnibus accidentibus. Attamen via, quæ facit falsitatem, vt sint attributa corporũ i se absq; corpore, quod est præter attributa i alio, est via in scia, q̃ attributa viuẽtis ex scientijs, & vita, & posse, et voluntas etiam non existunt in se, sed existunt in substantia. nam vita existit in substãtia, & ex ea erit vita eius. & sic scientia existit in substantia, & erit sciens ex ea. et sic alia attributa. ergo non solum proferunt primo negationem aliorum attributorum, & negationem verificationis, & quiditatis, sed etiã negant ab eo existentiam in seipso: & id reducunt in veritatem accidentiũ, & attributorum, quæ non habent existentiam in seipsis, ita quòd nos declarabimus postea diminutionem eorum à producendo rationem, quòd scit de se ipso, et alia quæstio est separata.

ALGAZEI.

AIt Alga. Si autem dixerit, hoc dubium sequitur ſm opinionem Auicennæ, cùm existimauit q̃ primum scit aliud: verificantes vero ex Philosophis determinauerunt q̃ ipsum non scit, nisi seipsum, & aufertur ab eis hoc dubium. Et dicimus labor videtur esse dedecus in hac opinione. & nisi esset in vltimitate mollitiei, & debilitatis, nõ dimisissent posteriores tenere eam. Nos autem ostẽdemus modum dedecoris in ea. qm̃ in ea est q̃ causata eius essent digniora eo. nã Angelus, & homo, & vnaquæq; intelligentiarum scit seipsam, & principium suum, & scit aliud: Primum vero non scit nisi seipsum: ergo est diminutum in comparatione ad quemlibet hominum, quanto magis Angelorum. immo etiam bestię cum earum sensatione sui ipsius sciunt alia præter se. & non est dubium q̃ scientia est nobilis, & priuatio eius est diminutio. Quæro vbi est dictum eorum q̃ ipsum est desyderatum, & desyderans, & est ei gloria perfecta, & pulchritudo adimpleta? & quæro quæ pulchritudo est enti simplici, non habenti quiditatem, nec verificationem, neq; scientiam de eo, quod currit in mundo, & de eo, quod sequitur à substantia eius, & prouenit ab eo: & quę diminutio est maior ista in scientia Dei? O q̃ maxime admirabitur intelligens eo, quod profunde speculati sunt de intellectis ſm existimationem eorum: deinde finit speculatio eorum ad hoc, q̃ Deus Deorum, & causa causatorum non habet scientiam omnino de eo, quod currit in mundo. & quæ est differentia iter eum, & mortuum, nisi q̃ scit seipsum? & quæ est perfectio in scientia sui ipsius, cũ ignorauerit aliud? & hęc opinio non indiget in imaginatione dedecoris eius loquela cũ Melodia, & Rhetorica. Deinde dixit eis q̃ isti non euadunt à pluralitate cum reductione eorum ad hoc dedecus. Nam nos dicimus, aut scientia eius est alia à seipso, aut eadem. si dicitis q̃ est alia, tunc est pluralitas. si vero dicitis q̃ sit eadem, quæ ergo est differentia inter vos, & dicentem q̃ scientia hominis de seipso est ipsemet? & est dementia, & stultitia, cũ intelligat esse sui per aliquid existens in eo, quod non apparet in substantia eius, deinde auferẽ illa occultatio, & excitaẽ, & reducẽ ad se, & tunc erit consyderatio eius de se ipso alia à substantia eius absq;

absq; dubio. Si vero dicitis q̃ hõ est priuatus scientia de substantia sua, & innouatur ei, et erit alia ab ea fine dubio, dicimus q̃ alietas non scitur in innouatione, & copulatione. nam identitas rei impossibile est vt innouẽ supra rem, & alietas rei, cũ separetur à re, non redit idẽ, et non exit quin sit aliud. Si autem primum non defecit esse sciens de se ipso, non indicat q̃ scientia eius de se ipso est ipsummet, & ampliata est cogitatiua in consyderationem substantiæ, deinde in innouationem consyderationis. &, si hoc esset, ipsamet substantia non potuisset imaginari hanc consyderationem. Si vero dixerit substantia eius est intellectus, & scientia, & non habet substantiam, deinde scientia existit in eo, dicimus delusio est manifesta in hoc sermone. nam scientia est attributum: & attributũ est accidens determinãs rem, cui attribuitur. et sermo dicentis est in seipso intellectus, & scientia est sicut dicere est posse, & voluntas, & ipsum existit in se. Si autem hoc dicatur ei, est quidem sicut sermo dicentis de nigredine, & albedine q̃ existens in se, & quantitate, & quadratura, et trinitate existit in se, & sic in omnibus accidentibus. Attamen via, quæ facit falsitatem, vt sint attributa corporũ i se absq; corpore, quod est præter attributa i alio, est via in scia, q̃ attributa viuẽtis ex scientijs, & vita, & posse, et voluntas etiam non existunt in se, sed existunt in substantia. nam vita existit in substãtia, & ex ea erit vita eius. & sic scientia existit in substantia, & erit sciens ex ea. et sic alia attributa. ergo non solum proferunt primo negationem aliorum attributorum, & negationem verificationis, & quiditatis, sed etiã negant ab eo existentiam in seipso: & id reducunt in veritatem accidentiũ, & attributorum, quæ non habent existentiam in seipsis, ita quòd nos declarabimus postea diminutionem eorum à producendo rationem, quòd scit de se ipso, et alia quæstio est separata.

Quo pacto debeat tradi scientia vulgaribus, & quo sapientibus.

AVERROES.

AIt Auer. Sermo in scientia Dei glo. de se, & de alio est prohibitus, cũ sit topice hora disputationis, quãto magis ponere eum i scriptis. nam non peruenit itelligentia vulgi ad tales profunditates. &, cùm disputatur cum eis in hoc, destruitur diuinitas apud eos. quare disputatio cum eis in hac scientia prohibita est, cùm sufficiat in felicitate eorum vt intelligãt in hoc id, quod potest percipere intelligentia eorum. Quare lex, cuius intentio prima fuit docere vulgus, non defecit circa intelligentiam harum rerum de Deo glo. ex eo q̃ sunt in homine, sicut dixit ipse glo. Non erit tibi Deus alienus. & dixit Qui non vident, nec audiũt. & dixit Oculos habent, & non vident. sed indiguit ad faciendum intelligere aliqua de Deo glo. assimilatione eius instrumẽtis humanis, vt dixit Manus eius fundauit terram, & dextra eius mensurauit cœlũ. Et hęc quidem quæstio est propria sapientibus, quos dedicauit Deus veritati. vnde non debent poni in scripturis, nisi in libris positis in via demonstratiua: & sunt quorum mos est vt legant ſm ordinem, & post acquisitionem scientiarum aliarum, quæ impediunt multos homines à speculatione in eis modo demõstratiuo, cũ fuerint perfectæ creationis conuenientis cum paucitate reperiẽdi hanc creationem perfectam in homine. Sermo autẽ de his rebus cum vulgo est, sicut qui dat potum venenosum multis corporibus aĩalium, quibus sunt venena. nã venena sunt res appropriatæ: qa aliquod erit venenũ propriũ alicui aĩali, quod erit nutrimentũ in alio aĩali, et sic est dispõ m opinionibus cum hoĩbus, s. q̃ aliqñ erit opinio, quæ erit venenũ in aliqbus hoĩbus, & nutrimentũ in alijs. & q̃ ponit q̃ opiniones oẽs sint conuenientes oĩbus hoĩbus est, sicut qui ponit oĩa esse nutrimentum oĩbus hoĩbus. & q̃ prohibet speculationẽ ab eo, cui debet tribui est, sicut q̃ ponit cibos oẽs venena oĩbus hominibus. & non est hic, sed est in eis aliquod, quod est venenum aliqbus hoĩbus, & nutrimentũ alijs. & q̃ dat venenum ei, cui est conueniens, debet inculpari, licet fuerit alijs nutrimentũ. & qui prohibet venenũ ab eo, cui est nutrimentũ, ita q̃ morit, debet etiam ei culpari. & ſm hoc res debet intelligi hic. et ideo, cũ errãt pravi, & stulti, & dant venenum ei, cui debet venenũ tribui, ita q̃ sit nutrimẽtum, debet Medicus conari in arte sua ad medẽdum ei. Quare licitum est nobis loqui de hac qõne in huiusmodi libro. & nisi esset hoc, non teneremus q̃ liceret nobis. sed est rebellio expressa, aut ex rebus maximi fletus in terris, & pœna exprimentium est scita in lege. Et, cùm impossibile sit quin loquamur in hac quæstione, dicimus in ea, ſm q̃ requirit vis loquelę de ea in hoc loco apud eũ, qui non est assuetus in rebus, in quibus debet se exercere ante consyderationem in hac qõne. Et dicimus q̃, cũ Philosophi cõsyderauerunt in oĩbus comprehensibilibus, inuenerũt q̃ sunt duplices, aliquod. n. est comprehẽsibile sensu, & corpora existentia in se demonstrata, & accidentia demonstrata in corporibus illis: & aliquod comprehẽsibile in intellectu, & sunt quiditates rerum illarum sensibilium, & naturæ earum, s. substantiæ, & accidentia. Et inuenerunt q̃ ea, quæ habent quiditates, in rei veritate sunt corpora. Et intelligimus per quiditates corporũ attributa reperta in eis, quibus corpora illa sunt in actu, & appropriata in aduẽtu alicuius actionis, & operationibus prouenientibus ex eis. Differunt autem hęc attributa ab accidentibus apud eos, qm̃ inuenerũt accidentia res additas substantiæ demonstratæ existenti in se, indigentia quidem substãtis, in quibus existunt, & substantiæ quidẽ non indigent existentia eorum in eis, s. accidentiũ. Et inuenerunt hæc attributa, quæ non sunt accidentia, non addita substantię, sed sunt ipsamet verificatio substantiæ demonstratæ, existentis per se: ita q̃, si imaginaretur ablatio illorum attributorũ, auferetur substantia. Et sciuerũt hæc attributa in entibus demonstratis, s. corpibus ex operationibus vniuscuiusq; corporis, ex corporibus illis eis proprijs. exempli gratia quoniam ipsi cõprehenderunt attributum, quo fuit planta planta, ex operatione eius sibi propria: & attributa, quibus vitiens est vitiens, ex operationibus viuentis sibi proprijs. & sic cõprehenderunt q̃ sunt animatis formæ huiusmodi sibi propriæ propter operationes animatorum sibi proprias. Deinde, cùm consyderauerunt in his attributis, sciuerũt q̃ sunt in subiecto huius substantiæ. & cognitum fuit eis hoc subiectũ ex conuersione entium demonstratorum ex specie ad speciem, & ex genere ad genus cum conuersione attributorum, & mutatione eorum. v.g. conuersio naturæ ignis ad aerem, cùm auferetur attributum ex quo prouenit operatio ignis. & est id, quo ignis est ignis ad attributum, ex quo prouenit operatio aeris sibi propria: & est id, quo aer appellatur aer. Et adduxerunt rõnem etiam, q̃ reperiatur hoc subiectum, ex eo q̃ substantia demonstrata partitur ab alio: sicut assumpserunt rõnem de operatiõe ex parte formæ. quoniam impossibile est vt imaginetur q̃ sit actio, & passio ex re, quę sit vnius naturæ. Et crediderunt ex hoc q̃ omnia corpora agentia, & patientia sunt cõposita ex duabus naturis, agente, & patiente: & appellauerunt agens formam, & quiditatem, & substantiam: & appellauerunt patiens subiectum, fundamentum, & materiam. & patuit eis ex hoc q̃ ista corpora sensibilia non sunt corpa simplicia, sicut apparet sensui, nec compositia ex corporibus simplicibus: cùm oẽ corpus habeat actionem, & passionẽ. Et opinati sunt q̃ ea, quæ apprehendit sensus ex istis, sunt corpora demõstrata, compositia quidẽ ex duobus istis.

Via, q̃ Philosophi cõsyderauerunt, earũq; quiditates, & accidentia, inuenerũt. Vide supra dispu.

Passio ratio fuit inuenien di subiectũ. opatio vero formam.

istis: quorum vnum appellauerũt formam, aliud vero materiam. & id, quod comprehẽdit intellectus ex istis, sunt formæ, quæ fiunt intellecta, & intellectus, cùm abstraxerit ea intellectus ex rebus, quibus existunt, scilicet eo, quod appellauerunt subiectum, & materiam. & esse accidentium diuiditur intellectu in has duas naturas: licet subiectum eorũ in rei veritate, s. sedes, in qua fuerint, sint corpora composita ex his duobus. Et, cùm distinctę fuerũt apud eos res intellectuales à rebus sensibilibus, & declaratum fuit eis ꝙ sunt in sensibilibus duæ naturæ, quarum vna est potentia, alia vero actus, consyderauerunt quæ duarum naturarũ præcedit aliã: & inuenerunt ꝙ actus præcedit potentiam, cùm agens sit prius acto. Et consyderauerũt in causis, & causatis. & finitur processus in eis ad causam primã, quæ est in actu, & est causa prima oĩum causarum, & affirmauerunt ꝙ sit actus purus, & ꝙ in ea nihil sit potentię omnino. nam, si esset in ea potentia, esset causata aliquo modo, & causa aliquo modo, & nõ esset prima. Et, qm̃ omne compositum ex attributo, & re, cui attribuitur, est in eo potentia, & actus, sequitur apud eos vt nõ sit Primum, compositum ex attributo, et eo, cui attribuitur. &, cùm fuerit apud eos oẽ, quod est immune à potentia, intellectus, sequitur apud eos, vt Primum sit intellectus. Hæc est via Philosophorũ conclusa breuiter. Si autem fueris ex hoibus perfectæ creationis dispositæ ad recipiendum scientias, et eris ex hoibus constantiæ, & ocꝫ, iubeo profecto tibi vt incumbas libris Philosophorum, & scientijs eorum, ad hoc vt habeas id, quod est in libris eorum ex veritate, aut cõtrario eius. Si vero fueris ex eis, quibus deficit vnum horum triũ, iubeo vt incumbas dictis simplicibus legis, & nõ consyderes in his credulitatibus, quæ fiũt in Mauris. nam, si tu eris ex eis, non eris quidem nec ex hominibus veritatis, nec ex hominibus legis. & hoc est, quod mouit istos homines ad credendum ꝙ hęc substantia, quam inuenerunt, sit principium mundi, & ꝙ sit simplex, & ꝙ sit scientia, & intellectus. Et, qm̃ viderunt ꝙ ordo hic repertus in mundo, & partibus eius prouenit ex scientia præcedenti, determinauerunt ꝙ hic intellectus, & scientia sit principium mundi: quod fuit causa vt reperiatur, & vt sit intellectũ. & hoc profecto est distans à primis notitijs, et rebus famosis, ita ꝙ impossibile est vt exponatur vulgo etiam, & multis ex hoibus: & est prohibitum ei, cui est veritas patefacere hoc ei, cui non est via ad habendum veritatem, nam esset, ac si interfecisset eum. Appellant autem separatũ à materia substantiam: qm̃ inuenerunt definitionem propriam substantiæ, ꝙ est id, quod existit per se. et, cùm primum sit causa oĩs eius, quod existit per se ex entibus, ideo est dignius noie substantiæ, & noie entis, & noie scientis, & nomine viuẽtis, & oium rerum, quas influxit entibus, & præcipue, & quicquid est earum ex attributis perfectionis. Reliquum vero, in quo viruperauit iste virum hanc opinionem, est res, cui non est inspiciendum nisi à vulgo, & vilibus hominibus, & sunt quibus prohibitum est eis audire hunc sermonem. Et, cùm dixit & quę pulchritudo est enti simplici, non habenti quiditatem, nec verificationem, nec scientiam eius, quod sit in mundo: nec eius, quod sequitur ex substantia eius, & prouenit ab ea vsqꝫ ad finem sermonis, est sermo corruptus totus. Nam, si ipsi ponerent quiditatem remotam a subiecto, tũc profecto erit remota ab attributis, & nõ erit subiectum attributis, nisi esset in subiecto, & esset composita ex natura potẽtiæ, & natura actus. Et est habẽs quiditatem, quæ est simpliciter. & entia non erunt habentia quiditatem, nisi mediante ea. Et est ens scientię de entibus simpliciter: qm̃ entia sunt intellecta, & reperta ex scientia eius de seipso. nam, cũ fuerit ipsum causa ꝙ entia reperiantur, & sint intellecta, & sunt entia in quiditatibus suis, & intellecta propter scientiam eius, ergo ipsum est causa ꝙ quiditates eorum reperiantur, & sint intellecta. Philosophi aũt negauerunt de eo ꝙ sit scientia eius de entibus, vt scientia hoĩs de eis, qui est causatus ab eis. ergo scientia eius de entibus est in contrariũ scientiæ hoĩs, cùm fuerit facta demonstratio de hac specie scięntæ, attamen ſm opinionem sectæ Alfariæ non habet oĩno quiditatem, nec substantiam, qm̃ esse substantiæ non habentis quiditatem, nec ꝙ ipsa sit quiditas, nõ intelligitur: licet quædam pars Assariæ sectæ opinetur ꝙ sit quiditas ei propria, qua discernitur substãtia eius ab alijs entibus. & hæc quiditas apud Sophios est quod significat per nomen Dei magni. Cũ autem dixit, iterum dicatur istis nõ euadunt à pluralitate cum reductione eorum in hanc vilipensionẽ. nam nos dicimus aut scientia eius est alia à substantia eius, aut est eadem. si dicitis ꝙ sit alia, ecce ꝙ est pluralitas. si vero dicitis ꝙ sit eadem, quæro quæ differentia est inter vos, & dicentem ꝙ scientia hoĩs de se ipso est ipsemet, est profecto sermo in vltimitate mollitiei, & debilitatis. & qui loquitur in eo est dignior hoibus verecundia, & vituperio: qm̃ est inconueniens vt perfectũ remotum ab attributis innouationis, & mutationis, & diminutionis sit in denominatione diminuti, & mutabilis. nam homo, ex eo ꝙ est quid compositum ex subiecto, et scientia reperta in hoc subiecto, necesse est vt sit scientia eius alia à substantia eius aliquo modo, vt dictum est, cùm subiectum sit causa mutationis scientiæ, & substantiæ. Et, quoniam homo est homo, & dignior omnibus entibus sensibilibus, propter intellectũ copulatum substantiæ suæ, non ex seipso, necesse est vt ille, qui est ex seipso intellectus, sit dignior omnibus entibus, & sit remotus ab omni diminutione, quæ reperitur in intellectu hoĩs. Et, cùm dixit, si autem dicatur substantia eius est intellectus, et scięntia, nec habet substantiam, & postea scientiam existentẽ in ea, dicimus ꝙ stultitia apparet in hoc sermone. nam scientia est attributum, & accidens determinans rem, cui attribuit. Et sermo dicẽtis de nigredine, & albedine, & eo, quod existit ex se, & quãtitate, & quadratura, & trinitate ꝙ consistat in se, & sic in omnibus accidentibus, vsqꝫ ad & sic in alijs attributis, dicimus ꝙ malignitas, et fallacia magis videtur in sermone eius. quoniam declaratũ est, ꝙ reperitur aliquod attributum, quod est dignius appellari substantia, quàm substantia existẽs per se, & est attributum, quo hęc substantia, existens per se, existit per se. nam declaratum est ꝙ subiectum huius attributi non est aliquid existens per se, nec repertũ in actu, sed ineſt ei existentia per se, & esse in actu ex hoc attributo, & est in suo esse modo, quo sit recipiens accidentia, licet appareat in aliquo eius ꝙ indigeat subiecto in rebus, quæ mutantur, quia fundamentum in accidentibus est vt existant in alio: & fundamentum in quiditatibus vt existãt in se, nisi id, quod euenit hic in rebus generabilibus, & corruptibilibus de indigentia quiditatum earum subiecto. & hoc profecto attributum est distantissimum omnium à natura accidentium: et assimilari apud eum scientiam, quæ est ibi accidentibus, quæ sunt hic, est in vltimitate mollitiei: & est quid debilius, & leuius sermone eius, qui dicit animam esse accidens, vt trinitatem, & quadraturam. Et hoc sufficiat in destructione huius sermonis totius, & debilitatis eius. Et appellatur hic liber Destructio simpliciter, non autem destructio Philosophiæ. O quantum est distans natura scientiæ à natura accidentis, & præcipue scientia primi glo. & cùm fuerit in vltimitate distantiæ à natura, accidens est in maxima remotione indigentiæ subiecti.

Intellectum primo habet quiditatẽ simpliciter reliqua ꝙ entia habent quiditatẽ ex mediãte.

Disputatio

DISPVTATIO SEPTIMA.

DE DESTRVCTIONE SERMONIS EORVM, QVOD PRIMVM IMPOSSIBILE EST VT COMMVNICET CVM ALIO IN GENERE, ET SEPARETVR AB EO DIFFERENTIA ALIQVA: ET QVOD NON DIRIGITVR AD ID VERIFICATIONE INTELLECTVS DIVISIO IN GENVS, ET DIFFERENTIAM.

ALGAZEL.

AIT Alg. Et determinauerunt in hoc, & ædificauerunt supra id, ꝙ cùm nõ cõiecturcum alio in re generica, non separaĩ ab ea in re differentiali, ergo nõ erit et definitio, nam definitio fit à genere, et differentia, & quicquid non habet cõpositionem, non habet definitionem, & hæc quidem est species compositionis. Et existimauerunt ꝙ sermo dicentis ꝙ in eo, ꝙ æquatur causato primo, cùm sit ens, & substantia, & causa alterius, & separatur ab eo in alio, absq; dubio non est cõiectio in genere, sed est cõmunicatio in consequenti vniuersali. Et est quidem differentia inter genus, et cõsequens in rei veritate, licet non differãt in vniuersalitate, vt scitum est in Logicis. nam genus substantiale est vniuersale dictum cum responsione quid est, & ingreditur in quiditatem rei definitæ, & notificat substantiam eius. esse. n. hominem animal, ingreditur in quiditatem hominis, s. vita, & est genus: esse vero gentiũ, seu creatum est quid consequens et, à quo nõ separatur omnino, sed non ingreditur in quiditatem, licet fuerit consequens vniuersale. & scitur hoc in Logicis scientia vera, quæ non latet. Et existimauerunt ꝙ esse non ingreditur oĩno in quiditatem rerum, sed est relatum quiditati, aut copulatum, quod nõ separatur, vt cœlum, aut quid superueniens, postꝙ nõ fuerat, vt res innouatæ. ergo cõmunicatio in esse non est cõiectio in genere, sed cõmunicatio eius, ex eo ꝙ ē causa alterius, sicut sunt alię causæ, est cõiectio relatiua, & consecutiua. & non ingreditur etiam in quiditatem. nã principium, & esse non facit vnumquodꝙ eorum consistere substantiã, sed consequuntur substantiam post constitutionem substãtiæ per partes quiditatis eius. & non est communicatio in eo, nisi communicatio in consequenti vniuersali, quod sequitur substantiam consecutionis eius, non autem in genere. quare non definimus res, nisi per constituentes eas. si vero definimus per consequentes, erit descriptio ad discernẽdum, non ad formandum veritatẽ rei. nam non dicitur in definitione trianguli ꝙ est is, qui habet tres angulos æquales duobus rectis, licet hoc fuerit cõsequens vniuersale omnibus triãgulis, sed dicitur ꝙ est figura, quam circundãt tria latera. Et sic est cõiectio in eo ꝙ sit substantia. nam esse substantiam est ꝙ sit ens non in subiecto: ens autem nõ est genus. cùm. n. copuletur ei aliquid negatiuum, & est ꝙ non sit in subiecto, nõ fit genus cõstitutiuũ: sed, si copulenẽ et cõsequentia eius, et dẽ ens ĩ subiecto, non numeraĩ quidẽ genus per accidens. nã q scit substantiã p definitionẽ eius, quæ est q̃si descriptio eius, & est ꝙ ẽ ens nõ in subiecto, nõ scit ꝙ sit ens, quãto magis vt scitat ꝙ sit in subiecto, aut nõ in subiecto, sed, cùm dicimus in descriptione substãtiæ ꝙ est ens non in subiecto, intelligimus ꝙ sit verum ꝙ reperitur ens non in subiecto, & non intelligimus ꝙ sit ens in actu dispositione abstractionis: ergo nõ est communicatio cum eo communicatio in genere, sed communicatio per cõstituentes quiditatem est communicatio in genere, ducens separationem postea cũ differentia. Primum vero non habet quiditatem, nisi eẽ necessarium, nã esse necessarium est natura veritationis eius, & quiditas eius in se est ei, & non alteri. &, cũ necessitas in esse non fuerit natura vera, & quiditas in se, nisi cõmunicet cum alio, & non separatur ab eo differentia specifica, ergo non habet definitionem.

AVEROES.

AIt Auer. Hęc est summa eius, quod recitauit nomine Philosophorum in hoc sermone, & in eo est veritas, & in eo est falsitas. Cùm aũt dicunt ꝙ Primum impossibile est vt communicet cum alio in genere, & separetur ab eo differentia, si intelligunt per genus, quod dicitur vniuoce, est verum, et sic differentia, quæ dicitur vniuoce, quoniam omne, quod est huiusmodi, est compositum ex forma vniuersali, & particulari. & hoc est id, cui reperitur definitio. Si vero intelligunt per genus genus dictum per prius, & posterius, reperitur ei genus, et est ens exempli gratia, aut res, aut esse, aut substantia. & iam erit et definitio ex hac specie definitionis. nã talibus definitionibus vtimur in scientijs, vt dicitur in definitione animæ quod sit perfectio corporis naturalis, organici. & sicut dicitur i definitione substantię ꝙ est ens non in subiecto. Attamen istę definitiones non sufficiunt in notificatione rei, sed faciunt ad dirigendum ex hoc ad vnumquodqꝫ eorum, quæ ingreditur sub talibus definitionibus, & ad imaginationem eius cum eo, quod est ei proprium. Cùm vero dixit nomine Philosophorum ꝙ nomen entis significat de substantijs rerum consequens vniuersale, eius est sermo falsus. nam declarauimus hoc in multis locis, et nemo eorum dixit hoc, nisi Auicenna tantum, quoniam, cùm est inconueniens apud eum vt sit genus dictum vniuoce, & est inconueniens quod sit apud eum vt sit nomen æquiuocum, existimauit quod sit nomen significans consequens vniuersale rebus. & quicquid dixerint de substantia, sequitur de cõsequenti, licet consequens non dicitur de eo cum responsione quid est. Vltertius, si significaret consequens rerum, aut significaret hoc consequens vniuoce, aut æquiuoce, aut consecutiuo alio. Si significaret vniuoce, quæro quomodo reperitur accidens, dictum vniuoce de rebus diuersis in substantia. & puto ꝙ Auicenna concedit hoc, & est falsum, quoniam erit rerum diuersarum aliquid, quod est vniuocum, & vnum, non ex eo quòd res illæ diuersæ cõueniunt in vna natura. nam sequitur necessario vt sit consequens vnum naturæ vnius, sicut actio vna, quæ erit etiã à natura vna. &, cũ hoc fuerit falsum, ergo nomen entis significat de rebus substantias, ppin quas admittitur. & aliqua in hoc perfectior est alia. quare res, quæ esse est tale, esse in eis est primũ, quod est causa aliorũ, quæ recipiuntur in hoc genere. ver. g. cùm dicimus calidum dicitur ſm prius de igne, & posterius de rebus calidis. & quod dicitur secũdum prius de eis, & est ignis, est causa vt alia sint calida. & sic est in intellectu, & principio, & substantia, & similibus nominibus. & plurimæ naturarum eius, quod comprehendit scientia Diuina, sunt huius generis, & nomina talia reperiuntur in substantijs, & reperiuntur in accidentibus. Quod autem dixit de descriptione substantiæ nihil est. sed ens est genus substantię, assumptum in definitione eius eo modo, quo assumunt genera harũ

terum in definitionibus earum. & iam declarauit hoc Alpharabius i libro suo de demõstratione. & id, quod est apud Philosophos, est dignius hoc. Auicẽna autem errauit, qm̃, cùm ipse vidit ꝙ nomẽ entis significat verum idiomate Arabico, & quod significat verũ significat accidens proculdubio, sed in rei veritate significat verificationem intellectorum secundorum, s. rõnabilium, existimauit ꝙ, cùm vtuntur eo trãslatores, significat hoc idem. & non est sic, sed intelligunt per id trãslatores significare id, quod significat nomen substãtię, & rei. Et iam declarauit hoc Auryesa in libro nominũ, & notificauit ꝙ vna causarum errorum euentiũm in hoc est, qm̃ nomen entis est in figura deriuati, & deriuatum significat accidens. Attamen in rei veritate est in radice idiomatis deriuatum, sed qm̃ trãslatores non inuenerunt in idiomate Arabico vocabulum significans id, quod diuidunt Antiqui in substantiam & accidens, & potentiam & actum, s. vocabulum, quod sit prima radix, & nõ deriuatum, ideo protulerunt aliqui eorum per nomen entis, non quod intelligatur de eo deriuatum, quod significat accidẽs, sed id, quod significat nomen substãtię, & est nomen artificiale, nõ autem idiomaticum. Et aliquis eorum propter dubium, quod euenit in hoc, decreuit vt proferat rem, quam intelligit idioma Græcum dicere de eo, proferens per dictionem entis id, quod significat copulam prædicati cum subiecto, qm̃ vidit ꝙ hoc est propinquius significationi huius rei. & vsus est loco nominis entis nomine eẽ. sed ipsum etiam est diuersum ab hac dictione aliquo regimine, quod non repertur in Arabico. quare inclinauit alia secta ad nomen entis. ens vero, quod est verum, est cuius intelligentia est diuersa ab intelligentia quiditatis. & propter hoc aliquis potest scire quiditatem, & non scit esse. & hoc est aliud à quiditate in composito de necessitate. Attamen ipsum, & quiditas in simplici est idem, non autem id, quod significauerũt translatores per nomen entis. nam est ipsamet quiditas. Et, cùm dicimus ꝙ entis aliquod est substantia, & aliquod accidens, debet intelligi per ens, id, quod significant translatores, & est significatio dicta per prius & posterius de substantijs rerũ diuersarũ. Et, cũ dicimus ꝙ substantia est ens, debet intelligi id, quod intelligitur de vero. et sic etiam, cùm intelligimus de interrogatione famosa apud Antiquos. & est an ens est vnum, aut plura. & est de qua loquitur Arist. cum Parmenide, & Melisso ex Antiquis Primo Physicorum. & nõ debet intelligi de hoc, nisi id, quod significat substantia. si. n. ens significaret accidens in subiecto, erit sermo dicentis quòd ens est vnum contradicens sibi ipsi. & hoc totum est manifestum ei, qui assuetus est in libris Philosophorum. Et, cùm compleuit adaptare sermonem eorum, incœpit dubitare eis.

ALGAZEL.

At Alga. Hęc est intelligentia opinionis eorum, & sermo contra eam est dupliciter interrogatio, & destructio. interrogatio autem est vt dicatur eis hæc est narratio opinionis, quæro vnde scitis hoc esse falsum in Primo? adeo quòd ædificastis super illud remotionem secundationis, qũontiam dixistis quòd Deus non debet communicare cum alio, et separari ab eo in aliquo: & id, in quo est aliquid, quo communicat cum alio separatur ab eo, est compositum, & compositio in eo est falsa.

AVEROES

At Auer. Iam dixi ꝙ hoc sequitur propter communicationem, quæ reperitur ex parte generis dicti vniuoce, non autem ex parte generis dicti secundum prius & posterius. &, cùm ponitur cũ Deo Deus in gradu Primi in deitate, tunc erit nomẽ Dei dictum de eis vniuoce, ergo est genus, et oportet vt diuidantur abinuicem aliqua differentia, & erit quilibet eorum compositus ex genere, & differẽtia. Philosophi autem non concedunt de ente antiquo aliquam communicationem in genere omnino. Si vero dicitur de eo secundum prius, & posterius, necesse est vt prius sit causa posterioris.

ALGAZEL.

At Alga. contradicens eis. Et dicimus hæc species compositionis vnde scitis ꝙ sit falsa? et non est ratio de hoc, nisi sermo recitatus nomine eorum de ablatione attributorum, & est ꝙ compositum ex genere, & differentia aggregatur ex partibus. &, si possibile esset alicui partium, aut omnibus esse absque alia, erit ipsa necessarium in esse, alia vero non erit necessarium. &, si non est verum esse partium præter aggregatum, & aggregati præter partes, erit totum causatum, indigens alio. & iam locuti sumus de eo in attributis, ꝙ hoc non est falsum in cessatione emanationis. et demonstratio non infert nisi cessationem emanationis. Magnificationes autem, quas falso inuenerunt de necessitate attributi necessarij in esse, hoc quidem non demonstrat ratio. &, si esset necessarium in eẽ id, quod dixerunt ipsi, & est ꝙ non sit in eo pluralitas, tunc non indigeret inconsistentia eius alio: igitur non est probatio de affirmatione necessarij in eẽ, sed probatio de cessatione emanationis causarum. & hoc est, cui respondemus in attributis. & est in hac specie magis manifestum, nam diuidi aliquid in genus, & differentiam non est sicut diuidi aliquid in attributũ, & id, cui attribuit̃. nam attributum est aliud à substantia, & substãtia alia ab attributo. species vero nõ est alia à genere omnimode. &, quotiensc̃unq; nominamus speciem, nominamus genus cum additione. &, cùm nominamus hominem non nominamus nisi animal cum additione rationis. Igitur sermo dicentis an humanitas sufficeret absq; animalitate est, sicut sermo dicentis an humanitas sufficiat in seipsa, cùm includitur cum ea aliquid aliud. & hoc remotius est à pluralitate, quàm sit attributum, & id, cui attribuitur. Et quæro quomodo erit falsum, vt cesset emanatio causatorum ad duas causas, quarum vna est causa cœli, & alia causa elementorum, aut vna est causa intelligentiarum, & alia causa corporum omnium, & erit inter ea differentia in re, vt est differentia rubedinis, & caliditatis in eodem subiecto, quæ differunt re, absq; eo quòd ponatur in rubedine compositio generis, & differentiæ, modo, quo recipit separationem, sed, si fuerit ei pluralitas, est species pluralitatis, quæ non ingreditur in esse substantiæ: quęro quomodo hoc erit falsum in causis? & cum hoc declarabitur eos non posse remouere duos Deos agentes.

AVEROES.

At Auer. Compositio autem, quæ est inter genus, et differentiam, est eadem compositio, quę est rei, quæ est in potẽtia, & rei, quæ erit i actu. quoniam natura, quam significat genus non reperitur in actu aliquo tempore, nisi ex natura, quæ appellatur differentia, & forma. & omne id, quod est apud homines compositum ex duabus istis naturis, est generabile, & corruptibile, & habet agens. nam differentia est ex conditione esse generis, in eo ꝙ est in potentia, & non reperitur nudum differentia. & copulatio vniuscuiusq; eorum alteri est aliquo modo conditio in esse alterius. & idem impossibile est vt sit causa conditionis esse sui ipsius, ergo est ei de necessitate causa, & est illa, quæ tribuit ei esse, cùm copulauerit conditionem cõditionato. Et apud eos etiã est vt recipiẽs in rei veritate sit id, quod est potẽtia tantum. nam, si esset actus, est per accidens: receptum vero est id, quod est actus.

&, si

&, si esset actus, est per accidẽs. nam non discernitur, & cognoscitur receptum in eo à recipiente, nisi ex eo ꝙ vnum eorũ est in potentia alterius rei, & est in actu res recepta: & oẽ, quod est in potentia alterius, necessario recipit illud aliud, & spoliatur à re, quæ est in actu. & ideo, si reperiẽ hic recipiẽs in actu, & receptum in actu, ambo quidem existũt in se: sed recipiens est corpus necessario: nam receptio reperitur prius corpori, aut ei, quod est in corpore. accidentia. n. non attribuitur eis receptio, nec forma, nec superficies, nec linea, nec punctus, nec vniuersaliter id, quod non diuiditur. agẽs autem non in corpore iam declaratum est demõstratiue: recipiens vero non corpus, nec in corpore est falsum. Sed id, de quo dubitauerũt circa intellectum, qui est in potẽtia, est, quoniam, cùm compositum ex attributo, & eo, cui attribuitur, non additur substantię, erit generabile, & corruptibile, & erit corpus necessario. si autẽ esset compositũ ex eo, cui attribuitur, & attributo additis substantię, absq; eo ꝙ sit in eo potentia in substantia, nec potentia ad attributum illud, vt dicũt Antiqui de corpore cœlesti, necesse est vt sit habens quantitatẽ, & vt sit corpus. nam, si auferetur corporeitas à substantia illa subiecta attributo, auferetur ab eo ꝙ sit recipiens sensibile: & sic auferetur comprehensio sensus illius attributi, & fiẽt attributum, & id, cui attribuitur ambo intellectus, & fiẽt idem simplex: qm̃ intellectus, & intellectum tam apparet de eis, ꝙ sunt idem, cũ pluralitas sit eis per accidens, i. ex parte subiecti. Demum homines ponere substantiam, & attributa addita substãtiæ nihil aliud est nisi ponere corpus antiquũ, & accidentia posita in eo. Et ipsi non consyderant ꝙ, cũ ipsi auferunt quantitatẽ, quę est corporeitas, auferetur ꝙ sit in eo aliquid sensibile, non autẽ ꝙ non sit ibi nec subiectum, nec prædicatum. si vero ponerent subiectum, & prædicatum separata à materia, & corpore, sequeretur vt sit intelligens, & intellectum. & id est vnũ, simplex, & verum. Cùm aũt dixit ꝙ fallacia eorũ tota est: qm̃ est ex appellatione eorum necessarium in esse: &, cũ fecerit loco huius id, quod non habet causam, non sequit primo id, quod intulerunt ex attributis sequẽtibus necessario in esse, non est verum. quoniam, cùm positum fuerit ens non habens causam, necesse est vt sit necessarium ex se: sicut compositum, cùm fuerit necessarium ex se, necesse est vt non sit ei causa: &, cùm non fuerit ei causa, multo dignius est vt non diuidatur in duo, s. causam, & causatum. Positio autem Loquentium ꝙ Primum sit compositum ex attributo, & eo, cui attribuit̃, determinat ꝙ sit ei causa agens. ergo non erit causa prima, nec necessarium in esse, & est contrariũ eius, quod posuerunt, ꝙ sit ex entibus, in quibus fiũt attributum, et id, cui attribuitur idem simplex. et hic non debemus reiterare quod dictum est de eo superius, & protelare sermonem in eo. Ad id autem, quod dixerunt quòd Deus glo. si non est falsum dicere de eo ꝙ sit compositus ex eo, cui attribuitur, & attributo addito ei, multo dignius est vt nõ sit falsum dicere ꝙ sit compositum ex eo, cui attribuitur, & attributo, quod est idẽ, quod id, cui attribuitur, iam profecto diximus qũo est falsum, et qũo non est falsum, & est, quia sunt separata à materia. Cùm aũt dixit ꝙ demonstratio eorum de ablatione secundationis non prohibet quin sint hic duo Dij, quorum Vnus est causa cœli, exempli gra, & alius causa terræ: aut vnus eorũ causa intellecti, & alius causa sensibilis ex corporibus: & erit inter eos dria nõ determinans contrarietatẽ, sicut dria, quę est inter rubedinẽ, et caliditatem, quæ reperiuntur in vno, & eodẽ subiecto. Et est sermo non verus. nam, cùm tribuitur innouatio entis, & principium eius naturæ vni, & substãtię vni, non diuersis naturis, necesse est vt, cũ ponitur aliqd illius naturæ, ęquale in natura, & intellectu naturę primi, vt sint cõcantes in attributo, & differentes in attributo. & id, quo differunt, aut erit ex specie driæ hoium, aut specie differentiæ specierum. si ex specie driæ specierum, dicitur de eis nomen Dei æquiuoce. & hoc est aliud ab eo, quod positum est. nam species cõmunes in vno genere sunt aut cõtraria, aut ea, quæ sunt inter cõtraria. et hoc totum est falsum. si vero fuerit differentia eorum in indiuiduo. ergo ambo sunt in materia. & hoc est contra id, ad quod conuenerunt. Attamen, si ponitur fuerit ꝙ hæc natura fuerit nobilior alia, & dicitur de eis secũdum prius, & posterius, ergo natura primi erit nobilior secundo, & secundum est causatum ab eo necessario, adeo ꝙ erit, exempli gra, innouans cœlũ innouans causam, quæ innouauit elementa. & hæc est positio Philosophorum. & ambæ positiones reducuntur ad positionem causæ primę, s. eius, qui ponit ꝙ Primum agit mediantibus multis causis, aut qui ponit ꝙ Primum est causa ex se omnium rerum diuersarũ immediate. Veruntamen hoc non est possibile apud Philosophos, qm̃ est notum per se ꝙ mundi consistunt ex causa, et causato. et cõsyderatio de his causis finit apud nos ad causam primam omnium. &, si non essent omnia ista principia diuersa, aliquod eorum prouenięs ex aliquo, s. aliquod non esset causa alterius, nõ esset in mundo aliquid vnum, & copulatum. & quod significauit illud esse falsum, est, cùm dixit Deus glo. Videte nunc ꝙ ego ego sum, & non sunt Dei mecum. ego autẽ facio mori, & viuifico, idest significat processus entitatis destructionem communicationis. nam, si esset ibi alius Deus, tunc corrumperetur totum, & esset ibi destructio, & non reparatio.

ALGAZEL.

At Alga. Si autem dixerit hoc est falsum, qm̃ id, quo est differentia inter duas substãtias, si esset conditio in necessitate in esse, necesse est vt reperiatur vnicuiq; necessario in esse, ergo nõ differunt. Si vero hoc non est conditio, nec aliud conditio: ergo omne id, quod non conditionatur, in necessario in esse eius esse sufficit absq; illo, & perficietur necessarium in eẽ per aliud. Dicimus hoc, quod dixistis de attributis, iam locuti sumus de eo. Et facit fuolutionem in hoc toto dictio necessarij in esse, & proijciamus eam. quoniã nos non concedimus ꝙ ratio significat necessarium in esse, nisi intelligimus per id, ens non habens agens antiquum. si vero hoc intelligimus, omittemus dictionẽ necessarij in esse, & declarabimus ꝙ ens Antiquũ, non habens causam, est falsa in eo numeratio, et differentia: & non erit de hoc probatio, & remanebit ꝙ dictũ eorum est, an hoc sit conditio, cùm non habuerit eam. Et est error manifestus. nã non habens eam declarauimus ꝙ non dicit̃ non hre causam, vsquequo perquiratẽ conditio eius, & est sicut sermo dicentis an nigredo sit cõditio vt sit color color. &, si erit conditio, tunc rubedo nõ erit color. Et dicitur in rei veritate ꝙ non conditionatur aliquod eorũ, s. in affirmatione verificationis colorectatis in intellectu, in eẽ vero eius erit cõditio vnius eorum, non autem demõstrati, cùm impossibile est vt sit genus entis, quod non habeat differentiam. & sic etiam qui constituit duas causas, & cessat emanatio in eis, dicit quòd differunt in differentia. & quælibet differentiarum quidem est conditio consecutionis absq; dubio, attamen non in demonstrato.

AVEROES.

At Auer. Sũma huius est id, quod recitauit, inferens quidem rationes contra Philosophos, qm̃ ipsi dicunt non euadit differentia, qua est secundatio in necessario in esse, quin sit cõditio necessarij eẽ, aut sit differentia, quę non erit conditio necessarij esse.

&, ſi differentia, qua differunt, fuerit conditio neceſſarij eſſe in definitione vniuſcuiuſq; eorum, & non differunt in neceſſario, eſſe igitur neceſſarium in eē eſt vnū neceſsario. quemadmodum ſi eēt nigredo conditio in eſſe coloris, & albedo conditio in eſſe coloreitatis, non differunt quidem in coloreitate. ſi vero differērtia, qua differunt, non ingredietur in neceſsarium eſſe, erit neceſsitas eſſe vnicuiq; eorum per accidens, & ſunt duo, non ex eo q̄ vnumquodq; eorum eſt neceſſarium in eſſe. Attamen hic ſermo non eſt verus. nam ſpēs ſunt conditio in eſſe generis. & vnaquęq; earum eſt conditio in eſſe generis, non autem quo ad individuitatem, & demonſtrationem talem. nam, ſi hoc eſſet, non aggregarentur in eſſe coloris. Ipſe autem contradicit huic ſermoni duabus cōtradictionibus, quarum Vna eſt, q̄ hoc accidit ex eo q̄ exiſtimatur q̄ neceſſarium in eſſe ſignificat naturam ex naturis. Attamen non eſt ſic apud nos: ſed intelligitur per neceſſarium in eſſe quid negatiuum, & eſt q̄ non habet cauſam, negatio autem non eſt cauſarum. Et quomodo fit hoc in negatione eius, quod non habet cauſam? adeo q̄ dicitur aut erit id, quo differt non habens cauſam à non habente cauſam, conditio eius, q̄ non ſit cauſa, aut non erit conditio. ſi erit conditio, non erit ibi numeratio, nec differentia. ſi vero non erit conditio, non erit numeratio in non habente cauſam, & tamen non habens cauſam eſt vnum. Et modus corruptiōis huius ſermonis eſt in eo, quod exiſtimauit, q̄ id, quod non habet cām, eſt ablatio abſoluta: & ablatio quidem non habet cauſam. & quomodo erit ei conditio quæ eſt cauſa eſſe eius? & hæc eſt fallacia: quontā negatio prouenies, quæ currit curſu nominum imperfectorum, & eſt negatio, quę fit in diſcernendo entia abinuicem, habet cauſas, & conditiones, quæ determinauerunt et hæc attributa affirmatiua, & negatiua. & affirmatio neceſſarij in eſſe eſt attributum non ſeparabile à non habente cauſam. & non eſt differentia, ſiue dicatur neceſſarium in eſſe, ſiue non habens cauſam. & error eſt Loquentis hoc ſermone, non autem a diuerſarij eius. Contradictio vero ſecunda eſt q̄, cùm dicunt aut erit differentia, qua differt neceſſarium in eſſe, cōditio, aut non erit conditio. ſi eſt conditio, non differt vnum eorū ab alio, ex eo q̄ eſt neceſſarium in eē, ergo neceſſarium in eſſe eſt vnum. ſi vero non erit conditio, ergo ſermo dicentis neceſſarium in eſſe non habet differentiā, qua differt, eſt ſicut ſermo dicentis color ſi reperitur de eo pluſq̄ vnum, aut erit id, quo differt color à colore conditio in eſſe coloris, aut non erit. ſi eſt conditio in eē coloris, non differt vnus eorum ab alio, in eo q̄ eſt color, & erit color vna natura. ſi vero nullus eorū fuerit conditio in eſſe coloreitatis, color nō haberet differētiam, qua differret ab alio. & hoc eſt falſum. Deinde dixit pro Philoſophis huic quandam reſponſionem.

ALGAZEL.

AIt Alga. Si autem dixerit, hoc poſsibile eſt color, quoniam habet eſſe relatum quiditati, additum quiditati. & hoc impoſsibile eſt neceſſario in eſſe. nam non habet niſi neceſsitatem eſſe, & non habet quiditatem, cui reſeratur ipſum eſſe. & nos bene ſcimus q̄ differentia ingredinis, et differentia albedinis non cōditionatur in coloreitate, in eo q̄ eſt coloreitas conditionatur vero eſſe earum, in eo q̄ ſunt prouenientes à cauſa. ſic etiam non debet conditionari eſſe in neceſſario. nā eſſe neceſſarium primo eſt ſicut coloreitas colori, non autem ſicut eſſe relatū coloreitati. Dicimus q̄ non concedimus hoc: ſed habet verificationem eius, cui attribuit eſſe, vt declarabimus in diſputatione ſubſequenti. Cùm vero dicunt q̄ eſt ens abſq; quiditate, eſt exiens ab intelligibili, & erit ſumma ſermonis, quòd ipſi ædificauerunt ablationē ſecundationis ſupra ablationem compoſitionis generi, & differentię: deinde ędificauerunt hoc ſupra ablationem quiditatis poſt ipſum eſſe. & quotienſcunq; deſtruimus vltimum, quod eſt fundamentum fundamentorum, deſtruitur & non totum. & eſt ædificium debilis ſtabilitatis propè ædificium araneæ.

AVEROES.

AIt Auer. Reſponſio eius pro Philoſophis ædificauit eam hic ſuper ſermonem, quòd eſſe eſt accidens enti, ſ. quiditas. & contradicit eis ipſe, ex eo quòd eſſe in omnibus eſt aliud à quiditate, & exiſtimauit quòd ſermo eorum ædificauerunt eum ſup hoc. Attamen differentia, quam adduxit in hoc, non ſequitur ex ea reſponſio et, quod intulerūt ex rebus coloreitatis, & differentijs, quæ ſunt in ea, quomodocunq; id poſuerint. nam nemo dubitat quòd differentiæ generis ſunt cauſa generis, ſiue ponatur generi eſſe aliud à quiditate, aut quiditas eius ipſum met eſſe. nam, ſi eſſent differentiæ ipſi eſſe, & eſſet eſſe coloris aliud à quiditate coloris, ſequeretur vt non ſint differentiæ, quibus diuiditur color differentiæ quiditatis coloris, ſed differentiæ alicuius accidentis accidentium eius. & hæc eſt poſitio falſa. Quare veritas eſt quòd, cùm nos diuidimus colorem in differentias ſuas, & dicimus quòd eſſe coloris, in eo q̄ eſt color, erit in actu, aut quia eſt albus, aut niger, aut alius color, non diuidimus quidem accidens in colorem, ſed diuidimus ſubſtātiam coloris. igitur ſermo, quòd eſſe eſt accidens enti, eſt inconueniens in hoc, & quæſtio, ac reſpōſio eius queſtioni ſermo cadens. Cùm autem dixit q̄ ipſi ædificauerunt ablationem ſecūdationis ſuper ablationem compoſitionis ex genere, & differentia, deinde ædificauerunt hoc ſuper ablationem quiditatis poſt eſſe: et, cùm deſtruimus vltimum, quod eſt fundamentum fundamentorum, deſtruitur & totum, eſt ſermo non verus. nam ædificium eorum eſt ablatio ſecundationis numero in duabus rebus ſimplicibus, de quibus dicitur vniuoce. & eſt notum per ſe q̄, cùm ponimus ſecundationem, & cōmunicationem in duobus ſimplicibus q̄ ſimplex fit compoſitum. Et concluſio ſermonis eſt q̄ natura appellata neceſſarium in eſſe, quod non habet cauſam, & ipſum non habēs cauſam eſt cauſa alterius, aut erit vnum numero, aut plus. Deinde, ſi fuerit plus, aut erunt plures forma vnum genere dicto vniuoce, aut vnum proportione, aut vnum nomine tantū. Si erunt diuerſa numero, vt Socrates, & Plato, & vnum ſpecie, tunc erūt animalia neceſſario. & hoc eſt falſum. Si vero erūt diuerſa in forma, & vnum in genere, dicto de eis vniuoce, tunc erunt compoſita neceſſario. ſed, ſi erunt vnum in genere, dicto ſm proportionem ad aliqd, nihil prohibet q̄n ſit hoc, & aliquod erit cauſa alicuius, & deueniunt ad primum. & hęc eſt diſpoſitio formarum abſtractarum materijs apud Philoſophos. attamen, ſi communicant nomine, nihil prohibet quin reperiat ex eis pluſquam vnum, qm̄ hęc eſt diſpoſitio cauſarum primarum quatuor, ſ. agēs primum, & forma vltima, & materia vltima. & propterea nō prouenit ex hoc modo ſpeculationis quid completum, et nō finit ad primum principium, vt putauit Auicenna, nec q̄ ſit vnum ſine dubio.

ALGAZEL.

AIt Alga. Secunda autem via conſecutionis eſt vt nos dicimus q̄ non erit eſſe, & ſubſtantia, et principalitas genus, quia nos reſpondemus per qd eſt. Primū vero apud vos eſt intellectus abſtractus, quēadmodum alij intellectus, q̄ ſunt principia ipſius eſſe, quæ appellantur Angeli apud eos, & quæ ſunt cauſata. Primi ſunt intellectus abſtracti à materijs. Hæc quidem verificatio includit primum, & eius cauſatum. Primū, quoniam ens primum eſt ſimplex, etiam nullā habens compoſitionem in ſubſtantia ſua, niſi ex parte conſequentium, & ſunt communicantes in eo, quòd vnumquodq; eorum eſt intellectus abſtractus à materia. & hoc eſt verificatio generica. igitur intellectio abſtracta in ſubſtantia non eſt ex conſequentibus, ſed eſt quiditas. & hęc quiditas eſt cōmunis inter primum, & alios intellectus. &, ſi non erit differentia in ako, tunc intelligitis ſecundationem abſq; differentia. ſi vero differt, id quidem, quo eſt differētia, eſt aliud ab eo, quo eſt communicatio, & intellectio communis eis eſt communis in rei veritate. nam Primum intelligit ſeipſum, & intelligit aliud apud tenentem hoc, ex eo quòd eſt ex ſe intellectus abſtractus à materia. & ſic definitio cauſati primi quòd eſt intellectus primus, quem fecit Deus glo. immediate eſt communis in hoc. & ratio huius eſt, qm̄ intellectus, qui ſunt cauſata, habēt ſpecies diuerſas, ſed communicant in intellectione, & differunt alijs differētijs. & ſic primum communicat cum omnibus in intellectione. igitur apparet cōtradictio opinionis: & id, quod inducit ad intellectionem, non conſtituit ſubſtantiam, & ambo ſunt falſa apud eos.

AVEROES.

AIt Auer. Si intellexiſti id, quod diximus antea de eo, quod ſunt hic aliqua, quæ includunt vno nomine, nō incluſione rerum vniuocarum, nec incluſione rerum æquiuocarum, ſed incluſione rerum relatarum ad aliud, quæ dicuntur ſecundum prius, & poſterius, & quòd proprietas harum rerum vt deueniant ad primum in illo genere, quod eſt cauſa prima omnibus, quibus imponitur hoc nomen, vt eſt nomen calidi, quod dicit de igne, & alijs rebus calidis, & ſicut eſt nomen entis, quod dicitur de ſubſtātia, & alijs accidentibus, & ſicut nomen motus, quod dicitur de motu locali, & alijs motibus, nō deficies ſcire mane, quod ingreditur in hoc ſermone. nam nomē intellectus dicitur de intellectibus ſeparatis apud Philoſophos ſecundum prius, & poſterius, quorum eſt intellectus primus, qui eſt cauſa aliorum, & ſic eſt in ſubſtantia. Et ratio, quæ demonſtrat q̄ non habent vnā naturam communem, eſt quontā aliquis eorum eſt cauſa alterius. & id, quod eſt cauſa rei, eſt prius cauſato. & impoſsibile eſt vt ſit natura cauſæ, & cauſati vna genere, niſi in cauſis individualibus. & hæc quidem ſpecies cōmunicationis eſt cōtradicens communicationi generice vere, quoniam communia genere, non eſt in eis primum, quod eſt cauſa aliorum, ſed omnia ſunt in eodem gradu. & non reperitur in eis aliquid ſimplex, ſed communia in re, qua dicuntur ſecūdum prius, & poſterius, neceſſe eſt vt ſit in eis primum, & ſimplex. et hoc primum impoſsibile eſt vt imaginetur et ſecundatio. nam quotienſcunq; ponatur ei ſecundum, neceſſe eſt vt ſit in gradu eius, quo ad eſſe, & naturam: & erit ibi natura communis eis, qua communicant communicatione generis veri: & neceſſe eſt vt differant differentijs additis generi: ergo erit vnumquodq; eorum compoſitum ex genere, & differentia. & omne, quod eſt huiuſmodi, eſt innouatum. Demum id, quod eſt in vltimitate perfectionis in eſſe, neceſſe eſt vt ſit vnum. nam, niſi eſſet vnum, impoſsibile eſt vt ſit et vltimitas eſſe. id enim, quod eſt in vltimitate, non communicat ei aliud. nam, ſicut linea vna non habet ex vno latere duos fines, ſic res, quæ ſuccedunt in eſſe, diuerſæ quidem in additione, & diminutione, non habent duos fines ex vno latere. Auicenna autem neſciuit in eſſe hanc naturam mediam inter naturam, quam ſignificat nomen vniuocum, & naturas, quæ non communicāt niſi nominibus tantum, aut accidenti remoto. & euenit ei hæc dubitatio.

DISPVTATIO OCTAVA.

DE DESTRVCTIONE DICTI EORVM, QVOD ESSE PRIMI SIT SIMPLEX, SCILICET ESSE ABSOLVTVM, ET NON EST QVIDITAS, NEC VERIFICATIO, AD QVAS REFERATVR ESSE, SED ESSE CONVENIENS EI EST SICVT QVIDITAS ALTERI.

ALGAZEL.

AIt Alga. Sermo autem de hoc eſt duobus modis, quorū Primus eſt interrogatio de probatione, et dicatur quō ſciuiſtis hoc, an neceſsitate intellectus, aut ſpeculatione eius: & non eſt ex neceſsitate: ergo impoſsibile eſt, abſq; eo q̄ reperiemus viam ſpeculationis. Si autem dixerit, qm̄ li eſſet ei quiditas, eſſe quidē ipſum eēt relatum ei, aut conſequens eam, & prouenies poſt eā: &, cùm conſequens ſit cauſatum, ergo neceſſarium in eſſe erit cauſatū: et contradicit ſibi ipſi. Dicimus q̄ hoc reuerſio erroris eſt, cùm proferimus dictionem eſſe neceſſarij. Nos vero dicimus et verificationem, & quiditatē. & illa verificatio reperit, i. non deperdit, et auferē. & eē eius referī ad eā. Si vero dilexerint appellare eam cōſequens, & prouenies, nō eſt cura de noibus, poſtq̄ ſcit q̄ non eſt agens eſſe eius aliud, ſed non defecit hoc eſſe antiquū eſſe abſq; cā agentis. Et, ſi intelligūt p conſequēs, & cauſatū, quod habet cām agentē, nō eſt ſic. Si vero intelligunt aliud, profecto concediſ, et nō eſt in eo falſitas, cū probatio non inferat niſi ceſſationē emanationis à cauſis, & tū ceſſatio eius in verificatione reperiē, & qditas cōſequens eſt poſsibilis, et non oportet ponere negatione qditatis. Si vero dixerit qditas erit cauſa ipſius eſſe, quod ſeqr̄ ei, ergo eē erit cauſatū, aut actū. Dicimus q̄ qditas in rebus calidis nō erit eā eſſe, ḡo magis in antiquo, ſi intelligunt p cām agēs eius. Si vero intelligūt p eā aliud, & eſt q̄ nō ſufficit abſq; eo, tūc erit hoc, et nō eſt in eo falſitas, ſed falſitas eſt i emanatione cārum. &, cū ceſſauerit, tunc remouet falſitas, & aliud ab hoc, nō ſcitur falſitas eius. & impoſsibile eſt qn adducat demonſtratio de falſitate eius. & oēs quidem opiniones eorū ſunt induſtriæ, quæ ædificant ſupra definitionē dictionis neceſſarij in eſſe, in eo q̄ habet conſequentia. & cōcedendo q̄ rō inferat neciun in eſſe eo mō, quo attribuerunt ei, & tū nō eſt ſic, ſicut diximus. Demū hæc pbatio eorū reducīt ad probationem ablationis attributorū, & ablationis diuiſionis generię, & differētialis, niſi q̄ eſt qd magis pfundū, & occultū, & debilius: qm̄ hæc pluralitas nō reducīt niſi in abſtractū dictionis. ſin aūt, tunc intellectus dilataret ad conſyderādum eſſe vnam quiditatē. ipſi vero dicunt oēm quiditatē repertam eſſe pluralitatem, cū in ea ſit qditas, & eſſe. & hæc eſt vltimitas obſcuritatis. nam ens vnum eſt intelligibile ſemper, & non eſt ens, quod non habet verificationē, & eſſe verificationis non aufert vnitatē.

AVEROES.

AIt Auer. Non tranſtulit Alga. opinionem Auicennæ debite, prout eſt, vt fecit in libro intentionum. nam vir, quoniam credidit q̄ eē rei ſignificat attributum, additum ſubſtantiæ eius, impoſſe quidē eſt apud eū vt ſubſtantia eius ſit agens eē eius in

rebus possibilibus, nam, si hoc esset, erit res causa esse sui, & non erit ei agens, et sequitur apud eum ex hoc, ꝙ omne, cuius esse est additum substantiæ suæ, habet cau sam agentẽ. et, quia Primum apud eum nõ habẽt agẽs, cõclusit ex hoc vt sit esse eius substantia sui ipsius. & ideo id, quo contradixit Alg. cũ assimilauit ipsum esse consequens ex consequentibus substantiæ, non est verum. qm̃ substãtia rei est causa, ex qua aliquid cõsequitur, & non põt esse res causa sui esse: nã esse rei est prius quiditate eius: &, cũ ponit quiditatem esse eius, non est ablatio quiditatis, vt dixit, sed vnio quiditatis, & esse. Et, cũ ponimus ꝙ esse est passio ex passionibus entis, et id, quod præbet esse rerum in rebus possibilibus, est agẽs, necesse est vt sit id, quod nõ habet agens, aut non habebit esse: & hoc est falsum, aut esse eius erit ꝙditas eius. Attamen hoc totum ꝙdificium eius est supra falsitatem, & est ꝙ esse rei est aliquod consequẽs ex consequentibus eius: nã esse, quod præcedit in sciẽtia nostra scientiam de quiditate rei, est id, quod significat verũ. quare idẽ est, ac si diceremus an aliqd sit, sed t eo, quod habet causam, determinat esse eius. & vis eius est vis dicti nr̃i, an aliquid habeat cãm, aut non habeat cãm. sic dicit Aristo. in principio Secundi Posteriorũ. sed, cùm non habuerit causam, erit vis eius an aliquid habeat consequens ex consequentibus, quod determinat esse eius. cũ vero itelligitur de ente id, quod intelligit de re, & substãtia, currit qutdẽ cursu generis, dicti sm prius, & posterius. & quicquid fuerit non differt in hoc hñs cãm, & non hñs cãm, & non significat rem additam de esse. & est id, quod intelligimus p̃ verum. sed, si significauerit quid additum substantiæ, ex eo quidem ꝙ est quid intellectuale, non habet esse extra aĩam, nisi in potentia, prout est vniuersale. Hic profecto est modus, quo consyderauerunt Antiqui de Primo ꝓncipio, & id cõstituerũt ens purũ. Sapiẽtes ꝙ Mauroꝝ posteriorꝝ putant, ex eo ꝙ consyderauerunt de natura entis, in eo ꝙ est ens, ꝙ consecutũ est apud eos ad ens purũ hmõi. Attamen via, qua possibile est pcedere apud me, adeo ꝙ appropinquetur naturæ demõstrationis, est qm̃ entia possibilia in esse ex se, exitus eorꝝ à potẽtia ad actũ erit necessario ex extrahente, quòd est in actu, s. agente mouente ea, & extrahente ea à potentia ad actum. et, si extrahens esset etiam de natura possibilis, necesse est vt sit etiam ei extrahens. et, si hoc etiam esset de natura possibilis, s. possibilis ex se, necesse eẽt vt sit hic extrahens necessarium ex se, non possibile. & hoc quidẽ ad conseruandum ea, quæ sunt hic, & permanebit semper natura causarum possibilium, procedentium quidem in infinitum. nam, cũ ipsꝫ fuerint infinitꝫ, vt apparet ex natura earũ, & vnaquæqꝫ eaꝝ sit possibilis, necesse est vt causans in ens hoc, s. tribuens eis continuitatẽ, sit qd necessarium ex se, cũ appareat de eis necessitas processus in infinitum, s. rerum possibiliũ ex se. qm̃, si reperiretur tẽpus, quo nõ moueret aliquid oĩno, nõ esset via ad innouationem motus: sed necesse est vt continuetur esse innouatum esse æterno, absqꝫ eo ꝙ eueniat Primo mutatio mediante motu, qui est aliquo mõ antiquus. & aliquo modo innouatus. & motum hoc motu est id, de quo dicit Auicẽ. ꝙ sit necessarium in esse ex alio. & hoc quidem necessarium in eẽ ex alio, impossibile est quin sit corpus mobile continue. nã hoc modo possibile est vt sit innouatum ex se, & corruptibile ab æterno: & hoc appropinquatione rei alicui, & remotione ab ea aliqñ, vt videtur ꝙ hoc eueniat entibus generabilibus, & corruptibilibus cum corporibus cœlestibus. Et, qm̃ hoc mouẽs est necessarium ex se, posse vero ex motu innouato, necesse est vt deueniat ad nẽcium in esse absolute, s. quod nõ habet possibilitatẽ oĩno, nõ essentialiter, nec loco, nec in alijs motibus, & ꝙ sit hmõi simplex nẽcio.

Quid significet qõ Aẽ.

nam, si esset cõpositum, eẽt possibile, non a se necessariũ. & illatio probationis de necessario in esse hoc modo probationis sufficit apud me hac via, & est veritas. Id verò, quod intelligit Aui. in hac via, dicens ꝙ necessarium in esse necesse est vt finiatur aut in necessarium in esse ex alio, aut in necessarium in esse ex se: &, si ad necessarium in esse ex alio, necesse est vt necessarium in esse ex alio consequatur ex necessario in esse ex se. nam ipse existimauit ꝙ necessarium in esse ex alio est possibile in esse ex se: possibile enim idiget necessario. hęc quidem additio apud me est superflua, et error, qm̃ necessarium, quomodocũcꝫ positum fuerit, in eo quidem non est possibilitas omnino, & non reperitur aliquid habens vnam naturam, vt dicatur de hac natura ꝙ sit possibilis aliquo modo, & necessaria aliquo modo. quoniam declarauerunt homines ꝙ necessariũ nihil est possibile omnino. possibile enim contradicit necessario, id vero, quod potest esse, est vt aliquid sit necessarium ex parte vnius naturæ, & possibile ex parte alterius naturæ, vt existimatur de corporibus cœlestibus, aut eo, quod est supra ea, s. ꝙ est necessarium essen tialiter, possibile tamen quo ad motum ad vbi. Induxit tñ eum ad hanc diuisionem: qm̃ ipse credidit ꝙ cœli sunt essentialiter necessariꝝ ex alio, possibiles tamẽ ex se. & iam diximus in multis locis ꝙ hoc non verificatur. et demonstratio, quam constituit Auicenna de necessario in ese, cùm non distinguatur hac distinctiõe, & consyderetur hac consyderatione, est de natura sermonum cõum topicorum: cùm vero distinguitur, est de natura sermonum demonstratiuorum. Et debes scire ꝙ innouatio, quam lex declarauit de hoc mundo, est eiusdem speciei cum innouatione, quæ apparet hic & est illa, quæ est in formis entium, quas appellat secta Aſsaria attributa animalia, & eas appellãt Philosophi formas. & hæc quidem inouatio est ex alia re, & in tẽpore. Quomodo autẽ sit dispositio naturæ entis possibilis cum ente necessario, tacuit de hoc lex propter remotionem eius ab intelligentia vulgi: & etiam, quia non est necessaria sciẽtia eius, quo ad vulgi felicitatem. Quod vero existimat secta Aſsaria ꝙ natura possibilis sit innouata, & creata à nihilo, est id, in quo certant cum eis Philosophi, tam qui dicit innouationem mundi, cꝫ qui non dicit eam. & quod dixerunt, cùm inspexeris id, in rei veritate non est ex lege Mauroꝝ, & non constituitur de eo demõstratio. quod vero est ex lege, est iusus vt remoueatur à speculationibus, quas lex tacuit, & ideo dicitur in Talmud De eo, quod cõcessum est tibi, inquire, & non debes incumbere rebus occultis. & scias ꝙ vulgus deuenire ad quæsitum huiusmodi est ex inuolutionibus, & erroribus.

In necessario quõcũcꝫ posito, nõ ẽ possibilitas omnino.

ALGAZEL.

AIt Alga. Secũda autem via est, vt dicamus esse absqꝫ quiditate, nec verificatione non est intelligibile. & quemadmodum non intelligitur priuatio absoluta, nisi in relatione ad esse, cuius priuationem consyderat, sic nõ intelligitur esse absolutum, nisi relatione ad verificationem demonstratam tale: quanto magis, cùm demonstratur vna substantia. & quomodo potest demonstrari vnum separatum ab alio in re. Et non est ei verificatio. nam remotio quiditatis est remotio verificationis. &, cùm auferẽ verificatio entis non intelligitur ens. & quasi ipsi dixerint esse, & non esse, & cõtradicet sibi ipsi. & id apparet, quoniam, si hoc esset intelligibile, tunc esset posse vt in causatis sic ens, cui non est verificatio, quod communicaret Primo, cui non est verificatio, nec quiditas, & distingueretur ab eo, in eo ꝙ habet causam: Primum vero nõ habet causam. Et quare hoc non imaginatur causatis, & an sit ei causa? sed hoc non est intelligibile ex se, & id, quod

quod nõ est intelligibile ex se, nisi auferatur causa eius, non erit intelligibile. et id, quod est intelligibile, cũ non consyderatur causa eius, non exit ab eo, ꝙ sit intelligibile. & peruenire ad finẽ huius termini, est obscuritas eis, postꝫ existimauerunt quòd ipsi declarãt per viam demonstrationis id, quod dixerunt, & peruenit sermo eorum ad ablationem absolutam. nam ablatio quiditatis est ablatio verificationis, et non remanet cum ablatione verificationis nisi dictio ipsius esse, & non habet nomen omnino, cùm non referatur ad quiditatem. Si vero dixerit verificatio eius est ꝙ sit necessariũ, & est quiditas ipsa, Dicimus mhil aliud est necessarium, nisi ablatio causæ, & est negatio, qua non constituitur verificatio substantiæ: & ablatio causę à verificatione est quid copulatum verificationi: igitur verificatio intelligitur, ita quòd attribuitur ei, quòd nõ habet causam, & non consyderatur priuatio eius. nam nihil est necessitas, nisi hoc: ita quòd, si necessitas est quid additum esse, tunc est pluralitas. si vero non est quid additum, quomodo erit ipsa quiditas esse enim nõ est quiditas. sic igitur erit id, quod non est additum ei.

AVEROES.

AIt Auer. Hoc capitulum totum est sophisticũ. nam homines non ponũt primo esse absqꝫ quiditate, nec quiditatem absqꝫ esse, sed crediderũt quòd esse in composito est attributum, additum substantiæ eius, & quòd adeptum est hoc attributum ab agente, & crediderunt in eo, quod est simplex, non habens agens, quòd hoc attributum ei non est additum quiditati, & quòd ipsum non habet quiditatem diuersam ab esse, non autem quòd non habet quiditatẽ omnino, vt fundauit ipse in hoc sermonem suum, contradicendo eis. Et quoniam posuit quòd ipsi auferunt quiditatem, & est falsum, ĩcœpit vituperare eos, & dixit, nam, si hoc esset intelligibile, possibile esset vt ĩ causatis sit ens, non habens verificationem, quod communicaret Primo, cui non est verificatio. nã homines non ponunt ens non habẽs quiditatem absolute, sed posuerunt nõ habens quiditatem in modo quiditatum aliorum entium. Et hic quidem locus est ex locis sophisticis. nam nomen quiditatis est æquiuocum. Et hæc quidem positio, & omne compositum secundum eam est sermo sophisticus. nam id, quod non est, non attribuitur ei, quòd negetur aliquid ab eo, aut quòd affirmet. Iste igitur vir in huiusmodi locis in hoc libro non euadit à prauitate, & ignorãtia. & magis propinquum est prauitati, quàm ignorantiæ: nisi dixerimus quòd necessitas induxit eum ad hoc. Cùm autem dixit quòd necessarium in esse est, quod non habeat causam agentem, non est verum. sed, cùm dicimus de eo quòd sit necessarium in esse, est attributum affirmatiuum, quod sequitur ex natura non habentis causam omnino, non agentem ab extra, nec partem eius. Cùm autem dixit quòd necessitas, si addita fuerit ipsi esse, tunc est pluralitas. si vero non est addita, quomodo erit ipsa quiditas esse enim non est quiditas, & sic id, quod nõ additur ei. Dicẽdum ꝙ necessitas in esse nõ est attributum additum apud eos substantiæ, sed est sicut dicimus de eo, quod est necessarium, & æternum. & sic, cùm intellexerimus de necessitate in esse attributum ntellectua le, non erit quid additum substantiæ. si vero intellexerimus de ea accidens, sicut dicit Auicen. de ente compositio, difficile quidẽ est vt dicatur quomodo erit esse simplex ipsamet quiditas. nisi dicatur, sicut fit scientia in simplici ipsummet sciens. Cùm vero intelligitur de esse id, quod intelligitur de vero, hæc dubia nihil sunt. & sic, si intelligitur de esse id, quod intelligitur de substantia. & secũdum hoc verificabitur sermo quòd esse in simplici est ipsamet quiditas.

DISPVTATIO NONA.

DE DIMINVTIONE EORVM CIRCA CONSTITVTIONEM PROBATIONIS, QVOD PRIMVM NON SIT CORPVS.

ALGAZEL.

AIT Alga. & dicimus ꝙ hoc dirigitur ad eũ, qui tenet ꝙ corpus est innouatũ, ex eo ꝙ non euadit ab innouationibus, & oẽ innouatum indiget innouante. Vos aũt, cũ intelligitis per corpus antiquũ id, quod non habet principiũ entitatis, cũ hoc, ꝙ ipsum nõ euadit ab inouationibus, quid prohibet quin sit primum corpus, aut Sol, aut orbis exterior, aut alius? Si autẽ dixerit, qm̃ corpus non erit nisi compositum diuisibile in partes quantitatiuas, & ad materiã, & formã diuisione essentiali, & ad attributa, quibus appropriatur absque dubio, ita ꝙ diuersificatur ab aliꝫ corporibus. sin aũt, essent corpora ęqualia, in eo ꝙ sunt corpora, necessariũ vero in esse est vnum, non recipiens quidem diuisionẽ aliquo horum modoꝝ oĩum: Dicimus ꝙ iã destruximus hoc vobis, & declarauimus ꝙ vos non habetis probationem in hoc, nisi ꝙ aggregatum, cũ indiget aliqua pars eius alia, est causatum. Et iam locuti sumus de eo, et declarauimus ꝙ, cùm non sit absurdum consyderare ens absqꝫ inuentore, sic non est absurdum consyderare compositum absqꝫ compositore, & consyderare entia absqꝫ inuentore. nam ablatio numerationis, & secundationis, fundastis eã super ablationẽ qditatis diuersꝫ ab esse, & quod est fundamentũ vltimum, iam id ruinauimus, & declarauimus industriã vestram in eo. Si vero dixerit, corpus, si non habuerit aĩam, nõ erit ei agens: et, si habuerit aĩam, tunc aĩa eius est causa eius: igitur non erit primũ: Dicimus aĩa nr̃a non est causa cẽ corporis nr̃i, nec aĩa orbis tm̃ est causa esse corpis eius apud vos, sed ipsi inuenerunt causam aliam: &, cũ possibile sit esse eoꝝ antiquum, posse est vt nõ sit eis causa. Si aũt dixerit qũo euenit cõgregatio animæ, & corporis, dicimus ꝙ hoc est sicut sermo dicentis, qũo euenit esse Primi. & dẽ ꝙ hæc est interrogatio de innouato. id vero, quod nunq̃ defecit esse, nõ dicitur de eo qũo euenit. & sic corpus, & anima eius, cùm non defecerit esse vnũquodꝙ eorum, non est absurdum quin sit agens.

AVEROES

AIt Auer. Qui aũt non habet probationẽ, ꝙ primũ non sit corpus, nisi ex eo ꝙ verificatum est ei, ꝙ oẽ corpus est innouatum. O q̃ debilis est probatio eius, & q̃ est remota à natura probãtis ea, ex eo ꝙ ꝑcessit ꝙ probationes eoꝝ, super quibus ędificauerunt ꝙ oẽ corpus est innouatũ, sunt probationes diuersæ. & q̃to magis est dignius, q̃ concessio cõpositi antiqui, vt recitauit tibi de secta Aſsaria, quæ concedit esse corpus antiquum. qm̃ aliquod erit accidens antiquum, quod est compositio exempli gratia. & non verificatur demonstratio eoꝝ, ꝙ oẽ corpus sit innouatũ. nam ædificauerunt hoc super innouationem accidentium. Philosophi aũt Antiqui nõ admittũt esse corpus antiquum ex se, sed ex alio. quare impossibile est apud eos, qn sit ens antiquũ ex se, quo est corpus antiquius antiquum. sed, si transtulerimus hic sermones eorũ, essent topici, & declarabuntur in loco ꝓprio. Cũ autem

dixit in dubitatione, contra hoc dicimus, ꝙ nos destruximus hoc contra vos, & declarauimus ꝙ non est vobis probatio de hoc, nisi ꝙ aggregatum, cùm indiget aliqua pars eius alia, est causatum. i. ꝙ iã dixit supertius ꝙ nõ habent probationem, ꝙ necessarium in esse ex se non sit corpus, quoniam esse necessarium in esse ex se, est ꝙ non habet causam agentem. Et quæro vnde prohibuerunt esse corpus non habens causam agentem: et magis inconueniens est, cùm ponitur corpus simplex, non diuisibile, nec in quantitate, nec in qualitate, demũ compositum antiquum absq; compositore, & est contradictio vera, à qua non potest se saluare, nisi sermonibus topicis. & totum, quod est Alga. in hoc libro contra Philosophos, & Auicennæ, sunt sermones topici, ex æquiuocatione nominum, quibus vtuntur: quare non est protelandum in hoc. Cùm autem dixit, respondens pro secta Assaria, antiquum ex se nõ indiget causa, qua erit antiquum: et, cũ ponimus antiquum ex se, & ponimus ꝙ substantia sit causa attributorum, tunc substantia non erit antiqua ex alio. Dixi ꝙ sequit ei vt antiquum sit cõpositũ ex causa, & causato, & ꝙ attributa sint antiqua ex parte causæ, & est substantia. &, cũ causatum non est conditio in esse sui, ergo antiquum est causa. & dicimus ꝙ substantia existens ex se est Deus glo. & attributa sunt causata. & sequit eis vt ponant causam antiquam ex se, & res antiquas ex alio: & hoc aggregatum est Deus. & hoc idẽ est, quod ipsi negauerunt contra dicẽtem ꝙ Deus est antiquus ex se, et mundus est antiquus ex alio, s. à Deo. ipsi vero dicũt ꝙ antiquum est vnum. ergo hoc totum est i vltimitate contradictionis. Cũ aũt dixit, si ponimus ens absq; inuentore, est sicut si ponimus compositum absq; componente: & ponere vnum ens hmõi, aut plura, non est falsum in consyderatione intellectũ, est totũ sermo suolutus. Nam cõpositio nõ determinat cõponentem, qui sit ẽt cõpositus, adeo ꝙ deueniat ad cõpositũ ex se: sicut causa, cũ fuerit causata, deuenit ad cãm nõ causatã. nec ẽt, cũ inducit demõratio ad ens absq; inuentore, põt declarari demõstratiue ex hoc ꝙ sit vnũ. Cũ autẽ dixit ꝙ, cũ auferẽ quiditas, auferẽ cõpositio, & ꝙ hoc facit affirmare compõnem in primo, non est verum. qm̃ Philosophi nõ auferunt quiditatẽ à primo, sed auferũt ꝙ sit ibi ꝙditas mõ quiditatis causatoꝝ. & hoc totũ est sermo topicus fallax. Et tã recitauimus in sermonibus nr̃is sermones rhetoricos, qui dñr in hoc libro, ſm radices Philosophoꝝ, in declaratione ꝙ primum nõ sit corpus: & sunt ꝙ pole inducit ad ens nẽctum: & ꝙ nõ emanat pole à nẽcio, nisi mediãte ente, quod est aliquo modo nẽctum, & aliquo modo pole: & est corpus cœleste, & motus eius circularis. Et est sufficientius id, quod dr̃ ſm radices eorum, ꝙ oẽ corpus potentia eius est finita: & hoc corpus adeptum est potentiam infinitam in motu ab ente, quod non est corpus.

ALGAZEL.

AIt Alga. respondens dubitationi, quã intulit ꝙ non erit agens apud Philosophos, nisi orbis, q est compositus ex anima, & corpore. Si autem dicitur, quoniam corpus, in eo quòd est corpus, non creat aliud, & anima copulata corpori nõ agit, nisi mediante corpore, & non erit corpus medium animæ in creatione corporum, nec in productione animarum, & rerum, quæ non habent relationem ad corpora. Dicimus quare non erit possibile vt sit in animabus anima, quæ appropriatur aliqua proprietate, qua conueniat vt reperiantur corpora, & alia præter corpora ex ea. & falsitas huius non habetur necessario. & non est demonstratio, quæ probat eam, nisi quòd ipse non videt hoc in istis corporibus nobis apparentibus. & non videre non significat falsitatẽ. Igitur dedicauerunt enti primo id, quod non dedicaẽ alicui enti omnino. & non testificantur de eo alia. et non videre hoc in alio non significat falsitatem eius. & sic est de anima corporis, & corpore exteriori, aut eo, quod consyderatur.

AVEROES.

AIt Auer. Dicere autem quòd corpora non creãt corpora, cùm intelligitur de creatione generatio erit veritas contrarium eius. nam non generatur corpus in eo, quod videmus, nisi ex corpore, nec corpus habens animam, nisi ex corpore habenti aĩam. quoniam non generatur corpus simpliciter. nam, si generaretur corpus simpliciter, erit generatio ex priuatione, non autem post priuationem. sed generantur corpora demõstrata ex corporibus demonstratis, & cum corporibus demonstratis. & hoc quidem, cùm permutatur corpus ex nomine ad nomen, et ex definitione ad definitionem. permutatur enim corpus aquæ, exempli gratia, ad corpus ignis, cùm permutatur ex corpore aquæ ad attributum. in cuius permutatione permutatur quidem nomen aquæ, & definitio eius ad nomen ignis, & definitionẽ eius. & hoc erit necessario ex corpore agenti communicante cum generato, aut specie, aut genere dicto vniuoce, aut ſm prius, & posterius. Attamen an permutetur individuum corporeitatis appropriatum aquæ ad individuum corporeitatis appropriatum individuo, est in eo cõsyderatio. Cùm autem dixit nec erit corpus medium animæ in creatione corporum, nec in creatione animarum, est sermo fundatus ex opinionibus Philosophorum ſm opinionẽ tenentis quòd tribuens formas corporũ, quæ non sunt aĩata, & aĩas, est substantia separata, aut intellectus, aut aĩa separata, et quòd impole est vt tribuat hoc corpus aĩatum, nec non aĩatum. nam, cùm ponitur hoc, & ponit quòd cœli sunt corpus habẽs aĩam, impole est eis vt tribuãt formas ex istis formis generabilibus, & corruptibilibus, nec aĩam, nec aliud. nã aĩa existens in corpore agit mediante corpore: & id, quod agit mediante corpore, non reperitur de eo nec forma, nec anima, cùm non sit de natura corporis vt agat formam substantialem, nec animã, nec aliud. & est similis sermoni Platonis de formis abstractis à materia, de quibus dicitur. & hæc est opinio Auicennæ, & aliorum ex Philosophis Maurorum. Et ratio eorum etiam est, qm̃ corpus agit in corpore caliditatem, aut frigiditatem, aut humiditatẽ, aut siccitatem: & hæ sunt operationes corporũ cœlestium apud eos tãtum. id vero, quod agit formas essentiales, & præcipue animales, est ens separatum: & est id, quod appellant tribuens formas. Aliqui tamen Philosophorum tenent cõtrarium huius, & est quòd id, quod agit formas in corporibus, sunt corpora habẽtia formas similes eis, aut specie, aut genere. specie autem sicut corpora viuentia, qm̃ agunt corpora viuẽtia, vt videmus in animali, quòd vnum generat alterum: genere vero in his, quę non generantur ex mare, & fœmina. corpora autem cœlestia apud eos sunt, quæ tribuunt eis vitã, qm̃ sunt viuentia. & isti habent rationes præter famosas, quaꝝ narratio hic non est locus. Et ideo dubitauit Alga. contra eos in hoc, & dixit & quare impossibile est animabus quin sit eis anima, quæ appropriatur aliqua proprietate, qua conuenit vt sint ex ea corpora, & alia à corporibus? idest et quare impossibile est quin sint animabus existentibus in corporibus animæ, quæ appropriãtur generationi aliaꝝ formarum habentium aĩam, & non habentiũ aĩam. O ꝙ est extranea concessio Alg. quòd nõ sit testificatio de generatione corporis ex corpe, & non est profecto testificatio præter hoc. Tu autem debes scire quòd, cũ extrahuntur sermones Philosophorum ab artibus demonstratiuis, fiunt sermones topici absq; dubio, si fuerit famosi: aut inconsuetudinientes, & extranei, si non fuerint famosi. Et cã in hoc est, qm̃ sermones demonstratiui discernũtur à sermonibus non demonstratiuis, cùm consyderãtur in genere artis, in qua est speculatio. & ille ex eis, qui ingredit in definitionẽ generis, aut genus ingredit in definitionem eius, est sermo demonstratiuus. & ille, in quo hoc non videt, est sermo nõ demõstratiuus. & hoc impossibile est, nisi postq; definieris naturã huius generis, de quo consyderatur, & abstrahatur modus, propter quem reperiuntur prædicata essentialia huic generi, à modo, propter quem nõ reperiuntur ei. & debet consyderari hic modus, vt quilibet sermo sermonum positorum in illa arte, cùm fuerint cõtinue apud oculos eius. &, cùm habitum fuerit in anima ꝙ sermo est essentialis huic generi, aut cõsequens ex consequentibus substãtiæ eius, verificat sermo. cùm vero non consyderat hęc propositio intellectu consyderantis, aut consyderat consyderatione debili, tunc sermo est imaginatio, non autẽ veritas. Quare erit differẽtia inter demonstrationẽ, & existimationem prædominantẽ intellectui subtilior cõsyderatione capilli ad visum: & occultior fine existenti inter vmbrã & lucem, & præcipue in rebus materialibus apud hoies debiles visu: quia miscet in eis id, quod est per se, ei, quod est per accidẽs. Quare videt ꝙ id, quod fecit Alga. de translatione opinionũ Philosophorum in hoc libro, & aliꝝ suis libris, & eam tribuit ei, qui non consyderat in libris hominũ cum conditionibus positis ab eis, profecto mutat naturam eius, quod est veritas in sermonibus eorum, aut deuiat plurimos homines ex summa sermonum eorũ. & qui facit hoc, malignitas in eo prędominatur, magisq; bonitas circa veritatem. Quare Deus glo. bene scit ꝙ non transtulisset in his rebus aliquem sermonum eorũ, nec permisisset hoc, nisi esset malum euentens scientię. & intelligo per scientiam consyderationem in rebus, vt expostulat natura demonstrationis.

ALGAZEL.

AIt Alga. rñdens pro Philosophis. Si aũt dixerit corpus exterius, aut Sol, aut id, quod consyderat ex corporibus, est mensuratũ mensura quadam, cui põt addi, aut ab ea diminui, & opus est vt sit in hac mẽsura approprians, igit non erit primũ. Dicimus quare negatis dicenti ꝙ hoc cõrpus erit in mẽsura quadã, quę necesse est vt sit finis ordinis vniuersi. &, si esset minor ea, aut maior, non esset possibilis, sicut vos dicitis ꝙ causatum primum determinat vt sit corpus exterius eo, mensuratũ mensura quadã: & aliæ mensurę in cõparatione ad substantiã causati primi sunt ꝙdam les. Attamẽ demonstrant aliquæ mensuræ tales, ex eo ꝙ ordo est alligatus eis. igit necesse est vt sit mensura, quę cuenit ei, & nõ aliter. & sic, cũ consyderat non causatum. Sed, si isti cõstituunt in causato primo, quod est cã corporis exterioris apud eos, ꝙ sit principiũ appropriationis, sicut voluntas exẽpli gratia, nõ cessat interrogatio. Nã dicitur quare voluit hanc mensurã, & non aliam? vt fecerunt Loquentibus, cũ referant res ad voluntatẽ antiquam. & nos induximus hoc contra eos in cõsyderando partẽ motus cœli, & consyderando duo puncta poli. &, cùm declarabit ꝙ opus est eis concedere cognitionẽ rei à simili, & quenire ad cãm, concedũt ẽt illud absq; cã, sicut amittunt cum cã, cùm non sit differentia, siue conuertat interrogatio inter in ipsammet rem, et dicitur quare appropriatũ fuit in hac mensura? siue conuertat in causam, & dicitur quare appropriatũ fuit in hac mensura, potius q; alia? Et si possibile fuerit expellere interrogationẽ à causa, ꝙ illa mensura nõ est similis huic, qm̃ ordo connectitur ei, & non alteri, tunc possibile est expellere interrogationẽ ab ipsamet re, & non indiget cã. Et ab hoc non põt euadi, qm̃ hæc mensura demonstrata, quæ est ei, si esset sicut mensura, quę non erit, tunc conueniret interrogatio, qũo cognoscitur res à simili in appropriatione ſm radices eorũ. ipsi aũt negant voluntatẽ discernentem. Si vero non fuerit similis ei, tunc nõ cõstituit possibilitas, sed dicitur hoc sic esse est ꝙd antiquum: qm̃ fuit causa antiqua ſm existimationem eoꝝ. & sequitur quæstio ex hoc sermone in eo, quo nos dubitauimus contra eos de conuersione interrogationis ad voluntatem antiquam, & conuertimus hoc cõtra eos in duobus punctis poli, & parte motus orbis: & declaratur ex hoc ꝙ, qui nõ verificat innouationem corporum, non potuit cõstituere rationem de eo, ꝙ primum non sit corpus omnino.

AVEROES.

AIt Auer. Quãm multũ est extraneus sermo huius viri in hoc loco. nam ipse ostendit dubitationem cõtra Philosophos, ꝙ ipsi non possunt cõstituere efficiens præter corpus cœleste, cùm indigeant responsione fundamento rei, quã non credunt, sed eam credunt Loquentes. & est sermo eorum ꝙ esse cœlum in mensura terminata præter alias mensuras, quibus posset esse cœlum, est ex causa appropriante, & approprians est antiquum. Attamen iste vir errauit in hoc, aut fecit errare. nam appropriatio, quam affirmauerũt Philosophi, est alia ab appropriatione, quã voluit secta Assaria. nam appropriatio, quam uoluit secta Assaria, est cognitio rei, aut à simili, aut à contrario, absq; eo ꝙ hoc determinet scientiam in substantia rei, indigẽtem quidem appropriatione vnius duorum oppositorum. Philosophi vero intellexerunt in hoc loco per approprians id, quod determinat scientia de re facta, & est cã finalis. nam apud Philosophos non est quãtitas in ente ex entibus, nec qualitas, quin sit finis in scientia. quæ non euadit ab vno duorum. aut enim hoc erit necessarium in natura operationis huius entis, aut erit ei ad melius. nam, si esset apud eos in creatis quantitas, aut qualitas, quam non determinat scientia, tunc attribuerent operationem Dei glo. primi in hoc ei, quod impossibile est attribui artifici creato, nisi modo vituperij. eius. nam non est macula fortior, q̃ dicere consyderauit in re aliqua facta quãtitatẽ, aut qualitatẽ: & nõ elegit efficiens hoc factum, hanc quãtitatem, & hanc qualitatem, præter alias quãtitates, & alias qualitates possibiles ei: & dicere ꝙ iple voluit hoc non ex scientia, & alia de re facta. & omnia sunt æqualia in fine huius facti, quem fecit efficiens propter eum, s. propter operationem eius, quæ est finis. nam omne factum fit ꝓpter aliquid. & hoc nõ reperitur ordinatum ad hoc factum, nisi hoc factum esset mensuratum in quãtitate terminata: licet fuerit ei latitudo in quibusdã factis, & qualitas terminata, & natura terminata. &, si esset quodcunq; factum fuerit, terminans quãcunq; operationem, non esset hic scientia ofno de facto ex factis, & non esset hic cã omnino: & erunt quãtitates operatorum, & qualitates eorum redeuntes ad appetitum efficientis: & erit quilibet homo efficiens, aut dicimus quòd scientia sit in operatione creati, non in operatione creatoris. Deus glo. saluet nos ab hoc errore in primo efficiente. sed credimus quòd omne id, quod est in mundo, est ex scientia, licet deficiant vires nostri ingenij in multis eorum. nam scientia artificialis intelligitur ab intellectu ex parte scientiæ naturalis. &, si mundus est quid factum in vltimitate sapientiæ, necesse est vt sit hic vnũ sapiens, cuius esse indigent cœlum, & terra, & quicquid est in eis. nam nemo potest ponere factum à scientia mirabili causam sui ipsius. Homines autem, quia voluerunt exaltare Deum glo. abstuleruut scientiam ab eo, & negauerunt de eo excellentissimum attributorum eius.

Disputatio

DISPVTATIO DECIMA.

IN DECLARANDO DIMINVTIONEM DECLARATIONIS EORVM QVOD MVNDO SIT EFFICIENS, ET QVOD SERMO HÆRETICI SEQVITVR EIS.

ALGAZEL.

AIT Alga. Et dicimus ꝙ qui cõfitetur omne corpus esse innouatum, qm̃ non euadit ab innouationibus, bene intelligit opinionem eorum, cùm dicunt ꝙ indiget agẽte, & causa. Vos vero quæro qd prohibet vobis ab opinione Hæreticorũ, & est ꝙ mundus est antiquus, & sic non est et causa, nec efficiens: causa autẽ est innouationibus, & non innouatur in mũdo corpus, & non corrũpitur corpus, sed innouantur formæ, & accidentia. nã corpora sunt cœli, & sunt antiqui, & elementa quatuor, quæ sunt sub orbe Lunæ, corpora eorum, & materię eorum sunt antiqua, sed permutantur in eis formæ ex mistionibus, & mutationibus, & innouãtur animæ humanæ, & animales, & vegetatiuæ his innouationibus, quarũ causæ deueniunt ad motum circularem. & motus circularis est antiquus, & facit eum anima antiqua. orbis ergo non est causa mundo, nec efficiens in corporibus eius. sed ipse, prout est, non defecit esse antiquus absq; causa, scilicet corpora. quæro quid est, quod dicunt, ꝙ hæc corpora esse eorum est ex causa, & tamen sunt antiqua?

AVERROES.

AIt Auer. Philosophi dicũt ꝙ qui dicit omne corpus esse innouatum, & intelligit per innouationem creationẽ ex non ente, ſ. ex priuatione, ponit aliquid de innouatione, quod non tenẽt omnino. & hoc indiget de necessitate demõstratione. In eo aũt, ꝙ adduxit dubitationes contra eos in hoc capitulo, adeo ꝙ induxit eos ad sermonẽ Hæreticorum, iam speculati sumus de hoc supertius, & non est reiterãdum. Et summa huius rei est ꝙ corpus apud eos, siue fuerit innouatum, seu antiquum, nõ est sufficiens in esse ex seipso: & est apud eos in corpore antiquo de necessitate, eo modo, quo est in corpore innouato, nisi ꝙ similitudo non valet circa esse eius in corpore antiquo, vt valet in corpore innouato. & ideo quia Arist. voluit declarare esse terram circularem ſm naturam suam, posuit eam innouatam, vt consyderet intellectus causam huius: & postea transtulit eam ad æternitatem. & hoc quidem Secundo de Cœlo. Et, quoniam adduxit incõuenientia, quę euenerunt Philosophis, incœpit respondere eis, cõtradicens responsionibus eorum, & dixit.

ALGAZEL.

AIt Alga. Si autẽ dicitur, omne non habens causam, est necessarium in esse: & tam diximus de attributis necessarij in eẽ id, quod declaratum fuit ꝙ corpus non erit necessarium in esse, dicimus ꝙ tam declarauimus corruptionem eius, quod posuistis de attributis necessarij in esse. & demõstratio non declarat nisi cessationem emanationis. & iam cessata est apud Hęreticos in principio rei, cùm dicatur ꝙ non sit causa cœlo. formæ vero, & accidentia aliqua sunt causa alterius, quotiscũq; deueniant ad motum circularem, & ipsemet est cã alicuius alterius, vt est opinio Philosophorum, & cessat emanatio eorum in eo. & qui bene consyderat id, quod diximus, scit diminutionẽ eius, qui credit antiquitatem corporũ, cùm ratiocinatus fuerit de causa eorum, vt cogitauit Hæreticus.

AVERROES.

AIt Auer. Huic iam data est rñsio, & notificatus fuit gradus eius in sermonibus veris, & non est hic reiteranda. Hæretici autẽ adhæserunt sensui, & hoc, qm̃ reducti sunt motus apud eos ad corpus cœleste, & cessata est emanatio, existimauerunt ꝙ iam cessatum est rõnẽ id, quod cessatum est sensu, & nõ est sic. Philosophi vero consyderauerunt cãs, adeo ꝙ deuenerunt ad corpus cœleste, deinde cõsyderauerunt causas intellectas, & res finitur apud eos ad ens nõ sensibile, quod est causa, & principium entis sensibilis. & est sermo Abraę, faciens cœlum, & terrã. Sed secta Assaria negauit causas sensibiles, ſ. nõ dicit ꝙ aliqua sit causa alterius, & posuit causam entiatis sensibilis ens non sensibile specie generationis, non apparentis, & nõ sensibilis in causis, & causatis, ꝙ est speculatio exiens à natura hominis, in eo ꝙ est homo.

ALGAZEL.

AIt Alga. contradicens Philosophis. Cùm dicũt ꝙ probatio, qua probaẽ ꝙ corpus non sit necessarium in esse, est qm̃, si esset necessariũ in esse, non esset ei causa, nõ extra, nec intus. &, si haberet causam, quia est compositum, est cõsyderatione sui ipsius possibile. & omne possibile indiget quidẽ necessario, dicimus ꝙ non intelligit dictio necessarij in esse, & possibilis in esse. & tota inuolutio eor̃ est in his duabus dictionibus. Et reuertamur ad id, quod intelligitur de ea, & est ablatio causæ, & affirmatio eius. & quasi dicant an ista corpora habent causam, aut non habẽt causam. & dicit Hæreticus ꝙ non habent causam, quæro quid est inconueniens, cùm intelligit per possibile, & necessarium hoc? & dicimus ꝙ est necessariũ, & nõ est possibile. &, cũ dicunt corpus nõ est necessarium, est imaginatio quędã, non habens qdem, nec radicẽ, nec ramũ.

AVERROES.

AIt Auer. Iam dictum est supius in sermonibus eius ꝙ, cùm intelligitur per necessarium in esse id, quod non habet cãm, & intelligitur per possibile in esse id, quod habet cãm, non erit diuisio entis in has duas res quid notum. qm̃ aduersarius poterit cõtradicere ꝙ non est, sicut ipse dicit, sed oẽ ens nõ habet causam. Attñ, cùm intelligitur per necessarium in esse ens necessarium, & per possibile possibile verũ, finitur res ipsa, pculdubio ad ens, nõ habens causam. & est vt dicatur omne ens aut erit possibile, aut necessarium. si possibile, habet causam. &, si illa causa fuerit de natura possibilis, pcedit res ipsa, & cessat emanatio ad causam necessariam. iterum interrogaẽ illa cã necessaria, cùm fuerit possibile ẽt vt necessarij aliquod sit habens causam, & aliquod nõ habens cãm. &, si quidem ponitur causa de natura necessarij habẽtis cãm, sequeretur processus, & deueniet res ad cãm necessariam, non habentem causam. Auicenna aũt voluit cõuenire in hac diuisione opinioni Philosophorum in entibus. nam corpus cœleste apud Philosophos est necessariũ per aliud: sed an necessarium per aliud habeat possibilitatem respectu sui ipsius est in hoc cõsyderatio. quare hæc via est tortuosa, cùm incesserint in ea hoc pcessu. Attamen via eius est falsa necessario, quoniã ipse non diuidit ens primo ad possibile verum, & necessarium. & est diuisio nota naturaliter de entibus.

ALGAZEL.

AIt Alga. respõdens Philosophis dicentibus corpus nõ esse necessarium in esse ex se, cùm sint ei partes, quæ sunt cã eius. Si autem dixerit nõ est inconueniens, qm̃ corpus habet partes, & partes sunt priores

pelores essentialiter totũ. Dicimus, licet sic fuerit, cñ totum, cõstitutum ex partibus, in earũ aggregatione nõ est quidem causa partium, nec aggregationis eor̃, sed sunt antiquæ sic absq; causa agenti. & impossibile est eis dubitare cum hoc, nisi cum eo, quod dixerunt de affirmatione ablationis pluralitatis ab ente Primo. & iã destruximus illud cõtra eos, & non habent aliam viã. igit̃ manifestum est ꝙ qui non credit innouationẽ corporum, non peruenit ad credendum agens omnino.

AVERROES.

AIt Auer. Hic sermo sequit̃ consequentia, cui nemo dubitat apud pcedentem per viam necessarij in esse in constituendo ens, quod non est corpus: & hęc via, non pcedunt per eam Antiqui. Primus cñ, qui pcessit per eam ex eis, qui peruenerunt ad nos, est Auicẽna, & dicit ꝙ sit excellens viarum Antiquorum, Nam Antiqui processerunt ad constituendũ ens, quod nõ est corpus, quod sit principium omnium, ex rebus posterioribus, & sunt motus, & tempus: & existimauit ipse ꝙ hæc via peruenit ad id, ſ. ad constitutionem principij eo modo, quo cõstituerunt Antiqui ex cõsyderatione in natura entis, in eo ꝙ est ens. Et, si peruenirent ad id, tunc esset id, quod dixerunt, verum. sed ipsa nõ peruenit ad hoc. nam necessarium in esse ex se, cùm ponitur in esse, erit quod magis auertur ab eo, qđ sit cõpositum ex materia, & forma. demũ ꝙ sit ei definitio. cùm vero ponit esse cõpositum ex partibus Antiquis, quarũ natura est vt copulẽtur adinuicem, vt est in mundo, & partibus eius, tunc verũ est dicere de mũdo, aut partibus eius, ꝙ sit n̄ necessariũ in esse. & hoc totum, cùm concesserimus ꝙ sit hic ens, quod est necessarium in esse, & iam diximus nos ꝙ via, per quam processit in constitutione entis huiusmodi, non est demonstratiua, & non deuenit naturaliter ad eam, nisi eo modo, quẽ diximus. Et plurimum, quod sequitur ex hoc sermone, scilicet debilitatis huius vię, est apud ponentem hic corpus simplex, non cõpositum ex materia & forma. & est opinio Peripateticorũ. qm̃, qui ponit cõpositum ex partibus in actu Antiquũ, impossibile est ei, quin sit vnum essentialiter. & omne vnum in re cõposita est, ppter vnum, quod est vnum in se, ſ. simplex, & ppter hoc vnũ mundus est vnus. Et ideo dicit Alexander ꝙ impossibile est quin sit hic potentia spiritualis, transiens per omnes partes mũdi, sicut reperitur in oĩbus partibus animalis potentia copulans partes adinuicem. Differunt tñ. qm̃ copulatio in mũdo est antiqua, ex eo ꝙ copulans est antiquũ: copulatio vero inter partes animalis est generabilis & corruptibilis in individuo, & non generabilis & non corruptibilis specie, propter copulationẽ antiquam: qm̃ impossibile est ei vt sit non generabile & nõ corruptibile in individuo, sicut est in mundo. Et euenit Deo glo. hæc diminutio in hac sua specie pfectionis, ad quam peruenire aliud non põt, vt dicit Aristo. in libro de Animalibus. Et iam vidimus nostra tẽpestate multos, & ex socijs Auicẽnæ propter hoc dubiũ exposuisse Auicẽnam esse huius opinionis: & dixerunt ꝙ ipse non tenet ꝙ sit hic separatũ: & dixerunt hoc apparere ex sermone eius de necessario in esse in multis locis: et est id, quod posuit in Philosophia sua orientali: et dixerunt ꝙ ideo appellauit illã orientalem, qm̃ est ex opinione orientalium, tenentium ꝙ Deus sit corpus cœleste, vt ipse opinatur. & ipsi quidẽ cum hoc debilitant viam Arist. circa constitutionẽ primi principij per viam motus. Nos vero iã locuti sumus de hac via multis vicibus: & declarauimus modum, quo est in ea veritas: & soluimus oẽs qõnes factas contra eam. & locuti sumus etiã de via Alexandri in hoc, ſ. quã elegit in libro suo nominato de principijs. nam videtur ꝙ declinauit à via Arist. ad aliã viam: licet fuerit assumpta à principijs, quæ declarauit Aristo. & ambæ viæ sunt verę. sed magis naturalis est via Arist. quare, cùm verificabitur via, pbationis necessarij in esse, vt recitabimus, erit vera apud me: licet fuerit in ea cõmunitas, indigens distinctione: & est vt pręcedat ei scientia specierum posibilium in substãtia, & scientia specierum necessariorũ in substãtia. Et hęc via est vt dicamus posibile in esse in substantia corporea, necesse est vt præcedat id necessarium in esse in substantia corporea, & necessarium in esse in substãtia corporea, necesse est vt præcedat id necessariũ in esse in substantia absoluta: & est id, in quo nõ est potentia omnino, nec in substãtia, nec in alia specierũ motuum. & quod est hmõi non est corpus, verbi gratia, corpus cœleste, apparet de eo ꝙ est necessariũ in esse in substantia corporea. sin autẽ sequeretur vt sit corpus antiquius eo: & tamen apparet de eo ꝙ est posibile in esse, quo ad motum localẽ: ergo necesse est vt motor eius sit necessarius in esse in substãtia, & ꝙ non sit in eo potentia oĩno, nec ad motum, nec ad aliud, & nõ attribuitur ei nec motus, nec quies, nec alia species mutationum. & quod est huiusmodi nõ est corpus omnino, nec potentia in corpore. partes vero mundi æternæ sunt necessariæ in esse in substantia, aut vniuersaliter, sicut est in quatuor elementis, aut induis dualiter, sicut est in corpore cœlesti.

DISPVTATIO VNDECIMA.

DE DIMINVTIONE TENENTIS QVOD PRIMVM SCIT ALIVD AB EO, ET SCIT GENERA, ET SPECIES MODO VNIVERSALI.

ALGAZEL.

AIT Alga. Perfecti autem quoniam esse est inclusum apud eos in innouato et antiquo, & nõ erit apud eos antiquũ nisi Deus glo. & attributa eius, & quicquid est vlterius est innouatũ ex voluntate eius, ideo peruenit ad eos propositio necessaria de scientia eius: qm̃ volitum necessario impossibile est quin sit scitum volẽti. & ædificauerunt super hoc ꝙ totum est scitum ei, ex eo ꝙ totum est volitum ei, & innouatũ ex voluntate eius, & nihil fit quin sit innouatũ ex volũtate eius. & quotiensc̃unq; affirmabitur ꝙ vult, sciens quidem id, quod velit, est viuens necessario: & omne viuẽs scit aliud, quanto magis scit seipsum: ergo totum fit scitum Deo glo. & id scit hac via, cùm notũ est eis quòd vult creare mundum.

AVERROES.

AIt Auer. Hic sermo, fecit eum procemiũ ad hoc vt faciat cõparationem inter eum, & sermonẽ Philosophorum de scientia antiqua. Attamen hic sermo ẽ magis satisfaciens primo aspectu, q̃i sermo Philosophorũ. nam Loquentes, cùm verificatus fuerit sermo eor̃, & apparuerit apud quẽ debet apparere, videtur ꝙ ipsi posuerunt Deum glo. hominem æternum. ipsi enim assimilauerunt mundũ operatis, quæ sunt ex voluntate humana, & scientia, & postertius. Et, cùm dicitur eis ꝙ necesse est vt sit corpus, dicunt ꝙ est æternus: & omne corpus est innouatũ: & necesse est eis ponere hominẽ absq; materia agẽrem omnium entium. & fit hic sermo sermo similitudinalis rhetoricus: et sermones simtlitudinales sunt nimium satisfacientes, nisi ꝙ, cùm procedimus post eos, apparebit inuolutio eorum.

tum, nam nihil est distantius à natura entis generabilis & corruptibilis, q̃ natura entis ęterni. Et, cùm hoc sic fuerit, impossibile est vt reperiat aliqua species, diuisa in æternitatẽ, & priuationem æternitatis, sicut diuidit vnum genus in differentias id diuidentes. nam distãtia æterni ab innouato est maior, q̃ distantia speciei; abinuicem, cõmunicantium quidẽ in innouatione. &, cùm fuerit distantia æterni à non æterno maior, q̃ distantia speciei; abinuicem, quo ergo possibile est vt permutetur iudicium ab apparenti ad occultum? & tñ sunt contraria. &, cùm intelliguntur attributa reperta in apparenti, & occulto, apparet q̃ sunt æquiuoca q̃uiuocatione tali, quę impossibile est permutari ab apparenti ad occultum. nam vita addita intellectui in hoie nõ dicitur, nisi de potentia mortua in loco ex voluntate, & apprehensione, puentiente ex sensibus: sensus aũt auferuntur à Deo, & multo magis motus localis. Loquentes vero ponunt in Deo glo. sensus absq; instrũs, & auferunt ab eo motum absolute: igit aut non affirmant in Deo vitã repertam viuo, quę est cõditio in esse scientiæ hominis, aut ponunt eã esse ipsammet apprehensionẽ: vt dicunt Philosophi q̃ apprehẽsio, & scientia in primo est ipsamet vita. & etiam, q̃m voluntas in viuo est appetitus mãdans ad motum, & viuo, & homini euenit ad perficiendum id, quod ei deficit in esse suo. Deus vero glo. absit q̃ sit ei appetitus, ex eo q̃ deficit ei, & substantię eius aliquid, adeo q̃ sit cã motus, & actionis, aut ex se, aut ex alio. Et qũo potest imaginari voluntas æterna, quę sit cã operationis innouatæ, absq; eo q̃ additus sit appetitus hora operationis? aut qũo imaginetur volũtas, & appetitus, quor; dispositiones sint ante operationẽ, & hora operationis? & post operationẽ eędem, absq; eo q̃ eueniat mutatio? Vlterius, quia appetitus est cã motus: & motus non reperit nisi in corpore: igitur appetitus non reperit nisi in corpore aiato. &, cùm nõ sit volitas in Primo apud Philosophos, nisi q̃ operatio eius sit operatio, puentiens à scientia, & scientia in eo q̃ est scientia, in duobus cõtrarijs possibile est vt puenitat ab ea vnũquodq; eor;, & prouenit excellentius contrarior;, & non vilius ex sciente ea, ideo appellatur Sciens, Excellens. & pp hoc dicunt de Deo glo. q̃ appropriant ei tria attributa, & est q̃ sit Sciens, Excellẽs, & Potens. & dicunt q̃ voluntas eius, puenit in entibus fm scientiam eius, & posse eius nõ deficit à voluntate eius, sicut deficit in hoie. Hoc totum est sermo Philosophor; in hoc capitulo. &, cùm positũ fuerit, vt posuimus, in his qdem rationibus est sermo satisfaciens, nõ aũt demonstratiuus. Et tibi est consyderare hęc, si fueris ex hoibus felicitatis complet; in locis propriis libri Posterior;, si scieueris artes, quas operat demonstratio. artes enim demonstratiuæ assimilant in oibus artibus factuis. nam quẽadmodum impossibile est ei, qui non est illius artis, vt faciat aliquã operationem illius artis, sic ẽt impossibile est ei, qui non scit artes demonstrationis, vt faciat aliquã operationem artis demonstratiuę: & est ipsamet demonstratio. sed hæc ars dignior est in hoc cæteris artibus. differt tñ sermo in hoc ab operatione. nam operatio est actio vna, & non, puenit necessario, nisi ex habẽtibus artem. species vero sermonum multæ sunt. nam aliquæ sunt demonstrattuę, aliquę vero non demõstratiuæ. sed sermones nõ demonstrattui, quia, puentunt absq; arte, ideo existimat in demonstratiuis q̃ prouentant absq; arte. & hic est error magnus. & ideo quæcunq; materię fuerint materierum artium demonstratiuar;, in quibus impossibile est vt sit in eis sermo absq; termone artificiali, impossibilis est sermo in eis, nisi habenti illam artem, sicut est in arte Geometrię. Quare totum id, quod posuimus in hoc libro, non est sermo artificialis demõstratiuus, sed sunt sermones non artificiales: quorũ alter est magis satisfaciens altero. & secundum hoc oportet vt intelligat id, quod nos hic scripsimus. & ideo nomen debitum, & conueniens huius libri est, Destructio ambarũ sectarum simul. Et hoc totum est apud me excedere legem, et speculare de eo, quod non præcipit lex, q̃m vires hois deficiunt in hoc. impossibile est enim de omni eo, quod tacuit lex ex scientijs, vt speculet, & declaretur vulgo ex eo, id, ad quod peruenit speculatio, quod fit de essentialibus legis. nam fit ex hoc magna inuolutio. & debet homo tacere in istis rebus, sicut tacuit in eis lex, & notificare vulgo q̃ intellectus humani deficiunt in disputatione de his rebus, & nõ excedant doctrinã legis declaratam in lege: cùm fuerit doctrina cõis omnibus sufficiens ad acquirẽdum felicitatem suã. Quoniam, quẽadmodum Medicus speculatur de rebus sanitatis in mẽsura, quæ conuenit sanis, ad conseruãdum sanitatem, & ægris ad remouendũ ægritudinem: sic ẽt est in cõstituente legẽ. nam ipse notificat vulgo ex rebus mensurã, qua perueniunt ad felicitatẽ. Et sic est in factibilibus. nã id, quod tacuit lex, est perfectius, & pręcipue in locis, in quibus vident q̃ sint de genere rerum factibilium, in qbus est iudicium legale. Quare Legistæ differũt in hoc genere. sunt enim aliqui, qui negant ratiocinationẽ, & sunt sequentes simplicitates rerum: & aliqui, qui eã affirmãt, & sunt hoies ratiocinationis. & hoc idem euenit rebus scientificis, & simplices aũt, & scientifici, magis proficiunt simplices in rebus factibilibus. Interrogatio aũt aduersarij in his rebus aut erit ex hoibus demonstrationis, aut non. Si fuerit ex hoibus demõstrationis, loquẽdum est cum eo demonstratiue, & notificabit ei q̃ hic modus loquẽdi est proprius hoibus demonstrationis, & sciet in locis, in quibus lex innuit hoc, q̃ hoc genus scientię prouenit ex demonstratione. Si vero nõ fuerit ex hoibus demonstrationis, aut erit ex hoibus, qui credunt legi, aut ex Hæreticis, & nõ credentibus. si credit ei, notificabit ei q̃ loqui de his rebus est prohibitum in lege. si vero non credit ei, non est inconueniens hoibus demonstrationis contradicere et rationibus inciisuis.

Hic profecto debet esse dispositio habẽtis demonstrationẽ in omni lege, & præcipue in lege Mosayca diuina, q̃ non tacuit de rebus diuinis, sed innuit id, ad quod peruenit demonstratio, & racuit de eis, dimittens hoc ad doctrinam cõem. His autẽ habitis, reuertamur ad id, in quo fuimus, cùm ad hoc nos induxit necessitas, et nisi esset hoc, Deus scit, & bene intelligit q̃ nos non licite loqueremur de his rebus hoc modo loquelæ. Et, cùm expresserit Alga. viã, qua affirmauerunt Loquentes attributum scientiæ, & alia, adeo q̃ est in vltimitate declarationis, ex eo q̃ est in vltimitate famositatis, & vltimitate facilitatis verificationis, incepit facere cõparationem inter eam, & viam Philosophorũ in his attributis, & hæc est operatio rhetorica. & dixit.

ALGAZEL.

Qgo pacto doceri debeat vulgus res diuinas.

AIt Alga. loquens cum Philosophis. Vos autẽ, cùm existimauistis q̃ mundus sit antiquus, nõ innouatus quidẽ à voluntate, quæro vnde vos scituistis q̃ ipse scit seipsum? & impossibile ẽ hoc absq; rõne in eo. Deinde dixit, & id, quod dixit Auicenna circa verificationẽ huius in graduatiõe sermonis eius, tendit ad duo, quor; vnum est q̃ Primum est ens non in materia: & oẽ ens nõ in materia est intellectus absolutus: & oia intellecta sunt manifesta ei. nam prohibẽs ab acquisitione omniũ rerum est alligantia cum materia, & occupatio in ea. nam aia hominis est occupata in regimine materię, s. corpore. &, cùm cessauerit occupatio eius, & non summergitur in appetitibus corporalibus, & conditionibus vilibus, procedẽtibus de rebus naturalibus, patefit ei veritas intellector;. & ideo apparet q̃

nit q̃ Angeli omnes sciunt omnia intellecta, & nõ desit eis aliquid: quoniam sunt etiam intellectus abstracti nõ in materia. Postea, cùm recitauerat sermonem eorum, dubitans eis, dixit.

ALGAZEL.

AIt Alga. Et dicamus, cùm dicitis q̃ Primum sit ens non in materia, si intelligitis q̃ nõ sit in corpore, nec innatum corpori, sed est existẽs in se, absq; apprehensione termini, & appropriatione in aliqua parte, cõceditur. Et circa id, quod dicitis, & hmõi est intellectus abstractus, quæro qd intelligitis per intellectum? si intelligitis eum, qui intelligit alias res, hoc est ipsummet quæsitum, & locus quæstionis. & qũo id accipitis in ꝓpositionibus syllogismi in q̃sito? si vero intelligitis aliud, & est q̃ ipse intelligit seipm, forte concedent tibi hoc tui fratres Philosophi, & non puenit ad hoc, ex eo q̃ intelligit seipsum, vt intelligat aliud. & dicitur ei quare ponis hoc, quod nõ est necessarium? igit differt Auicenna ab alijs Philosophis. & qũo ponit id necessariũ? &, si est speculatiuũ, quęro quæ est demonstratio in hoc? si vero dicit, q̃m prohibens abacquisitione rerum, est materia: & ibi nõ est materia: igit non est, phibens. Nos dicimus non concedimus q̃ sit prohibens: & non concedimus q̃ ipsa sit, phibens tm. Et fundatur syllogismus eor; in figura syllogismi hypotetici: & est vt dicatur, si hoc est in materia, non intelligit res: sed nõ est in materia: ergo intelligit res. & in hoc ponit contradictio antecedẽtis. & positio contradictionis antecedentis non concludit conuenienter: & est sicut sermo dicẽtis, si hoc, quod videtur, est homo, est aial: sed non est homo: ergo non est aial. hoc enim nõ sequitur, cùm multotiens non erit homo, & tñ erit equus, & erit aial. Verum est q̃ positio contradictionis antecedẽtis concludit contradictionẽ consequentis, sicut dixerunt in Logicis cum cõditione: & est conuersio consequentis cum antecedẽte. & hoc vniuersaliter, & est sicut dicunt si Sol oritur, dies est: sed Sol non oritur: ergo dies non est. q̃m esse diei nõ habet cãm, nisi ortum Solis: & alterum eorũ conuertitur cum altero. & declaratio harum positionũ, & dictionum intelligit in libro Apprehensionis intellectus, quẽ ordinauimus ad hũc librum. si vero dicit, nos autem ponimus conuersionem, & est q̃ prohibens est materia tantum, &c.

Quomõ deuenerit Philosophi ad cognitionẽ ipsius Dei.

AVEROES.

AIt Auer. Primum, quod est in hoc sermone exinuolutionibus, est recitatio opinionis, & ratiocinatio contra eam. Nam id, quod posuit in eo exppositionibus, q̃ sint tanq̃ principia, sunt apud eos conclusiones multar; propositionum. Quoniam declaratum est apud eos q̃ omne ens sensibile sit cõpositum ex materia, & forma: & forma est id, quo ens est ens, & est id, quod significat per nomẽ, & definitionem, & ex ea, puenit operatio propria in quolibet ente, & est ea; quæ significat esse formarũ in ente. Et hoc, q̃m ipsi inuenerunt q̃ sunt in substantijs potentiæ agentes, pro priq; cuilibet enti, & potentiæ patientes, aut, ppriæ, aut cõmunes. & impossibile est vt res patiat re, qua agit. nam actio contradicit passioni: & contraria non recipiunt alterum alterum, sed recipit ea subiectum eorũ, modo, quo vnum aduenit, post q̃ recessit aliud. verbi gratia calidum nõ recipit frigidum: id vero, quod recipit frigidum, est corpus calidum, cùm recesserit ab eo calidum, & recipit frigidum, & econtra. Et, q̃m inuenerunt actionẽ, & passionem esse hmõi, sciuerunt q̃ oia entia talia sunt cõposita ex duabus substãtijs, substantia quidẽ, quæ est actus, & substantia, quæ est potẽtia: & inuenerunt q̃ substãtia, quæ est in actu est perfectio substantiæ, quæ est in potentia, & est ei in fine in generatione, cùm nõ fuerit distincta ab ea in actu. Deinde, cùm speculati fuerunt formas entium, declaratum fuit eis q̃ necesse est quòd deueniat res in istis substãtijs ad substãtiam in actu, spoliatã à materia: & necesse est vt sit hæc substantia agens, non patiens omnino: & vt nõ eueniat et debilitas, nec fessitas, nec corruptio: cũ hoc eueniat substãtiæ, quæ est in actu, ex eo q̃ est perfectio substantiæ, quæ est in potentia, non ex eo q̃ est actus absolute. q̃m, cùm substantia, quæ est in potẽtia, exeat in actum ex parte substãtiæ, quæ est in actu, necesse est vt deueniat res in entibus agentibus, & patientibus ad substantiam, quę est actus absolute, & q̃ cesset emanatio, & processus ad hanc substantiã. & declaratio q̃ reperiatur hæc substãtia, ex eo q̃ est mouens, & agens propositionibus essentialibus, &, ppijs, est in libro Octauo Physicorum. Et, q̃m constituerunt hanc substantiã via propria, & cõmuni, vt est notum in libris eor;, consyderauerunt in natura formas mouentium materialium, & inuenerunt aliquas earum magis propinquas actui, & magis remotas à potentia: q̃m sunt remotæ à passionibus magis q̃ aliæ, quod est signum materiæ sibi, ppriq: & inuenerunt aiam ex istis formis immunẽ pręceteris à materia, & præcipue intellectum, adeo q̃ dubitauerunt de eo an sit ex formis materialibus, aut nõ ex materialibus. Et, q̃m viderunt formas apprehensiuas esse ex formis animæ, & inuenerũt eas remotas à materia, sciuerunt q̃ causa apprehẽsionis sit remotio à materia. Et, q̃m inuenerunt intellectum nõ esse passibilẽ, sciuerunt q̃ cã, qua sit forma non aiata, aut apprehẽ siua, nihil aliud est, nisi ex eo q̃, cũ fuerit pfectio eius, quod est in potentia, erit inanimata, aut non apprehensiua. &, cùm fuerit perfectio absoluta, cui non admisceat potentia, erit intellectus. & hoc totum tam ordinatum est ordinatione demonstratiua, & syllogismis naturalibus. & impossibile est vt ordinetur in hoc loco ordinatione demonstratiua, nisi aggregeat id, cuius natura est vt scribat in multis libris diuersis in vnũ locum. & hoc bene scit, qui est assuetus in libris Logicę pauca assuefactione, quod impossibile est hic. Et ex hoc modo viæ sciuerunt q̃ id, quod non patit omnino, est actus, & non est corpus. q̃m omne corpus passibile apud eos est in materia. Modus aũt quæstionis contra Philosophos in his rebus debet fieri cum principijs. quæ addu xerunt in declarationẽ harum rerum, non aũt cum his met rebus, quibus dubitauit iste vir: & cum hoc sciuerunt q̃ hic sit ens, quod est intellectus absolutus. Et, q̃m viderunt etiam ordinẽ hic in natura, & operationibus eius sequi ordinẽ intellectualem, simile ordini artificiali, sciuerunt q̃ hic sit intellectus, qui influit has potentias naturales, quarum operationes currunt modo operationis intellectus: & determinauerunt ex his duabus rebus q̃ hoc ens, quod est intellectus absolutus, est ille, qui influit entibus ordinẽ, & proportionem repertam in operationibus eor;: & sciuerunt ex hoc toto q̃ ipsum intelligere seipm est intelligere oia entia. Et hmõi ens nõ est id, quod intelligit de se aliud ab eo, quod intelligit de alio, sicut est in intellectu humano. et et non conuenit diuisio prædicta. & est vt dicatur ois intellectus aut intelligit seipsum, aut aliud, aut intelligit vtrũq; simul. deinde dicit, si intelligit aliud, patet q̃ intelligit seipsum. si intelligit seipsum, nõ oportet vt intelligat aliud. & iam locuti sumus de hoc superius. Et totum, de quo locutus est in syllogismo hypotetico, quo vsus est, vt dixit, non est ver;. nam syllogismus hypoteticus nõ verificatur, nisi declaretur id, quod reiteratur in eo, & cõsequens per syllogismum categoricum, aut vnũ, aut plus vno. Syllogismus vero hypoteticus verus in hac qõne talis est. Si id, quod est in materia, non intelligit, id quidẽ, quod nõ est in materia, intelligit. & hoc quidẽ, cùm declarabit verificatio huius cõsequen-

Quo pacto intellectus primus, intelligẽdo se, intelligat alia.

tis,

tię, & verificatio eius, quod reiteretur, & sunt propositiones, quas diximus esse apud eos cõclusiones. & iste vir attribuit eis ꝙ sint prima, aut propinqua primis. &, cùm declarabunt secundum ꝙ diximus, erit syllogismus veræ figuræ, & verarum, ppositionum. Verificatio aũt figuræ, qm̃ id, quod reiteratur, est oppositum consequentis, & cõcludit oppositum antecedentis, nõ est sicut ipse putauit, ꝙ ipsi reiterant oppositũ antecedentis, & cõcluditur oppositum consequentis. Attamẽ, quia nõ sunt primæ, nec famosæ, nec cadit earũ in primo aspectu veritas, ideo sunt in vltimitate inconuenientiæ, præcipue apud illũ, qui nihil audiuit de his rebus. Igitur inuoluit iste vir scientias inuolutione magna, & extraxit scientiam à radice, & semita eius.

ALGAZEL.

At Alga. Secundus autẽ modus est, cùm dicunt ꝙ licet nos non dixerimus ꝙ Primũ vult innouationem, nec ꝙ totum sit innouatum innouatione pmanenti, nos tñ dicimus ꝙ ipsum id fecit, & est constitutum ab eo, nisi ꝙ non defecit attribuere ei operationes, & nunq̃ defecit esse agẽs: & non distinguitur apud nos nisi hac imaginatione, in fundamento vero agentis non. &, cùm necesse est vt agens sciat deliberatiue, ergo totũ est apud nos etiam ex operatione eius.

Responsio autẽ huic est duobus modis, quoꝝ Vnus est ꝙ operatio est dupliciter, aut voluntaria, sicut operatio afalis, & hominis: aut naturalis, sicut operatio Solis illuminatione, & ignis calefactione, & aquæ infrigidatione. est aũt necesse vt sit scientia in operatione voluntaria, vt est in artibus hominis: in operatione vero naturali non. & apud vos est ꝙ Deus glo. fecit mundũ via consecutionis ab eo naturaliter, & necessitate, non aũt via voluntatis, & eleuationis: sed consecutũ est totum à subsstãtia eius, vt consequitur lumen à Sole, &, quẽadmodum Sol non potest euitare lumen, nec ignis euitare calefactionẽ, sic nõ põt Primum euitare operationes suas. quod absit. & hęc species, licet admiserim appellare eam operationem, non determinat tñ agenti scientiam omnino. Si vero dicaſ differunt, qm̃ prouenit totum à subsstãtia eius est propter scientiam eius de toto. & imaginatio ordinis vniuersalis est cã influxus totius: & non est ei cã prꝛeter scientiam de toto, scientia autem de toto est ipsamet subsstãtia eius: &, nisi esset ei scientia de toto, non, pueniret ex eo totum, & nõ est lic lumen, pueniens à Sole: dicimus, & in hoc cõtradicunt tibi fratres tui. nam ipsi dixerunt ꝙ subsstantia eius est subsstantia, ex qua consequitur esse totius ſm ordinem suum naturaliter, & ex necessitate, non autem ex eo ꝙ scit de se. quæro quid est quod facit hanc opinionẽ esse falsam, quotiensc̃unq̃ conueniat eis circa ablationem voluntatis? si autem non conditionatur scientia Solis de illuminatione in consecutione luminis, sed quòd sequitur ex necessitate, tunc potest cõsyderari hoc de primo, & nihil prohiberet.

AVEROES.

At Auer. Incœpit in hoc capſo recitare de Philosophis quid absurdum: & est ꝙ Deus glo. non habet volũtatem, nec in innouatis, nec in toto: qm̃ operatio eius, puenit à subsstantia eius ex necessitate, sicut puenit lumen à Sole. Deinde recitauit de eis quòd ipsi dixerunt, ex eo ꝙ est agens, necesse est vt sit sciens. Attamen Philosophi nõ negant voluntatem à Deo glo. & non affirmant ei voluntatẽ humanam, qm̃ illa, quę est in humanis, est quia reperitur diminutio in volẽte, & passio rei volitæ. &, cùm reperit ei volitum, cessat diminutio, & aufertur passio, quæ appellat voluntas. sed id, quod affirmãt ei de voluntate, est ꝙ operationes, prouenientes ab eo, prouenium à scientia: & omne id, quod prouenit à scientia, & sapientia, puenit ex voluntate agentis, non autẽ ex necessitate naturali: eùm non sequitur ex natura scientiæ aduentus operationis ab eo, vt ipse recitauit de Philosophis. qm̃, cùm dicimus ꝙ ipse scit duo contraria, sequeretur ꝙ prouenìant ab eo duo contraria simul. & hoc est falsum, & prouenire vnum duoꝝ contrariorꝝ ab eo indicat attributum additum scientię, & est voluntas ipsa. sic debet intelligi affirmatio voluntatis in Primo apud Philosophos: & tñ est apud eos sciens, & volens. Cùm aũt dixit ꝙ operatio est duplex, aut naturalis, aut volũtaria, est falsum. qm̃ operatio eius apud Philosophos non est naturalis multis modis, nec volũtaria absolute: sed voluntaria, quæ abest ab omni diminutione repta in voluntate humana. quare nomen volũtatis dicitur de eis æquiuoce, sicut nomẽ scientiæ dicitur sic de ambabus: scientiꝝs, antiqua, & innouata. nam voluntas in aſal, & homine est passio prouenìens à volito, & est causata ab eo. Hoc est, quod intelligitur de volũtate hominis, & Dei glo. absit ꝙ sit ei attributum causatum. Et non intelligitur per voluntatẽ, nisi ordinatio operationis, copulata scientiæ. & scientia, vt diximus, est duorum contrariorũ. in scientia vero Primi est aliquo modo scientia duorum contrariorꝝ. et operatio eius vniusduorum cõtrariorum est probatio ꝙ sit hic aliud attributum, quod appellatur voluntas.

ALGAZEL.

At Alga. Secundus aũt modus est, vt nos confiteamur ꝙ prouentus rei ab agente determinat scientiam in operatione, quę emanat: & tamen apud eos opatio Dei glo. est vna, & est causatũ, quod est intellectus simplex, & non debet scire nisi eum. causatum vero primũ erit sciens id, quod prouenit ab eo tm̃. nam totum non prouenit à Deo glo. statim, sed medius, & prouentione, & consecutione. & id, quod emanauit ab eo, quod emanauit ab eo, nõ oportet vt sit scitum ei. & non emanat ab eo nisi vnum. & hoc, cùm nõ est necesse vt sit in operatione voluntaria, qũo erit in naturali? nam motus lapidis à summitate montis erit motu volũtario, quẽ faciet scientia in subsstãtia motus, & nõ faciet scientia id, quod fit ex eo de cõtactu, & erutptione alterius rei. hoc ẽt non possunt respondere ei.

AVEROES.

At Auer. Responsio nr̃a, ꝙ agens, cuius scientia est in vltimitate perfectionis, scit quod emanat ab eo, & id, quod emanat ab eo, quod emanat ab eo, & quod emanat ab hoc, quod emanat, vsq̃ ad finẽ eius, quod emanat. Et, si primũ fuerit in vltimitate scientię, oportet vt sit sciens totum id, quod emanat ab eo mediate, vel immediate. & non sequitur vt sit scientia eius de genere scientiæ nostræ: qm̃ scientia nostra est diminuta, & posterior scito. Deinde dixit, respondens quæstioni, quam fecit Philosophis.

ALGAZEL.

At Alga. Si autẽ dicatur, si definimus ꝙ ipsum non scit, nisi sępm̃, hoc erit in vltimitate inconuenientiæ. nam aliud scit sęipsum, & aliud, & erit excelsus eo in gradu. & quomodo causatum erit excellentius causa?

AVEROES.

At Auer. Hęc responsio est diminuta. nam in ea induxit rem intellectã ad inconueniens. Deinde respondit ipse, & dixit dicimus ꝙ hoc inconueniens sequitur Philosophis circa ablationem voluntatis, & ablationem innouationis mundi: & debent cõtradici, sicut contradicunt eis ceteri Philosophi, & impossibile est quin derelinquaſ Philosophia, & confiteatur ꝙ mundus sit innouatus volũtate, i. ꝙ sequitur eis, si fuerint ex eis, qui intulerint quòd ipsum scit operatũ suum propter inconuenientiam, vt ipsi tollerent hoc inconueniens,

inconueniens, quẽadmodum deuenerunt in aliud incõueniens de antiquitate mũdi, & ablatione voluntatis. & ipsi tamen non auferunt voluntatem, sed auferunt partem diminutam ab eo. Deinde

ALGAZEL.

At Alga. Quare negatis dicenti ex Philosophis ꝙ hoc non est additio dignitatis, qm̃ scientia indiget ea aliud ad recipiẽdum vtilitatem aliquã: nam ipsum in se ea indiget. Homo aũt exaltatur intellectu, aut vt perueniat ad felicitatẽ in fine huius seculi, & alterius, aut ad perficiendum se, tanq̃ obscurum, & diminutum: & sic aliæ creaturæ. Substantia vero Dei glo. non indiget pfectione. &, si consyderet de eo scientia, qua perficeretur, hoc erit, qm̃ subsstantia eius esset diminuta. & sic aliæ creaturę. & hoc est, sicut si tu attribueres ei auditũ, & visum, & scientiam particularium ingredientium sub tempore. Tu aũt conuenis cum fratribus tuis Philosophis ꝙ Deus glo. abest ab eis: & ꝙ mutationes ingrediẽtes in tempore, diuisæ ad id, quod fuit, & erit, non scit eas Primum: quoniam hoc faceret mutationem in subsstantia eius, & impressionem. & non sequitur in negatione huius ab eo diminutio, sed est perfectio: imo diminutio est habere sensus, & indigere eis. et, nisi esset diminutio in hoie, nõ indigeret sensibus ad prꝛseruandum se ab eo, quod ei euenit ex eius mutatione. et sic scientia innouationũ particulariũ vos putatis ꝙ sit diminutio. Et quẽadmodum, cùm nos scimus innouationes oẽs, et apprehẽdimus sensibilia oia, & Primũ non scit aliqd de particularibus, & nõ apprehendit aliqd ex sensibilibus, nõ erit hoc diminutio, sic scientia de vniuersalibus intellectualibus etiã possibile est vt affirmetur alteri, & non affirmatur ei: & nõ erit hoc diminutio etiam. & ab hoc non potest euadi.

AVEROES.

At Auer. Hęc est ratio eius, qui dicit ꝙ ipm̃ non scit nisi sęipsum. Et iam recitauimus opiniones hominũ circa aggregationem eius, quod dicũt ꝙ ipsum non scit nisi sęipsum, & ꝙ ipsum scit oĩa entia. & ideo dicunt aliqui famosi eoꝝ ꝙ Deus glo. est entia oĩa, & ipse est motor eoꝝ, & non oportet retterare sermonem in hoc. &, ppositiones adductę in hoc capitulo sunt famosæ topicæ: qm̃ omnes sunt in capitulo reductionis syllogismi occulti ad manifestũ, quos nõ aggregat genus, & non est inter eas cõmunicatio omnino.

Demum loquit in hoc capitulo cum Auicenna in eo, ꝙ ratiocinatur cõtra dicentẽ ex Philosophis ꝙ ipse scit sęipsum, & scit aliud. qm̃ impossibile est quin sciat id, quod fecit. & oẽs propositiones, quas recitat ex Auicẽna in cõstitutione huius opinionis, & quas facit ipse in disputatione sua, sunt assumptæ ex rebus, quæ videnſ in homine: & conatur permutare eas ad Deum glo. & hoc non põt fieri: qm̃ ambę scientiæ dicuntur æquiuoce. nam id, quod dicit Auicena, ꝙ oẽ intelligens, à quo emanat operatio vna, ipsum scit operationẽ illam, est propositio vera: sed non modo scientiæ hominis de re, quã intelligit, qm̃ intellectus hominis perficit sęipsum cum eo, quod apprehendit, & intelligit, & patiẽ ab eo. & causa passionis ab eo est consyderatio in intellectu. & propositiones, quæ sunt in hoc genere, arguit cõtra eas Alga. nam omne intelligẽs ex hominibus aliquam operationem, & sequitur ex illa operatione alia operatio, & ex secunda tertia, & ex tertia quarta, nõ oportet vt sciat agens intelligens cõsecutiones, quę consequuntur ex operatione eius prima, & dicitur ei ꝙ hoc reperitur ei, qui operaſ voluntarie. & qũo sequitur, cùm ponitis sciens, quod nõ operatur volũtarie? & dixit hoc, qm̃ id, quo sustentatus est, est qm̃, cùm affirmaſ scientia in Deo glo. affirmatur ei volũtas. Et ideo dixit hoc sequitur, à quo non potest euitari, ideſt quin sequatur vt Primum non sit apud eũ intelligens de alio nisi operationem, quæ cõsecuta est primum, & est causa secunda, et causatum primum. & sic eriam id, quod recitauit de eo, ꝙ, si intelligeret sęipsum, & nõ intelligeret aliud, esset homo dignior eo. Et causa esse eius, & apparẽtiæ, quæ est in hoc sermone, est qm̃, cùm consyderat homo duos homines, quoꝝ vnus non intelligit, nisi sęipsum, & alter intelligit sęipsum, & aliud, iudicat intellectus quòd ille, qui intelligit sęipsum, & aliud, est excellentior eo, qui intelligit sęipsum, & non intelligit aliud. Attamen id, cuius intellectus cum hoc intellectu dicitur æquiuoce, ex eo ꝙ vnus eorum est agens non patiens, & alius patiens non agens, non verificatur hæc permutatio. Et quoniã ratiocinatus est de mente Auicennæ cum propositione, quam concedit ipse in omni habente intellectum, & est ꝙ habens plus scientiæ est excellentius: & quod putauit de ablatione voluntatis, & ablatione innouationis est id, quod fecit eis sequi ꝙ non possunt affirmare ꝙ Primum scit aliud, quoniam scit agens, intelligẽs operatum suum, quod est aliud ab eo, ex eo ꝙ id vult, dixit ꝙ hoc inconueniens sequitur Philosophis tãtum, ideſt ꝙ causatum, quod est homo, sit excellentius causa, quæ est Deus glo. nam, cùm ipsi auferunt innouationẽ mundi, vt putauit, auferunt voluntatem. &, cùm auferetur voluntas, auferetur ꝙ sciat id, quod prouenit ab eo. & hoc totum iam diximus supertius quòd non est verum, scilicet ablatio voluntatis à Deo glo. sed tantummodo auferunt voluntatem innouatam. Et, quoniam ratiocinatus est de mente Auicennæ propositionibus, quæ existimantur esse cõmunes duabus scientiꝝs, & innouatæ, & antiquæ, incœpit ratiocinari cõtra eum in eo, quod dixerunt Philosophi in hoc capitulo de differentia inter duas scientias. & sequitur hoc ei in rei veritate. Et dixit quare negatis dicenti ex Philosophis ꝙ hoc nõ est additio in dignitate. nam scientia indiget ea aliud, vsq̃ ad finem eius, quod scripsimus. Et expositio eius est ꝙ, si omnes istæ apprehensiones sunt propter diminutionẽ in homine, Deus glo. abest ab eis, & ipse dicit Auicẽnæ. nam, sicut conueniſti cum socĩs tuis ꝙ ipsum nõ apprehendere particularia nõ est propter diminutionem in eo, postquam fuit demonstratio apud te, ꝙ comprehensio particularium est propter diminutionem in comprehendente, sic priuatio apprehẽdendi aliud est propter diminutionem cõprehendentis. Et responsio huius totius est, ꝙ in scientia eius non diuidunt verum, & falsum oppositum, quæ diuidũt verum, & falsum in scientia hominis. verbi gratia qm̃ homo dicitur de eo aut scit aliud, aut non scit aliud, adeo ꝙ sunt duo contradictoria: &, cùm fuerit verum vnum eorum, aliud est falsum. ipse vero Deus glo. verificatur de eo ambo simul, scilicet ꝙ sciat id, & ꝙ non sciat, scilicet nõ scit id scientia, determinante diminutionem: & est scientia humana, & tamen scit id scientia, non determinãte diminutionem: & est scientia, cuius qualitatem non comprehendit nisi ipse. & sic est de vniuersalibus, & particularibus, quæ verificantur de Deo glo. ꝙ sciat, & non sciat ea. Hoc est, quod determinãt radices Philosophorum Antiquorum eis.

Quo pacto Deus glo. scit ipsa particularia.

Qui vero distinxerit, & dixerit ꝙ ipse scit vniuersalia, & non scit particularia, non percepit opinionem eorum, & non sequitur ex radicibus eorum. nam scientię humanæ oẽs sunt passiones, & impressiones entium, & entia faciunt impressionem in eis: scientia vero Dei glo. facit impressionem in entibus, & entia patiuntur ab ea. His autẽ habitis quiescit lis inter Alga. & Philosophos in hoc capitulo, & in capitulo subsequenti. Attamen oĩno recitabimus nos hæc capitula, & ostendemus in quo appropriantur, & recitabimus id, quod dictum est superius de hoc.

Disputatio

DISPVTATIO DVODECIMA.

DE DIMINVTIONE EORVM IN ADDVCENDO RATIONEM, QVOD IPSE SCIT SEIPSVM.

ALGAZEL.

AIT Alga. Et dicamus ꝙ perfecti, quoniam sciuerunt innouationē mundi ex uoluntate eius, adduxerunt probationē ex voluntate, quòd sit sciens: & ex volūtate, & scientia simul ꝙ sit viuens: deinde mediante vita in eo, ꝙ omne viuens consyderat in se, & est viuens, necesse est ēt vt sciat seipsum. & hic discursus intellectiuus est in vltimitate declarationis. Vos vero, cùm auferris voluntatē, & innouationem, & existimatis ꝙ id, quod emanat ab eo, emanat consecutiue p̄ viā necessitatis, & naturæ, quid inconueniens erit, si fuerit substantia eius substantia, cuius natura est vt sit ex eo causatū primum tm̄, deinde sequitur ex causato primo causatū secundum, usq; ad cōplementum emanationis entiū: & ipsum ꝓfecto cum hoc nō consyderat seipm̄, sicut est ignis, ex quo sequtur calefactio, & Sol, ex quo sequitur lumē. & vnūquodq; eoꝝ non scit seipm̄, sicut non scit aliud, sed id, quod scit seipm̄, scit quod emanat ab eo: ergo scit aliud. & iam declarauimus ex opinione eoꝝ ꝙ ipm̄ non scit aliud: & cōclusimus ꝙ contradicētes huic cōueniunt in iudicio positionis eorum: igitur, cùm non scit aliud, nō est inconueniens vt non sciat seipsum. Si vero dicatur, omne id, quod non scit seipm̄, est mortuum, & quō Primum erit mortuum? dicimus ꝙ secutum est hoc vobis ſm cursum opinionis vestræ, qm̄ non est differentia inter vos, & dicentem, omne, quod non agit voluntate, & posse, & electione, & non audit, & nō videt, est mortuū: & id, quod nō scit aliud, est mortuū. &, si est posſibile vt sit Primum priuatum his attributis oībus, quid indiget vt sciat seipsum. sed, si reuertuntur ad id, ꝙ omne ens mūdum à materia est Itellectus ex se, & intelligit seipsum, iam declarauimus ꝙ hoc est versutia, & non est ei demonstratio. Si vero dixerint ꝙ demonstratio eius est, ꝙ ens diuiditur in viuum, & mortuum: & viuum est prius, & excellentius mortuo: & Primum est prius, & excellētius: ergo est viuens: & omne viuens consyderat seipm̄, cùm sit falsum vt in causatis ab eo sit viuens, & ipsum non sit viuens. Dicimus ꝙ hæ sunt deceptiones. qm̄ nos dicimus ꝙ non est falsum vt sequatur ex eo, quod non scit seipsum id, quod scit seipsum, mediantibus multis, aut non mediantibus. &, si falsificans hoc fuerit, qm̄ causatum esset nobilius causa, non est falsum, ꝓfecto vt causatum sit nobilius causa. Præterea, quare negatis ꝙ nobilitas eius duret durante ente vniuersali per seipsum, non per scientiam suam? & hoc probatur, qm̄ aliud aliquādo scit aliqua præter se, & videt, & audit: ipsum vero glo. nō videt, nec audit. Si vero dixerit aliquis ens diuiditur ad videns & cæcum, & ad sciens & ignorās: & videns est nobilius: ergo Primum videt, & scit res. Dicendum ꝙ ipsi negant hoc, & dicunt non est nobilitas in visione, sed scientia rerum, sed, cùm non est necessitas videndi, & sciendi, & sit substātia modo, quo sit ex ea vniuersum, in quo est scientia, & dominus visionis, sic igitur non est nobilitas in scientia substantiæ. sed, cùm fuerit principium substantiarum scientium: & hoc est nobilitas propria sibi: ergo de necessitate coguntur ad ablationem scientiæ eius de se ipso etiam, cùm nō significauerit aliud præter voluntatem, & non significatum per voluntatem nisi innouatio mundi, & in corruptione huius corrumpitur. hoc totum est secundum ꝙ assumit hæc ex cōsyderatione intellectus. Igitur id, quod dixerunt de attributis primi, seu de ablatione eoꝝ, non est eis ratio de eo, nisi sermo æstimatiuus, & cogitationes. et absint Legistę à talibus existimationibus. Et nō est mirandum de diminutione intellectus in attributis diuinis, & non est quid miraculosum: sed quid miraculosum est diminutio eorum in seipsis, & assumptio rationum suarum, & credulitas eorum quòd sciant hæc scientia vera cum eo, quod est in eis de subitanietate, & mutatione.

AVERROES.

AIt Auer. Ex rebus mirādis est ratiocinatio eorum, ꝙ innouatio mundi sequit̄ vt sit ex voluntate, & tm̄ videmus ꝙ innouationes fiunt ex natura, & voluntate, & casu. quæ aūt fiunt ex voluntate, sunt res artificiales: & quæ fiunt ex natura, sunt res naturales. &, si innouatū non fieret nisi ex volūtate, tunc voluntas ingrederet̄ in definitionem eius. & notum est ꝙ definitio innouati est quod reperit̄ post priuationē: mundus autē si esset innouatus, dignius est vt innouetur, ex eo ꝙ est ens naturale ex principijs rerū naturalium, q̄ vt sit innouatus ex principijs artificialibus. & est volūtas. Attamen, cùm affirmatur ꝙ sit ab agente primo, qui elegit esse eius, potius q̄ priuationem, oportet vt sit volens. &, si volens, nō defecit quin sit eligēa esse rei volitæ, vt dixit, necesse est vt sciat: igitur cōmunicant eis Philosophi in hac radice. & sermo totus, quē recitauit de Loquentibus, est satisfaciens, quoniam in eo est similitudo rerum naturaliū rebus artificialibus. Cùm autē dixit de Philosophis ꝙ ipsi tenent quòd id, quod prouenit à Deō glo. prouenit naturaliter, est sermo corruptus de eis. & qui tenēt in rei veritate ꝙ emanatio entium sit ab eo, est profecto nobiliori modo q̄ naturaliter, & volūtate humana. nam his duobus modis euenit diminutio: & non diuidunt verū, & falsum, cùm fuerit demonstratio ꝙ impossibile est vt sit emanatio operationis ab ipso glo. emanatio naturalis non autem emanatio voluntaria, eo modo, quo intelligitur voluntas hic. nam volūtas in viuente est principiū motus. &, cū ipse Deus absit à motu, necesse est vt absit à principio motus, eo modo, quo est volens: quod apparet nobis: & est emanatio ab eo nobiliori modo hac voluntate: & nemo scit modum illum, nisi ipse glo. Et probatur ꝙ sit volens, qm̄ ipse scit duo contraria. &, si esset agens, ex eo ꝙ est sciens tm̄, operaretur duo contraria simul: & hoc est falsum: ergo necesse est vt operetur unum duorum contrariorū electione. Et id, in quo inuoluūtur in hoc capitulo, est, cùm dicunt, si est agens aut est naturaliter, aut voluntarie. & ipsi quidem non intelligunt nec quid sit natura, nec quid sit voluntas. Nam natura apud Philosophos dicit̄ dupliciter. & Primo de ascensu ignis superius, & descensu lapidis inferius. & hic quidem̄ motus prouenit ex ente, cui euenit quid accidentale, & est vt sit res extra locum suum, & est ibi cogens, quod cogit eam. & Deus glo. absit ꝙ sit huius naturæ. & Secundo proferunt eriā eam de omni potentia, à qua puenit actio intellectualis, vt sunt operationes, quæ pueniunt ex artibus. & aliquis attribuit huic naturæ ꝙ sit intellectus: & aliqui dicunt ꝙ nō habet intellectum, sed operatur naturaliter. Attamē ipsi dicunt ꝙ prouenit ex intellectu. qm̄ assimilant eam rebus artificialibus, quæ mouentur ex seipsis, & emanāt ab eis operationes proportionatę, & ordinatę. Et ideo dicit Aristo. princeps Philosophorum, manifestum est ꝙ natura intellectus dominatur toti. & q̄ maxime est remota hæc credulitas ab eo, quod dicit Alga. Qui autem

autem ponit propositionem vniuersalem, quòd sciens seipsum scit aliud, quod emanat ab eo, sequit̄ ei ꝙ qui non scit aliud, non scit seipsum. Et, quoniam iam destruxit sermonem Auicenn̄, cùm dixerit ꝙ ipse scit aliud, cum eo, quod adduxit cōtra eum ex rationibus Philosophorum, in hoc sequit̄ ei vt primum nō sciat seipm̄: & consequens est verum. Quod aūt recitauit ex Philosophis de rationibus productis ab eis in hoc capitulo, cùm dicunt ꝙ nesciens se ipsum est mortuum, & Primum impossibile est vt sit mortuum, est sermo satisfaciens, cōpositus ex propositionibus famosis. nā quod non est viuens, non est mortuum. nisi id, cuius natura est habere vitam, nisi intellexerit per mortuū id, quod significat dictio inanimatum. & tunc diuidit verum & falsum, nam omne ens aut erit viuens, aut inanimatū. & hoc quidem, cùm intelligimus per vitam, illam, quę dicitur æquiuoce de æterno, & corruptibili. Et, cùm dixit si autē dixerint ꝙ omne, quod est remotum à materia, est intellectus in se, et intelligit ex se, iam diximus ꝙ hæc est versutia, cui non est demonstratio, Dicimus ꝙ iam diximus superius modum demonstrationis eorum in hoc, ſm ꝙ oportet, vt demonstrationis in hoc libro, scilicet ꝙ diminuitur vis eius proculdubio, prout est res, cùm extrahitur à suo loco naturali. Quod autē recitauit etiam ex ratione adducta contra Philosophos in hoc, cùm dicūt ꝙ ens aut erit viuum, aut mortuum: & viuum est nobilius mortuo, & principium est nobilius viuo: ergo est viuens necessario. cùm profecto intelligitur per mortuum mors ipsa, tunc propositiones famosæ veræ sunt. Cùm autem dixit ꝙ possibile est vt emanet ex eo, quod non est viuens, vita, & ex eo, quod non est sciens, scientia, & erit nobilitas principij in eo profecto, quod est principium eius vniuersale tantum, est sermo falsus. Nam, si esset possibile vt emanet ab eo, quod non est viuens, vita, erit possibile vt emanet ab eo, quod non est ens, ens: & vt emanet quodlibet à quolibet. & non erit conuenientia omnino inter causas, & causata, nec in genere dicto secundum prius & posterius, nec specie. Cùm autem dixit ꝙ, cùm dicunt ꝙ nobilius viuente est viuens, est sicut sermo dicentis id, quod est nobilius ex eis, qui habēt auditum, & visum, habet auditum, & visum. ipsi tamen non dicunt hoc, quoniam auferunt à primo principio auditum, & visum, & quēadmodum est possibile apud eos vt sit nobilius audiente, & vidente non audiens, nec videns, sic possibile est vt sit nobilius viuente, & sciente non viuens, nec sciens. Vlterius, sicut est possibile apud eos vt proueniat ex eo, quod non habet visum, habens visum, sic possibile est vt prouenīat ex non habente scientiam habens scientiam. Hic sermo profecto est sophisticus, & fallax nimis, quoniam apud eos esset non habens auditum, nec visum nobilius habente auditum, & visum, non simpliciter, sed ex eo quòd habet apprehensionem nobiliorem visu, & auditu: & est scientia. Et, quoniam nihil est nobilius scientia, impossibile est vt sit non sciens nobilius sciente, siue sit principium, siue non sit principium: quoniam principia, ex quo aliquod eorum est sciens, & aliquod non sciens, impossibile est vt non sciens sit nobilius sciente, sicut est in causatis scientibus, & non scientibus. Et nobilitas principij impossibile est vt excedat nobilitatem scientiæ, nisi excedat nobilitas principij non scientis nobilitatem principij scientis. & impossibile est vt sit excessus nobilitatis principij nobilior excessu nobilitatis scientiæ. Quare necesse est vt sit principium, quod est in vltimitate nobilitatis, in vltimitate excessus, & est scientia. Timent autem homines attribuere ei auditum, & visum. quoniam sequeretur ex istis attributis vt sit animatum, sed attribuit ei lex auditum, & visum ad indicandum ꝙ ipse Deus glo. non deficit: ei aliquid ex speciebus scientiarum, & doctrinę: & impossibile est facere quòd vulgus hoc intelligat, nisi per auditum, & visum. quare hęc expositio est propria sapientibus: & impossibile est vt ponatur ex capitibus, & radicibus legis communibus omnibus, vt currit cursus multarum rerum, quę attribuuntur scientiæ in lege. Et totum, quod includitur in hoc capitulo, est fallacia, & destructio ipsius Alga. nos autem reuertamur ad Deum propter vilipendum, & depressionem eius prouenientes à Sapientibus, ex eo quòd perquirunt bonum nomen in his rebus, & petimus à Deo glo. vt non ponat nos in numero eorum, qui separantur in hoc seculo ab alio seculo, & in infimo à supremo, & imprimat nobis gloriam æternā: in omnibus enim est omnipotens.

DISPVTATIO. XIII.

DE DESTRVCTIONE EIVS, QVOD DICVNT, QVOD DEVS GLO. ABSIT, IGNORAT PARTICVLARIA, DIVISA AD DIVISIONEM TEMPORIS, AD PRÆSENS, ET PRÆTERITVM, ET FVTVRVM.

ALGAZEL.

AIT Alga. Et iam cōueniunt in hoc. nā qui opinatur ex eis quòd ipse non scit nisi seipsum, non latet hoc esse ex opinione eius. & qui opinatur quòd ipse scit aliud, & est id, quod elegit Auicenna, existimauit quòd ipse scit res scientia vniuersali, quæ nō ingreditur sub tempore, & non distinguitur in præteritum, futurum, & præsens: & cum hoc existimauit ꝙ non deficit scientia eius pōdus grani in cœlo, & in terra, quoniam scit particularia aliqua specie. Et impossibile est quin prius intelligamus opinionem eorum. & postea dabimus operam quęstionibus, & declarabitur hoc similitudine. & est quòd Luna eclipsatur, postquam non fuerat eclipsata, & postea apparebit. nam euenient ei tria, scilicet eclipsis hora, qua non est, sed est apta vt sit: & aliquid in quo est, scilicet est in fieri: et aliqd tertium, in quo non est, sed fuerat antea. Et sic nobis secūdum hos tres modos sunt tres scientiæ diuersæ. nam nos scimus primo quòd eclipsis non est, sed erit: secundo quòd fit: & tertio quòd fuit, & non fit nunc. & hæ tres scientiæ sunt scientiæ numeratæ, & diuersæ. Et, quia veniunt successiue in subiecto, facient mutationem substantiæ scientis. nam, si sciret post apparentiam quòd eclipsis sit nunc, vt fuerat antea, esset ignorantia, non autem scientia. &, si sciret hora, qua est, ꝙ non scit, erit etiam ignorantia: & aliquod horum non erit loco alterius. Et existimauerunt quòd ipse Deus glo. non diuersificatur his tribus rebus. nam hoc inducit ad mutationem. & id, quod non diuersificatur, dispositio eius non potest credi quòd scit hæc tria. scientia enim sequitur scitum, & sciens sequitur scientiam. &, cùm mutatur scitum mutatur scientia: &, cùm mutatur scientia, mutatur sciens proculdubio. mutatio autem in Deo glo. est falsum. & cum hoc existimauerunt quòd ipse Deus glo. scit eclipsim, & omnia attributa eius, & accidētia eius. Attamen scientia, quæ attribuitur primò, & non mu-

tatur, exẽpli gratia vt sciet ꝙ Sol sit, & ꝙ Luna sit, ex eo ꝙ pueniunt ab eo mediãtibus Angelis, quos appellant ex decreto eorum intellectus abstractos: & sciet ꝙ ipsi mouentur motibus circularibus: & sciet ꝙ orbes eorum secantur in duobus punctis, quæ sunt caput, & cauda, & ꝙ reperiuntˢ aliquibus temporibus in sectionibus illis, & eclipsatur Sol, s. cùm fuerit corpus Lunæ inter eum, & oculos aspicientium, & occultat Solem oculis: &, cùm trãslerit sectionẽ in tali spatio, vt est annus exẽpli gratia, eclipsabit̃ iterum: & hęc eclipsis erit in tot, aut tertia parte, aut medietate: & durabit per horã aut duas horas: & sic in oĩbus rpibus eclipsis, & accidentibus eius: & nõ deficit scientiæ eius aliqd. Attamen scientia eius in hoc ante eclipsim, & hora eclipsis, & post apparentiam, est eodem modo: & non diuersificatur, & non causabit mutationẽ in substantia eius. & sic est scientia eius in omnibus innouationibus, quę fiunt per causas. & illæ causæ habent etiam alias causas, vsquequo deueniant ad motum circularem cœlestem. & causa motus circularis est anima cœli. & causa mottonis animę est desyderium assimilãdi se Deo glo. & Angelis propinquis. & totum est scitum ei, scilicet est notum et notitia quadam proportionata, & simili, in qua tempus non facit impressionem. & cùm hoc sit ea tempus eclipsis non dicitur ꝙ ipse scit ꝙ eclipsis sit nunc, nec scit postea ꝙ nunc apparuit. & omne, in cuius scientia necesse est relatione ad tempus, non potest cõsyderari ꝙ id sciat, quoniam causat mutationem. & hoc est ei, quod diuiditur tempore. & sic est opinio eorum in eo, quod diuiditur materia, & loco, vt sunt indiuidua hominum, et animalium, quoniam dicunt quòd non scit accidentia Socratis, Platonis, & Hippocratis: sed scit hominem absolute scientia vniuersali: & scit accidentia, & proprietates eius: & quòd oporteat vt sit corpus eius compositum ex membris, quorum aliqua sunt ad natandum, & aliqua ad ambulandum, & aliqua ad apprehendendum, & aliqua paria, et aliqua disparia: & quòd potentiæ eius necesse est vt extendantur in partibus eius. & sic sequitur omni attributo intus in homine, & extra, & omnibus passionibus eius, & attributis, & accidẽtibus, adeo quòd non deficit aliquid scientiæ eius: & id scit vniuersaliter, indiuiduum vero Socratis cognoscitur, & distinguitur ab indiuiduo Platonis sensu, non autem intellectu. & cognitio eius habetur ex nutu ad vnam partem. & intellectus intelligit partem absolutã vniuersalem, & locum vniuersalem. Cùm autem dicimus hoc & hoc, innuimus proportionem appropriatam huius sensibilis ad sentiens, cùm fuerit in propinquitate, aut remotione ab eo, aut in parte tali demonstrata. quare falsum est in Deo glo. Et hoc est fundamentum fidei eorum, in quo fundaꝝ sunt omnes leges, quæ vniuersaliter tenent ꝙ, cùm Socrates exempli gratia seruierit Deo, aut fuerit ei rebellis, Deus nesciet id, quod fit ex rebus eius, quoniam ipse non scit ipsum Socratem quòd sit indiuiduũ, & operationes eius innouatas, postquam non fuerint. &, cùm non sciuerit indiuiduum, non sciet res eius, & operationes eius: immo non scit hæresim Socratis, nec fidem eius: sed scit hęresim hominis, & fidem eius absolutam vniuersalem, non autem propriam indiuiduis. Etiam necesse est vt dicatur excitaẽ Prophera ad prophetiam: & ipse non scit in illa hora quòd excitetur ad eam. & fiet in omni re demonstrata. & ipse bene scit quòd hominum aliquis est, cui competit propheria, & tamen nescit ꝙ sint tales, & tales. Propheta autem tahs indiuiduum eius non scitur ab eo: quoniam hoc habetur sensu. & res, quæ emanant ab eo, ipse nõ scit eas, quoniam sunt res, quę diuiduntur diuisione temporis ab indiuiduo tali. & apprehensio earum ſm diuersitatem earum causat mutationem. Hoc est, quod voluimus narrare primo de permutatione opinionum eorum, & secundo quomodo intelliguntur, & postea loquemur de inconuenientibus, quæ sequuntur eis, & nunc narrabimus assimilationem eorum, & modum destructionis eius. Assimilatio autem eorum est. quoniam hæc tria sunt diuersa: & diuersa, cùm venerint sua cessiue in eodem subiecto, necesse est vt sit in eo mutatio absq; dubio. &, si hora eclipsis scitur quòd erit vt fuerat antea, est profecto ignorans, nõ sciens. si autem est sciens quòd est in instanti, & antea sciebat quòd nõ est, & ꝙ ventura est, necesse est vt diuersificetur scientia eius, & diuersificatur res ipsa, & sequitur mutatio, cùm nihil sit mutatio, nisi diuersitas scientis. nam qui nõ sciuerit aliquid, deinde id sciuerit, necesse est vt mutatus sit. & qui non fuerit ei scientia quòd fuerit præsens, deinde peruenit ad eum scientia, hora ipsius esse mutatus est. Et verificauerũt hoc ex eo, quòd sunt tres dispositiones. est enim dispositio, quæ est relatio individualis absoluta, sicut dicimus dextrum & sinistrum. nam hoc non conuertitur ad attributum essentiale, sed est relatio absoluta. &, si mutaueris rem, quæ erat in dextro ad sinistrum, mutabitur relatio tua, & non mutabitur substantia tua in re. & hæc est permutatio relationis ad substantiam, & non permutatur substantia. & huiusmodi est, cùm poteris mouere corpora, quæ sunt ante te, & corrumpantur corpora, aut corrumpatur aliquod eorum, non mutaꝛ ex hoc calor fundamentalis, nec posse tuum. quoniã posse tuum est posse mouendi corpus absolutùm primo, deinde demõstratum tale, in eo ꝙ est corpus. & non erit relatio posse ad corpus demonstratum attributum essentiale, sed relatio absoluta. et priuatio eius causat ablationem relationis, non autem mutationem in re eius, qui potest. Secunda autẽ est mutatio in substantia, & est ꝙ nõ erat sciens & scit: & non erat potens, & potest. & hæc est mutatio. Tertia vero est quòd mutatio scitι facit mutationem scientiæ. nam verificatio substãtiæ scientiæ, ingreditur in eam relatio ad scitum, quod habetur, cùm verificatio scientiæ talis demonstratæ sit alligãtia eius cum hoc scito tali demonstrato, prout est: & alligantia eius cum eo aliter est alia scientia necessario, & peruentio eius successiue vnum post aliud facit diuersitatem in re scientiæ. & impossibile est vt dicatur quòd sit substãtia scientiæ eadem. nam datur scientia quòd sit, postq̃ fuerit sciens ꝙ venturum est: deinde fit scientia ꝙ iam fuit, postq̃ est scientia ꝙ sit: ergo est eadem scientia, & æqualis, & iam permutata est relatio in ea. &, quoniã relatio est verificatio substantiæ scientię, igitur permutatio eius facit permutationem substantiæ scientiæ, & sequitur ex ea mutatio, quod est falsum in Deo glo.

Dubitatio autẽ est dupliciter, primo vt dicatur eis, quare negatis dicenti quòd Deus glo. habet eandem scientiam de esse eclipsis in hora tali: & hæc scientia, antequam sit, est scientia quòd futura est, & est eadem apud esse scientia in esse, & est eadem post apparentiã scientiæ in fine. & hæ mutationes conuertuntur ad relationes, quæ non faciunt permutationem in substantia scientiæ, nec facient mutationẽ in substantia sciẽtis. & hoc est positũ in gradu relationis absolute. nã idem homo erit in dextra tua, deinde veniet ante te, deinde ad sinistrã tuam, & erunt tibi relationes vna post aliã, & quod mutatur est hoc indiuiduum, quod permutatur. & sic debet intelligi dispositio scientiæ Dei glo. cõcedendo ꝙ scit oĩa eadem scientia antiquitate, & æternitate, & in præsentiarum, & non mutatur. & intentio nostra est auferre mutationem, ad quod conuenerunt.

Cùm aũt dicunt ꝙ de necessitate affirmationis scientiæ in eẽ est vt sit p̃sens, & cessatio postea est mutatio, non

non concedit. Et vnde sciunt hoc? Immo, si Deus glo. creauerit nobis scientiam de ambulatione Socratis in mane apud ortum Solis, & continuauerit hęc scientia, & non creauerit nobis aliam scientiam, nec ignorantiã huius scientiæ, sciremus apud ortum Solis simpliciter scientia præcedenti ambulationi eius in præsentiarũ, & postea ꝙ tã ambulauerat antea, & erit hæc scientia eadem, quę remansit, sufficiens in cõprehensione horum trium temporũ: & remanebit dictum eorum, ꝙ relatio ad scitum demonstratũ tale ingrediatur in verificationem scientię: & quotiensc̃uq; diuersificatur relatio, diuersificabitur res, cui relatio est essentialis: & quotiensc̃unq; erit diuersificatio, & pueniet vnum post aliud, erit mutatio. Et dicimus, si verificatũ fuerit hoc, vos ibitis in uia fratrum vestrorum ex Philosophis, cùm dicunt ꝙ ipse nõ scit nisi seipsum, & quòd scientia eius de seipso est ipsemet. nam, si ipse sciret hoĩem absolutum, & animal absolutũ, & inanimatum absolutum, & ista sunt diuersa sine dubio, tũc relatio ad ea diuersificatur sine dubio. quare non verificatur in eadẽ scientia ꝙ sit diuersorum. nam relatum est diuersum: & relatio est diuersa: & relatio ad scitum est essentialis scientiæ: igitur hoc faciet numerationem, & diuersitatem, nõ numerationem tãtum cum assimilatione. nam similium aliqua sunt, quę procedunt processu aliquorum: & scientia de animato non procedit processu scientiæ de inanimato, nec scientia de albedine procedit processu scientiæ de nigredine: ergo sunt diuersæ. Præterea hæ species, & genera, & accidentia vniuersalia sunt infinita, & sunt diuersa: igitur scientiæ diuersæ quomodo comprehenduntur sub eadem scientia? Vlterius hæc scientia est substantia scientis, absq; eo ꝙ addat et aliquid, vellem scire quomodo permittit scιens, cùm imaginatus fuerit identitatem scιẽtiæ in eadem re, cuius dispositiones distinguuntur in præteritum, futurum, & præsens: & non imaginatus est identitatem scιẽtiæ alligatæ in omnibus generibus, & speciebus diuersis: & diuersitas, et distantia inter genera, & species distantes est maior diuersitate, quæ est inter dispositiones eiusdem rei, quæ diuiditur diuisione temporis ad præteritum, præsens, & futurum. &, cùm hoc non facit numerationem, pluralitatem, & diuersitatem, quomodo illud faciet numerationem, & diuersitatem? & quotiensc̃unq; affirmabitur demonstratiue diuersificari tempus absq; diuersitate generum, & specierum, & ꝙ hoc non faciet numerationem, & diuersitatem: ergo hoc etiam nõ faciet diuersitatem, & numerationem. &, cùm non fecerit diuersitatem, erit profecto comprehensio totius eadem scientia continuata ab antiquo, & in æternum. & hoc non facit mutationem in substantia scientis.

AVEROES.

AIt Auer. Fundamentum huius quæstionis est assimilatio scientiæ Dei glo. scientiæ humanæ, & comparatio vnius duarum scientiarum alteri. nam comprehensio hominis indiuiduorum est per sensus: & comprehensio entium vniuersalium est per intellectum: & causa comprehensionis est ipsummet comprehensum, & non dubitatur de mutatione comprehensionis, cùm mutentur comprehensa, & numeratione eius, cùm numerentur. Attamen responsio eius in hoc est quòd possibile est vt sit hic scientia, ad quam erit proportio scitorum proportio relationum, in quorum substantia non sunt relationes, sicut est dextrum, & sinistrum in habẽte dextrum, & sinistrum est quid, quod non intelligιt in natura scientiæ humanæ. & ista contradictio est contradictio vera sophistica. Secunda vero contradictio, & est cùm dixerit quòd qui dicit ex Philosophis ꝙ ipse scit vniuersalia, sequitur ei, cùm conceſſerint in scientia eius numerationem specierum, vt concedant numerationem indiuiduorum, & numerationem rerum eiusdem indiuidui, est cõtradictio sophistica etiam. nam scientia indiuiduorum est sensatio, aut imaginatio: scientia vero vniuersalium est intellectus. & innouari indiuidua, aut res indiuiduorum causat duo, scilicet mutationem cõprehensionis, & numerationem eius: scientia vero specierum, & generum nõ causat mutationem, nam scientia eorum est permanẽs, & innouantur scientia comprehendente ea, sed cõmunicãt scilicet vniuersalia, & particularia in numeratione. Cùm autem dixit ꝙ qui ponit ex Philosophis vnã scientiam simplicem, comprehendẽtem genera, & species, absq; eo ꝙ sit ibi cõtradictio, & diuersitas, quam facit diuersitas generum, & specierum, & distantia eorum abinuicem, sequeretur ei vt concedat vnam scientiam comprehendẽtem indiuidua diuersa, & res vnius indiuidui diuersas. & est sicut dicens ꝙ, si reperitur intellectus cõprehendens species, & genera, & est vnus, sequeretur de necessitate vt reperiatur genus vnũ simplex, comprehendens indiuidua diuersa. Attamen est sermo sophisticus: quoniam nomen scientiæ dicitur de eis æquiuoce. Et, cùm dicit ꝙ numeratio specierum, et generum facit numerationem in scientia, est verum. & propter hoc verificantes ex Philosophis nõ ponunt scientiam ipsius Dei glo. de entibus, non vniuersalem, nec particularem. nam scientia, cui hæc eueniunt, est intellectus passiuus, & causatus: primus vero intellectus est actus purus, & causa, & non comparatur scientia eius scientiæ humanæ, & aliquo modo non intelligit aliud præter se, ex eo quòd est scientia non passiua, & aliquo modo intelligit aliud præter se, ex eo quòd ipsemet est scientia actiua. Et declaratio opinionis eorum est. quoniam, cùm scιerint demonstratiue quod ipse non intelligit nisi seipsum; necesse est vt substãtia eius sit intellectus. &, quoniam intellectus, in eo quòd est intellectus, est alligatus ei, quod est, nõ autem ei, quod non est: & qui constituerit demonstrationem quòd nõ reperiuntur nisi hæc entia, quæ nos intelligimus, non est dubium quòd alligatur eis intellectus eius. &, cùm necesse fuerit vt alligetur his entibus, aut alligabitur eis modo, quo alligata est eis scientia nostra, aut alligabitur eis altiori modo, quàm sit alligantia scientiæ nostræ eis: alligari autem eis scientiam eius modo, quo alligatur scientia nostra, est falsum: ergo sequitur vt sit alligatio scientiæ eius eis modo altiori, & esse perfectiori, quàm sit esse, quo erit alligantia scientiæ nostræ eis. nam scientia vera est, quę conuenit ipsi esse. &, si scientia eius est nobilior scientia nostra: igitur scientia ipsius Dei glo. est alligata enti modo altiori, quàm modus, quo alligata est ei scientia nostra. Igitur enti sunt duæ entitates, entitas nobilis, & entitas ignobilis: et entitas nobilis est cã ignobilis. & hoc est id, quod dicunt Antiqui ꝙ Deus glo. est oĩa entia: & est motor, & agens eorum. & ideo dixerunt principales Sophiorum, non est ipse nisi ipse. Attamen hoc totũ est ex noticia plũda torum in scientia. & hoc nõ debet sibi nec compellere hoies, vt huic credant. & ideo nõ est ex doctrina legalι, et qui constituerit id extra locum suum, errauit, sicut qui celauerit eum, cui cõpetit, malefacit. Quod autem idẽ habeat gradus entitatis, est notum ex anima.

ALGAZEL.

AIt Alga. Secunda autem dubitatio est, vt dicatur quid prohibet secundum radices vestras quin sciat hæc particularia, licet mutaretur? & quare non creditis quòd hæc species mutationis non sit falsa et sit vt opinata est quædam secta ex Matazela, quòd scientiæ eius de innouationibus sunt innouatæ: & vt crediderunt Carmei ex recentioribus ꝙ sit subiectum innouationũ. & non negat hoc eis vulgus homi-

sum veritatis, nisi ex eo, ꝙ mutatum non euadit à mutatione. & quod non euadit à mutatione, & innouationibus est innouatum, & non est antiquum. vos vero, vestra opinio est ꝙ mundus est antiquus, & ꝙ nō euadit à mutatione. &, cùm intelligitis antiquū mutabile, nihil prohibet vobis ab hac credulitate. Si autē dixerit abstinuimus nos ab hoc, qm̄ scientia, quæ innouat in se, aut fit ex se, aut ex alio. & falsum est vt fiat ex se. nā nos iam declaramus quòd antiquū non emanat ab eo innouatum: & nulla erit actio, cùm non fuerit agens: causat enim mutationem. & iam adaptauimus hoc in disputatione de nouitate mundi. si vero hoc prouenerit ei ex alio, quomodo aliud faciet impressionē in eo, & eum mutabit? adeo quòd mutabuntur res eius modo subiectionis, & violentiæ ex alio. Nos autem dicimus quòd vtraque partium non est falsa secundum radices vestras. nā, cùm dicitis quòd sit falsum vt emanet innouatum ab antiquo, tam nos destruximus hoc in illa disputatione: & præcipue, cùm apud vos nō erit falsum vt emanet ab antiquo innouatum, quod erit principium innouationum, & conditionando falsitatem, quòd sit principium in his innouationibus, non habentibus causas innouatas in infinitum, sed deuenient mediante motu circulari ad aliquod antiquum, quod est anima orbis, & vita eius, & anima orbis antiqua: & motus circularis antiquus fit ex eo, & quælibet pars motus innouatur, & finitur: & quicquid est post eum innouatur proculdubio: igitur innouationes prouenient ab antiquo apud vos. Quare, cùm considerentur res antiqui consyderatione emanationis innouationum ab eo continue, sicut consyderantur res motus, ex eo ꝙ emanat ab antiquo æqualiter, declarabitur, ꝙ quælibet secta eorum bene scit ꝙ possibilis sit emanatio, innouata ab antiquo, cùm emanauerit proportionabiliter. & continue igitur erunt scientiæ innouatæ huius speciei. Secunda vero pars, & est emanatio huius scientiæ in eo ex alio, dicimus in ea, quare est falsum hoc apud vos? & non sunt in eo, nisi tria: quorū Vnum est mutatio. & iam declarauimus ꝙ bene est sm radices vestras. Secundum aūt, ꝙ mutatio sit causa mutationis alterius. quod non est falsum apud vos, & erit innouatio rei causa innouationis scientiæ. sicut vos dictis quòd representari hominem coloratum in frontispicio pupillæ videntis sit causa impressionis similitudinis hominis in tunica pupillæ, cum mediatione aeris cristallini inter pupillam, & visum. &, cùm sit possibile vt inanimatum sit causa impressionis figuræ in pupilla, & est res visionis, sic non erit falsum, vt sit innouatio innouationum causa ad prouenīduin scientiæ primi in eas. nam virtus visiua, sicut est dispositа apprehensioni, & erit inuentio hominis coloratі cum ablatione velaminis intermediꝝ causa prouenīendi cōprehensionis, sic ēt erit subsītātia primi principiꝝ apud vos apta ad recipiēdum scientiam, & exitum à potentia ad actum, cùm fuerit in esse hoc innouatum. &, licet fuerit in eo mutatio antiqui, antiquum quidem mutabile nō est falsum apud vos. Si vero opinati fueritis ꝙ hoc est falsum in necessario in esse, vos profecto nō habetis demonstrationē de necessario in esse ꝙ sit de necessitate, nisi de cessatione processus causarum, & causatorum, vt diximus antea. & iam declarauimus ꝙ cessatio processus sit possibilis in antiquo mutabili. Et tertium, quod hoc includit, & est ꝙ antiquum sit mutabile ex alio, & ꝙ hoc faciat seruitutem, & dominium alterius ei, dicitur eis de hoc, quare hoc est falsum apud vos, et est vt ipse sit causa innouationis innouationum mediantibus mediꝝs, deinde erit innouatio innouationum causa innouationis scientiæ eius de eis, & quasi ipse est causa prouentionis scientiæ in eo, attamen cum mediꝝs? Et, cùm dicitis quòd hoc assimilatur seruituti, dicimus quòd sic. & id quidem sic erit, quoniam est cōueniens radicibus uestris, cùm opinati fueritis quòd quicquid prouenit ab ipso Deo glo. prouenit consecutiue, & naturaliter, & non est ei posse ad nō agendum. & hoc etiam assimilatur speciei seruitutis. & innuit ꝙ sit quasi coacte ad id, quod prouenit ab eo. Si vero dixerit hoc non esse coacte: quoniam perfectio eius est vt sit ordinator omnium rerum, dicimus quòd hoc nō est seruitus: quoniam perfectio eius est vt sciat omnia. Et, si dixerimus quòd prouenit nobis scientia copulata omni innouato, erit profecto hoc nobis perfectio, nō autem diminutio, & seruitus. & sic erit de Deo glo. & ipse glo. bene scit.

AVEROES.

AIt Auer. Summa huius contradictionis primæ Philosophis, quæ est cōtradictio secundum sermones eorum, non secundum rem ipsam, est vt dicatur eis, ex radicibus quidē vestris est quòd sit hic antiquum, in quo veniunt innouationes, & est orbis. quare ergo negatis quin sit antiquum primum subiectum innouationum? Assarta autem secta hoc negauit: quoniam omne id, in quo sunt innouationes, apud eos est innouatum. Attamen hęc est contradictio topica. nam innouationum aliquæ sunt, quæ non sunt in antiquo, & sunt innouationes, quæ mutant substantiam subiecti, in quo fiunt: & aliquæ sunt, quæ sunt in eo, & sunt innouationes, quæ non mutant substātiam subiecti, sicut motus localis in corpore mobili, & sicut cristallinitas, & illuminatio. & antiqui quoq; aliquod est, in quo non est motus omnino, neq; mutationes penitus: & est id, quod non est corpus. & aliquod est, in quo est aliquis motus, & est antiquum, quod est corpus, vt sunt corpora cœlestia. &, cùm hæc distinctio ponatur à Philosophis, igitur hæc contradictio est contradicto manis, quoniam loquimur de antiquo, quod non est corpus. Et, quoniam adduxit hanc contradictionem Philosophus, adduxit etiam responsionem Philosophorum huic. Et summa eius est, quoniam ipsi negauerunt quòd sit ei scientia innouata. nam scientia innouata ei aut erit ex seipso, aut ex alio. si ex seipso, igitur fit ab antiquo innouatum: & ex radicibus nostris est vt non emanet ab antiquo innouatum. Ipse vero contradicit eis, dicens quòd non emanat ab antiquo innouatum, cùm ponunt orbem antiquum, &, cùm ponunt innouationes emanare ab eo. Et responsio eorum huic est, quòd in innouatum impossibile est apud eos vt emanet ab antiquo absoluto, tamen possibile est ab antiquo essentialiter, & in innouato quo ad motum suum, & est corpus cœleste. quare erit apud eos quasi medium in rei veritate inter antiquum absolutum, & innouatum absolutum: nam aliquo modo est antiquum, & aliquo modo est innouatum. Et hoc quidem medium est motus circularis cœlestis apud eos, qui est antiquus quo ad speciem, innouatus vero quo ad partes: et in eo ꝙ est antiquus prouenit ab antiquo, & ex parte partium innouatarum emanāt ab eo innouationes infinitæ. Philosophi autem negauerunt esse innouationes in Primo: quoniam non est corpus: & in nouationes non inueniuntur nisi in corpore. nam receptio non reperitur apud eos, nisi in corpore: remotum vero à materia nihil recipit. Summa autem eius contradictionis secundæ parti argumenti eorum, & est ꝙ prima causa non erit causata, est quoniam possibile est vt sit scientia eius, similis scientiæ humanæ, scilicet ꝙ scita sint causa scientiæ eius, & innouatio eorum causa innouationis scientiæ ab eis: sicut visibilia sunt causa apprehensionis visus, & intellecta causa comprehensionis intellectus: adeo quòd erit secundum hoc, cùm

ꝙm fecerit entia, & creauerit ea, causa comprehensionis eorum, nō quòd causa creationis eorum sit scientia eius, & hoc profecto est falsum apud Philosophos, scilicet vt sit scientia eius, sicut scientia nostra. nam scientia nostra est causata ab entibus: scientia vero eius est causa eorum, & impossibile est vt sit scientia antiqua, prout est scientia innouata. & qui credit hoc ponit profecto Deum glo. hominē æternum: hominē vero Deum generabilem & corruptibilem. demum iam declaratum est supius ꝙ dispositio in scientia Primi est opposita dispositioni scientiæ humanæ, s. ꝙ scientia eius est agens entium, non aūt ꝙ entia agant scientiam eius.

DISPVTATIO XIIII.

DE DIMINVTIONE EORVM IN CONSTITVENDO RATIONEM, QVOD COELI SINT ANIMATI, SERVIENTES DEO GLO. MOTV CIRCVLARI EORVM, ET QVOD MOVEANTVR VOLVNTARIE.

ALGAZEL.



AIt Alga. Et etiam dixerunt ꝙ coeli sunt animati, & ꝙ habēt animam, cuius proportio ad corpus coeli est sicut ꝓportio animæ nostræ ad corpus nostrum. &, sicut corpora nostra mouentur voluntarie ad partem voluntatis nostræ, & ad motum animę, sic etiā coeli. et ꝙ motus coeli simpliciter, & essentialiter seruit domino mundi, modo, quem narrabimus. Dixit & opinio eorum in hac disputatione est, quæ non potest euitari. & nos non disputabimus ad reprobandum eam. nam Deus glo. potest creare vitam in omni corpore: & fortitudo corporis non pōt euitare quin sit animatū, nec quin sit rotundum. nam figura appropriata non est cōditio vitæ, cùm animalia cum diuersitate figuræ eorū cōmunicant in receptione vitæ. sed nos disputabimus de diminutione eorum in scientia huius rei ratione intellectus. & hoc profecto, si esset verum, ipsi quidem id non apprehendunt nisi Prophetæ, quorum animæ requiescant in pace, cū diuinitate Dei glo. aut prophetia: ratiocinatio vero intellectus ad id nō perducit. Verūtamen non negatur ꝙ possit sciri hoc ratione, si reperiretur ratio, aut hoc bene erit fortunato viro: sed dicimus ꝙ ea, quam posuerunt rationem, non cōuenit nisi ad habendum existimationem, ꝙ autē adipiscatur veritatem determinatam, et sententiā meram non. Imaginatio autem eorum est, quia dixerunt cœli mouentur: & hæc est propositio sensui manifesta. & omne corpus mobile habet motorem: & hęc est propositio intellectu cognita. nam, si corpus esset mobile, ex eo ꝙ est corpus, esset profecto omne corpus mobile. & omnis motor aut prouenit à substātia eius, quod mouetur naturaliter, vt est motus lapidis deorsum, & voluntate, vt est motus animalis cum posse, aut erit motor ab extra, sed mouet violenter, sicut est impulsio lapidis sursum. Et omne, quod mouetur ex re existenti in seipso, aut non apprehendit hanc rem in motu: & nos appellamus eam naturā, vt est motus lapidis deorsum: aut apprehendit eam: & nos appellamus eam voluntariam, aut animalem. Motus aūt vniuersalis circularis est his distinctionibus inter negationem, & affirmationē, aut violentus, aut naturalis, aut voluntarius. &, cùm destruantur duę partes, remanet tertia. & impossibile est vt sit violētus, quoniam motor inclinans aut erit aliud corpus, quod mouetur voluntarie, aut violenter, & finiet proculdubio ad voluntatē. & quotiēscunq; affirmabitur in corporibus cœli mobile voluntarie, tam habemus intentum, & ad quid ponuntur motus violenti. & in fine impossibile est quin deueniamus ad voluntatem: aut dicatur ꝙ mouētur violenter, & Deus glo. est, qui mouet eos immediate, quod est falsum. nam, si mouerentur ab eo, in eo ꝙ sunt corpus, & in eo ꝙ sunt creaturæ eius, sequeretur vt moueatur omne corpus. & impossibile est quin appropriet motus aliquo attributo, quo discernantur ab alijs corporibus. & hoc qui dē attributum est mouens propinquū aut voluntarie, aut naturaliter. & impossibile est vt dicat ꝙ Deus glo. sit motor eorum voluntarie: quoniā voluntas proportionatur corporibus eadem proportione. & quare est aptum hoc corpus præcipue ꝙ velit id mouere, & non aliud? & impossibile ē vt sit hoc existimatiuo iudicio. nam hoc eē falsum diximus in disputatione de creatione mundi. Et, cùm pbatum fuerit ꝙ hoc corpus necesse est vt sit in eo aliquid, quod sit principiū motus, destructa est prima pars, & est ponere motum violentū: remanet ergo vt dicatur ꝙ est motus naturalis, quod quidem est impossibile. nam naturalis tantum nō erit causa motus. moueri enim nihil aliud est nisi recedere ab vno loco, & petere alium locum. locus autē, in quo est corpus, si esset et conuentens, non moueretur ab eo. Quare nō mouetur vter plenus aere in superficie aquarum. &, cùm plenus fuerit aqua, mouetur in superficie aquæ: nam inuenit locum conuententē, & quiescit in eo. & natura est fixa. & ideo, cùm pmutatum fuerit ad locum non conuentientē ei, recedit ab eo ad conuentem, sicut recedit à medio aquæ ad terminū aeris. motus vero circularis non potest consyderari ꝙ sit naturalis. nam quicunq; locus aut vbi ponatur, à quo recedit, ad eum redit. & is, à quo fugit, à nobis naturaliter, non quęritur naturaliter. & ideo non ibit vter aeris ad intus aquam, nec lapis it post quietem supra terram, & tendit ad aerem: ergo non remanet nisi tertia pars, & est motus voluntarius.

AVEROES.

AIt Auer. Quod autem posuit Alga. in hoc sermone, quòd omne, quod mouetur, aut moueē ex se, aut mouetur ex corpore ab extra: & hoc est, quod appellatur violentia, est notum per se. Quòd aūt omne, quod mouetur ex se, nō est motor in eo, nisi motum, est quid non notū per se, sed est famosum. Philosophi autē laborant in demonstratione, ꝙ omne motum, quod mouetur ex se, habet motorem repertum in eo, qui est diuersus à moto, & fecerunt alias propositiones notas ex seipsis, & propositiones, quæ sunt conclusiones aliarum demonstrationum, et est quid, quod habetur ex libris eorum. Et sic etiam non est notum per se ꝙ omne motum, quod mouetur à motore ab extra, finitur ad motum ex seipso. Et istæ propositiones, quæ ponitę sunt hic, ꝙ sint propositiones notæ ex se, sunt in eis ex ambabus speciebus simul, scilicet aliquæ sunt, quæ sunt conclusiones, & aliquæ, quæ sunt notæ ex se. Quòd autem motum ex se, non ex corpore ab extra, sit motum aut ex se, & natura sua, aut ex principio in eo: & impossibile est vt moueatur ex alio, quod non sentitur, nec cōprehenditur sensu, quod est distinctum ab eo ab extra, ac si diceres id, quod non est corpus, est quid notū per se. & tā laboramus in hoc libro in declarando hoc, s. ꝙ, si sic esset, non erit motus sursum dignior in igne, ꝙm terra. & hoc est notum per se.

Quòd autē non moueatur ex se, & natura sua, apparet in rebus, quę mouentur aliquñ, & quiescunt aliquñ. nam id, quod est naturaliter, non habet agere duo cōtraria: in rebus vero, quæ apparent sensu moueri cōtinue, necesse est fieri demōstrationem. Id aūt, quod posuit hic in hoc sermone, ꝙ motū ex se mouetur ex principio in eo, quod appellat natura, aut principio, quod appellat anima, & electio, est verū, cùm probauerit ꝙ nō sit hic aliquid, quod mouetur ex se. Id vero, quod posuit, ꝙ principium appellatū natura, non mouetur ex se in loco, nisi cùm locus fuerit non conueniens ei: nā tunc mouetur ad locum sibi conuenientem, in quo quiescit: est verū. sed id, quod posuit ēt, ꝙ motum circulariter non habet locum non conuenientem, & conuenientem, & permutat ab vno ad aliud non in toto, nec in partibus, est quasi notū per se, & facile cōprehenditur, & recitauit in hoc sermone aliquid suæ consyderationis, & declarationis. quare necesse est vt nō moueatur naturaliter, cùm intelligimus per naturā hoc, quod ipse imaginatus est. Et sic id, quod posuit, ꝙ, cùm non mouet naturaliter, mouetur ab alia, aut potentia simili aię, apparet ex eo, ꝙ ipse tenet ꝙ alia in corporibus cœlestibus non dicit de eis nisi æquiuoce. & plurimū, quod appellant sapientes nomē naturæ, est super oēm potentiam, quæ agit actione intellectuali, s. currit cursu ordinis, & proportionis, quæ est in rebus intellectualibus, sed auferunt à cœlo talem potētiam vilem, cùm fuerit ipsum apud eos id, quod tribuit hanc potentiam regitiuam oībus entibus. Attamen hic sermo, quem hic recitat ex propositionibus nostris, est topicus, ex eo ꝙ assum pſit in eo plurimum eius, quod est conclusio demōstrationis, ꝙ sit notū per se: & ex eo ꝙ assumpſit in eo pro oppositō id, quod non est oppositum. & est topicus, quoniā propositiones eius sunt probabiles, & famosę. & hæc quidem via in declarando ꝙ corpus cœleste sit corpus aiatum, est via Auicennę. Antiqui vero habēt in hoc viam magis efficacem, & magis lucidam.

ALGAZEL.

At Alga. Quæstio autē est vt dicamus, nos consyderamus tres consyderationes, prēter opinionem vestram: in quarum destructione non est demonstratio. Prima quidem, cùm consyderauimus motum cœli violentum ex alio corpore, quod id mouet continue: & hoc corpus mouens non erit rotundū, nec comprehendens, nec cœlum: igit̄ est falsum dictum eoꝝ, ꝙ motus cœli est voluntarius, & ꝙ cœli sunt animati. & hoc, quod diximus, est possibile, & non est in negatione eius, nisi negatio simpliciter.

AVEROES.

At Auer. Hoc est falsum. quoniam declaratum est apud eos ꝙ extra cœlum non est aliud corpus, nec possibile est vt sit infra cœlum. nam illud corpus, si mouet, impossibile est quin moueatur. et reuertitur interrogatio.

ALGAZEL.

At Alga. Secunda vero est vt dicaſ ꝙ motus est violentus, & principium eius est voluntas Dei glo. nam nos dicimus ꝙ motus corporis grauis deorsum est violentus, & fit, qñ creat Deus glo. motum in eo. & sic dicitur de alijs motibus corporū, quæ non sunt animalia, & remanet quæstio eoꝝ, quare voluntas appropriata est eis, & tñ alia corpora communicant cum eis in corporeitate, & non appropriantur in genere. & iam declarauimus ꝙ voluntas antiqua, eius moris est appropriare rem prę simili: & ipsi necessitati sunt confitēri attributum tale, cùm consyderatur pars motus circularis, & locus poloꝝ, & puncta. & nō reite rabimus id. Sermo aūt breuis circa id, quod negauerunt de appropriatione corporis ex alligātia voluntatis in eo absq; distinctione attributi, quod enperitur cōtra eos in distinctione illius attributi, est ꝙ nos dicimus quare cognoscit corpus cœli tali attributo, quo distinguit̄ ab alio ex corporibus ſ & alia corpora sunt ēt corpa: & quare euenit ei id, quod non euenit alteri. Nā deueniręt hoc ex alio attributo facit interrogare in illo attributo alio: & sic in infinitum. & indigent demum deuenire ad iudicium voluntatis, & ꝙ in principijs sit aliquod discernens rem à simili. & appropriat ipsam attributo prę ceteris similibus.

AVEROES.

At Auer. Quòd aūt lapis moueatur deorsum ex attributo, quo creatus est, & sic ignis sursum, & ambo attributa sunt cōtraria, est quid per se notū. & contradicere huic est temeritas. & multo plus vt dicatur ꝙ voluntas æterna faciat motum continuū absq; actione, quam agat in eo volens, & ꝙ hoc nō sit elementale in natura sua, & appellatur violentia. nam, si hoc sic esset, non esset rebus natura oīno, nec verificatio, nec definitio. qm̄ notum est per se ꝙ differūt naturæ rerum, & definitiones earum pp differentiam operationum earū: sicut est notum per se ꝙ oīs motus violentus corpori erit ex corpe ab extra. et hic sermo nihil est. Cùm autē dixit ꝙ ponere actionem entis, pcedentis ab eo determinat attributū proprium, interrogatio remanet de hoc attributo: et est quare appropriat huic enti, prēter id, quod est ex genere eius? verbi gratia ignis, & terra cōmunicant in corporeitate, & receptione, sed differūt attributo addito corporeitati, sequit̄ ei vt dicatur quare appropriat attributum ignis igni? & attributum terræ terræ? & quare nō fuit econtra? Hic quidē est ex sermone eius, qui nō ponit attributis ipsis subiectum, pprium, sed pōt euenire oē attributum cuilibet ei, cui attribuit. & dicens hoc, etiā aufert definitionem, & aufert differētiam subiectorum. appropriatio enim eoꝝ attributis, ppriꝭ est causa prima appropriandi entia attributis propriꝭ. & hęc positio est ex radicibus sectæ Assariæ, qua conati sunt destruere scientiam legis, & intellectus, & demum intellectum ipsum.

ALGAZEL.

At Alga. Tertia vero est, vt concedatur ꝙ cœli appropriati sunt attributo, & illud attributum est principium motus, vt crediderunt de descē su lapidis deorsum: sed nō consyderant hoc in eis, sicut in lapide. Et, cùm dicunt ꝙ id, quod quęrit naturaliter, non est id, à quo fugitur naturaliter, est error. qm̄ non est ibi differētia numero apud eos, sed corpus est vnū, & motus circularis est vnus: & corpus non habet partem in actu, nec motus habet partem in actu, sed distinguuntur imaginatione. & nō est ille motus, quia quærit locum, nec quia fugit à loco. & possibile est vt creet corpus, & in se sit aliquid determinans motum circularem, & ipsemet motus hoc determinat, non aūt ꝙ determinet ille motus quærere locum, deinde erit motus ad peruenięndum ad eum. Et, cùm dicitis ꝙ omnis motus est ad perquirendū locum, aut ad fugiędum ab eo, cùm fuerit violentus, est ac si poneretis quęrere locum determinatum à natura ipsa, & poneretis motum non intentū in se ipso, sed sequitur eam, nos aūt dicimus nō negaſ ꝙ sit motus ipsummet determinatū, non ꝙquisitio loci: q̄ro quid reddit hoc falsum. Et declaratio eius, quod dixerunt, quod reputatur esse fortior alia concessione, nō debemus sententiare ex hoc ꝙ auferaſ aliud. igit̄ iudicium in sentētiando ꝙ cœli sunt animati est pura versutia, non habens quidem sustentaculum.

AVEROES.

At Auer. Cùm autē dicunt ꝙ hic motus non est ex potentia naturali, simili potētiæ naturali terræ, & ignis, est verū. Et hoc manifestum est ex eo, quod

eo, quod dixerunt, ꝙ illa potentia est desyderium loci conuenientis corpori, cuius esse est per illam potentiā. corpus vero cœleste, cū omnis locus sit conueniens ei, ideo non mouet tali potentia. & ideo appellant Sapientes talem potentiam, neq; grauem, nec leuem. Si autem hæc potētia est cum cōprehensione, aut sine cōprehensione. et, si est cum cōprehensione, quo nā modo cōprehēsionis est declaratum est alibi. Et declaratio huius est vt dicamus. Prima aūt cōsyderatio est vt ponamus motorē cœli aliud corpus, non cœleste, est nota destructio eius ex seipsa, aut propè notitiam ex seipsa. Nam hoc corpus nō potest mouere corpus cœleste circulariter, nisi ꝙ ipsum moueat ex se, ac si dicēres homo, aut angelus id reuoluit ab oriente in occidens. &, si hoc esset, erit hoc corpus animatū, aut infra mūdum, aut extra. & falsum est vt sit extra. nam extra mundū non est locus, nec vacuum, vt declaratū est in multis locis. & oportet etiā, cùm mouerit istud corpus, vt firmet̄ sup aliud ibi quiescens, & illud corpus sit quiescens super aliud, & pcedet in infinitum. & est falsum ēt vt sit infra mundum. nam, si hoc esset, cōprehenderet sensū. omne enim corpus infra mundū est sensibile. & indigerent ēt alio corpore, quod cōtineat ea, ꝓter id, quod ea reuoluit, aut id, quod reuoluit ea, est id, quod continet ea: & cōtinens indigeret continente. & necesse esset vt sit numerus corporum animatoꝝ, quæ mouent numero motuum corporis cœlestium. Et interrogaſ ēt de istis corporibus an sint cōpolita ex elementis quatuor, & erūt generabilia & corruptibilia, an simplicia. si erunt simplicia, quæ est natura eoꝝ. & hoc totum est falsum. & præcipue apud eum, qui scierit naturā corporū simplicium, & scierit numerum eorū, & numerum specierū corporum cōpositoꝝ ex eis. & incūbere huic in hoc loco nihil est. Et tam declaratū est demonstratiue in multis locis ꝙ hic motus non est violentus. nam est principium oium motuum, & eo mediante influit vita oībus entibus, quāto magis motus? Secunda vero consyderatio, & est ꝙ motor eoꝝ sit Deus glo. absq; eo, quòd creat in eis potentiā, qua mouent̄, est etiā sermo turpis nimis, phibitus, & distans ab eo, quod intelligit hō: & est similis dicenti ꝙ Deus glo. tangit oſa, quæ sunt hic, & mouet ea. & quod cōprehenditur ex causis, et causatis est falsum: & erit homo homo, non modo, quo creauit eum Deus: & sic alia entia. Et destructio huius est destructio intellectorum. nam intellectus cōprehendit res ex parte earum causaꝝ. & est sermo similis sermoni dicentis ex antiquis ꝙ Deus est in omni re, & sunt pueri. & loquemur cum eis in loco, vbi recitabimꝰ destructionem causaꝝ, & causatorum. Tertia vero consyderatio currit cursu naturæ, & est vt ponamus ꝙ motus cœli est ex potentia naturali in eo, & attributo essentiali, non exanima. Et demonstratio eoꝝ in destructione huius est falla. qñ ædificauerunt demonstrationem in eo, ꝙ, si motus cœli esset naturalis, erit locus, quæsitus in motu eoꝝ naturali, idem cum eo, à quo recedit̄. nam quælibet pars cœli mouet̄ ad locū, à quo tam mota est. motus enim eius est circularis: in motu vero naturali locus quidē, à quo recedit in motu, est diuersus à loco quæsito. nam is, à quo mouet̄, est accidentalis: & is, ad quem vadit, est naturalis, in quo quidē quiescit. Et est positio falsa. qm̄ ipsi posuerūt in partibus cœli multos motus multis motis. & hoc ſm radices eorum. qm̄ ipsi dicūt quòd motus circularis est vnus, & corpus, quod mouet eo, est vnum, in motu vero circulari nō perquirit mobile locum. & possibile est ꝙ creauerit in eo aliquid, quo perquirit mobile motum ipsum, & erit natura, non autem anima. Et responsio huic est, ꝙ hic sermo eorum est apud eum, qui cogitauit ꝙ mutatio loci stellaꝝ prouenit ex motu naturali, simili permutationi motorum naturaliter ex locis suis. Attamen positio eorum vera est, ꝙ motus circularis mobile nō perquirit in eo locum, sed, cùm perquirit anima, motus circularis, & mouens eius est aīa necessario, non autē natura, et motus eius non habet esse, nisi in intellectu. nā nō reperitur extra aīam nisi motus tm̄. & in eo est pars motus, quæ non cōprehenditur in esse. & id, quod mouet ad motum, in eo ꝙ est motus, desyderat eum necessario. & id, quod desyderat motum, imaginatur eum necessario. & hic est vnus ex locis, ex quibus apparet ꝙ corpora cœlestia habent intellectum, & desyderium. Et apparet hoc etiam ex multis locis. quorū Vnus est ꝙ idem motum ex corporibus rotundis, id inuenimus mouere duobus motibus contrarijs simul, s. orientali, & occidētali. & hoc impossibile est vt sit ex natura. nā motum naturaliter mouet vno motu tm̄. Et iam locuti sumus de rebus, q̄ mouerunt hoies ad tenendū ꝙ cœli sint habētes intellectū. & quod magis apparet ex eis, est qm̄, cùm declaratum est apud eos ꝙ motor eoꝝ est intellectus separatus à materia, necesse est vt non moueat, nisi ex eo ꝙ est quid intellectum, & consyderatū. &, cùm sic fuerit, igitur motum ab eo est intelligens, & consyderans necessario. Et apparet hoc etiam ex eo, ꝙ motus eorum est conditio in esse eorū, quæ sunt hic ex entibus, & conseruatione eorum. & impossibile est vt hoc sit casu. & hæc non declarantur hic, nisi declaratione disputatiua, & satisfacienti.

DISPVTATIO. XV.

DE DESTRVCTIONE EIVS, QVOD DIXERVNT DE INTENTIONE MOTIVA COLI.

ALGAZEL.



IT Alga. Dixerunt aūt ꝙ cœli sunt animati, seruientes quidem Deo glo. cū motibus suis, & appropinquātur ei. nam ois motus voluntarius est ad aliquā intentionem, cùm nō potest consyderari vt emanet actio, & motus ab animato, nisi cùm actio sit digniori et otiositate. &, si essent actio, & otiositas æquales, non imaginat̄ actio. Vlterius dixerūt appropinquari Deo glo. nō est quærere desyderatum ab eo, & abstineri ab ira eius. nam Deus glo. abest ab ira, & desyderio. &, si attribuuntur eis ambæ istæ dictiones, est abusiue, & de nominatur eis ex voluntate condēnandi, & voluntate præmiandi. & impossibile est vt sit appropinquatio Deo glo. cū quærei approximatio ad eū in loco. quod est falsum. Et non est via quærendi approximationem cum attributis. nam ens perfectius, eius esse est perfectius. & omne esse respectu esse eius est diminutum. Et diminutio quidē habet gradus, & differentiam. Angelus enim est magis proximus Deo glo. attributo, non aut̄ loco: & est id, quod intelligimus per angelos propinquos, scilicet substātias intellectiuas, quæ non differunt, nec mutantur, nec finiuntur, & sciunt res, prout sunt. homo vero, quanto magis vult appropinquari angelo attributis, tanto magis additur appropinquatio apud Deum glo. & finis naturæ humanæ, est vt assimiletur angelis. Et, cùm probatum sit quòd hæc est appropinquatio Deo, & quòd est ad perquisitionem appropinquationis ei attributis, hoc erit hominī, cùm scierit veritatem rerum, & cùm remanserit æternus in perfectiori esse suo sibi possibili. & remanſio

sio in perfectione vltima est Deo glo. & Angelis proximus in totum, quod possibile est ei ex perfectione, & tunc reperitur cum eis, vt entia, in quibus nihil est potentia, adeo ꝙ exeat ad actum. igit̃ perfectio eor̃ est in vltimitate respectu eius, qui est prꝛter Deum, et Angelos cœlestes: & est præfatio animarum mouentium cœlum, in quibus est aliqd in potentia: & perfectiones eor̃ distinguuntur ad id, quod est in actu, sicut est figura rotũda, & dispositio. & hoc reperitur & ad id, quod est in potentia, & est dispositio in loco, & in vbi, & nõ est locus demonstratus, qui non sit ei possibilis. Attamen non habet altos situs in actu. nam aggregare ambo est impossibile. &, qm̃ impossibile est eis complere vnitates situum, continue conantur pficere eas specie, & nõ deficiunt quærere situm post situm, & vbi post vbi, & non cessat omnino hæc possibilitas, & non cessant isti motus. intentio autem eorum est assimilari primo principio acquisitione pfectionis vltimæ sm possibilitatem eis, & est seruitus Angelorũ cœlestium Deo glo. Et acquirunt assimilationem duobus modis. quorum Vnus est perficere omnẽ situm possibilem eis specie: & hoc est intentum prima intẽtione. Secundus vero id, quod cõponitur in motu suo ex diuersitate proportionis in trinitate, & quadratura, & coniunctione, & oppositione, & diuersitate ascensionis, & descensionis respectu terræ, & ab eis emanat gratia ei, quod est sub orbe Lunæ: & prouenunt ab eis hæ innouationes omnes. hic est modus perfectionis animæ cœlestis, & omnis anima intellectiua, desyderium quidem eius est perficere seipsam.

AVEROES.

AIt Auer. Totum autẽ, quod recitat de Philosophis, est opinio eor̃, aut sequi ex opinione eorum, aut possibile est ponere sermonẽ de eo sm opinionem eorum, præter id, quod dicit, ꝙ cœli quærunt in motibus suis situs particulares infinitos. nam infinitũ non quæritur, cùm ad id non puenit aliquis. & nemo hoc dixit, nisi Auicẽ. Et contradictio Alga. huic sermoni satisfacit cũ eo, quod postea dicet. Attamen intentio cœli apud homines est ipsemet motus, in eo ꝙ est motus. nam perfectio animati, in eo ꝙ est animatũ, est motus: euenit tamen hic quies animato generabili, & corruptibili per accidens, ſ. propter necessitatẽ materiæ. nam sessitas, & labor accidit huic animato, ex eo ꝙ est materiale: aiatum vero, cui nõ euenit sessitas, nec labor, necesse est vt sit vita eius omnis, & pfectio eius ex motu, & assimilatio eius creatori est, cùm prębuerit vitam ei, quod est hic cum motu. Et non est hic motus apud Philosophos propter id, quod est hic prima intẽtione. & intelligo per primã intentionem vt sit corpus cœleste creatum, ꝓpter id, quod est hic. nam motus est operatio eius propria, propter quem est. nam, si ista essent propter id, quod est hic prima intẽtione, esset corpus cœleste creatum propter id, quod est hic. & est falsum apud eos vt sit creatum nobile, ꝓpter ignobile: sed ad bene esse, pculdubio sequitur ignobile, sicut est princeps cum eo, quod est sub eo, cuius perfectio non est absq; principe. Princeps vero est ad perfectionem suã. & sic prouidentia de eo, quod est hic, est similis prouidentiæ Principũ de eo, quod est sub eis, cui non est euasio, nec esse, nisi per Principes: & præcipue Princeps principalis, qui non indiget in esse suo perfecto, & nobili principe alio, quanto magis in esse suo.

ALGAZEL.

AIt Alga. Et dubitatio huic est, quoniam in propositionibus huius sermonis est, cui potest contradici. sed nos non protelabimus in hoc. Et reuertamur ad intentionem, quã voluistis in fine, & destruemus eam dupliciter, & primo ꝙ perquisitio perfectionis, vt sit in omni vbi sibi possibili, est stultitia, nõ autem seruitus. & hoc non est nisi sicut homo, qui non habet negocia omnino, & cessauit incũbere voluptatibus, & necessitatibus suis, & quieuit, & circuit domũ, seu circuit ciuitatẽ, & existimat ꝙ appropinquat Deo glo. & ꝑficit seipm̃, cùm sit sibi esse in oĩ loco possibili. & existimauit ꝙ eẽ in multis locis est possibile ei, & cũ non põt cõgregare ea numero, ꝑficit ea specie, qua est pfectio, & approximatio. & iste hõ peruenit ad stultitiam, & dicet ꝙ permutatio à parte ad partẽ, & à loco ad locum nõ est pfectio sensibilis, quam desyderet. & nulla est differentia inter id, quod dixerunt, & hoc.

AVEROES.

AIt Auer. Existimatur ꝙ hic sermo propter mollitiem eius, puenit ex vno duorum hominum, aut stulto, aut maligno. Alga. autẽ est mundus ab istis duobus attributis: licet aliquando proueniat miraculose ab hoie non stulto sermo stultus, & ab eo, qui non est malignus, sermo prauus. Attamen signific at hoc diminutionem humanã propter id, quod euenit eis ex euasione. Quoniam, si concesserimus Auicẽnæ quòd orbis intẽdit in motu suo permutare situs: & permutatio situum eius propter entia, quę sunt hic, est id, quod conseruat esse eius, postq̃ adinuenit eum: & est hæc operatio eius cõtinue: quæro quæ est maior seruitus, q̃ ista seruitus? quẽadmodum, si vult aliquis incumbere ad cõseruandum ciuitatẽ à proditoribus, circuens eam nocte, & die, teneremus quidẽ ꝙ hæc operatio est ex maximis operationibus appropinquantibus Deo glo. sed, si ponimus motum huius hominis circa ciuitatẽ intentione, quam ipse dicit ex mente Auicennæ, ſ. ꝙ ipse non intendit in motu suo, nisi quærere perfectionẽ in vbi infinitis, dicitur de eo ꝙ sit homo stultus. & hoc est, qd̃ dixit Deus glo. Quis mẽsurauit pugno suo aquas, & cœlum? Cùm aũt dixit qm̃ impossibile est ei perficere vnitates, aut congregare eas numero, perficit eas specie, est sermo inuolutus, non intelligibilis: nisi intelligatur, ideſt quoniam motus impossibile est vt remaneat in partibus suis, remanebit in toto. nam aliqui sunt motus, qui non remanent nec in partibus, nec in toto, & est generabilis & corruptibilis: & aliquis est, qui remanet specie, & est generabilis & corruptibilis in partibus suis: sed cum hoc dicitur de eo, ꝙ sit motus unus modis, quibus distinguitur in multis locis libror̃ suorum, quibus dicitur ꝙ sit vnus motus.

Cùm aũt dixit qm̃ impossibile est ei pficere ea numero, perficit ea specie, est sermo falsus. nã motus cœlestis est vnus numero. sed hoc dr̃ de motibus, qui sunt in cęteris gñabilibus, præter cœlũ. qm̃ isti, ex eo ꝙ impossibile est eis vt sint vnus numero, sunt vnus specie, & remanent in eo ꝓp remanentiã motus vnius numero.

ALGAZEL.

AIt Alga. Secundus quidem est, vt nos dicamus id, quod recitatis de intẽtione, est falsum in motu occidentali. & quæro quare fuit motus primus orientalis? & quare nõ fuerunt motus vniuersi ad eandem partem? &, si est in diuersitate eorum intẽtio, quare nõ differunt in contrarium. & erunt hi, qui sunt orientales occidentales, & qui sunt occidentales orientales. nam id, quod vos dicitis de quentione innouationum ex diuersitate motuũ in trinitate, & sextilitate, et alijs, prouenit ex contrario. Et sic etiam id, quod dixerunt de pfectione situum, & vbi omnium, postq̃ possibile est eis in alia parte, quæro quid habent quòd nõ moueantur aliquando ex vna parte, & aliquando ex alia parte ad perficiendum id, quod est possibile eis, si fuerit adimplere omne posſibile perfectio? Igitur hoc significat quòd istæ sunt imaginationes, quæ nihil sunt, & secreta regni cœlor̃ non habẽtur his imaginationibus

tionibus, sed habuerunt ea Prophetæ, & Antiqui nostri via diuinitatis, non via assumendi rationes. & ideo deficiunt posteriores Philosophorũ in declarando causam partis motus, et electionem eius.

AVEROES.

AIt Auer. Hæc est dubitatio sophistica. nã permutari ex disputatione ad disputationẽ est operatio sophistica. Qm̃ qũo sequitur ex diminutione eorum, si diminuunt in dãdo causam diuersitatis partium motuum cœli, vt diminuant etiam in dando causam motus cœli, & vt non sit motui eius causa. hoc totum est sermo in vltimitate mollitiei, & debilitatis. O q̃ maxima est lętitia eor̃ in hac disputatione. nã putãt ꝙ ipsi vicerint Philosophos in ea. Et causa huius est ignorantia eor̃ in modis vię vitatę, in dando causas, & consyderationes, de quibus quæritur vt tribuantur in quolibet entium, quæ quidem differunt propter differentiam naturar̃ entium. Nam res simplices non habent causam eius, quod prouenerit ex eis, nisi substantiã naturæ, & formæ ear̃: cõpositæ vero habẽt causas agentes præter formas earũ: & sunt, quæ fecerunt compositionem earum, & copulationẽ partium ear̃ adinuicem. Verbi gratia terra non habet cãm vt descẽdat deorsum, nisi attributũ terreitreitatis. & ignis non habet causam, vt ascendat sursum, nisi substantiam naturæ, & formæ suæ: & cum hac natura dr̃ ꝙ sit contraria igni. & sic sursum, & deorsum nõ habent cãm, qua fuerit vna duar̃ partium superius, & alia inferius. sed hoc est ex determinatione naturę eor̃. Et, cùm necesse fuerit diuersitas partium ex se ipsis, & diuersitas motuum ex diuersitate partium, tunc non erit hic causa, quę possit assignari diuersitati motuũ, nisi diuersitas partium mobilium: et diuersitas partiũ est ex diuersitate naturę eor̃, ſ. ꝙ quędam sunt nobiliora quibusdã. Verbi gr̃a, cũ homo senserit in aiali ꝙ precedit in ambulando cum vno duor̃ pedum ex aliqua parte corporis sui, deinde sequit̃ eum alter, & dicit quare aial præponit hunc pedem, & postponit alterũ, & non è contra, non erit profecto ibi causa completa, nisi vt dicat ꝙ impoſe est in motu aialis quin præponat pedem, & sustentetur sup alium pedem. & hoc profecto facit vt sint aiali duę partes, dextrũ, et sinistrum. & dextrũ est, quod semp præponitur ex potentia reperta in eo sibi propria: & sinistrũ semper postponit dextro ex potentia sibi propria. & ꝑposſibile est vt sit è contra, ſ. vt sit pars dextra pars sinistra. nam natura aialis hoc requirit aut vt plurimũ, aut semper. Et sic est in corporibus cœlestibus. nam, si aliquis interrogauerit quare mouentur cœli ex quadã parte, et non ex alia, respondetur quia habẽt dextrum, & sinistrum: & præcipue, cùm affirmauerimus de eis ꝙ sunt viuẽtia: nisi ꝙ est eis quid proprium quòd pars dextra in quibusdam eor̃ est pars sinistra ĩ quibusdam aliꝭ. & tñ ipsi pedes etiã cum ista dria, vnus eor̃ mouetur ad duo contraria, vt est pes sinister durus quidem. Et quẽadmodum, si aliquis interrogauerit, & dixerit ꝙ motus aialis esset completus, si dextrum eius esset sinistrum, & sinistrum dextrum: & quare approriatũ fuit dextrum vt sit dextrum, & sinistrum vt sit sinistrum, dicitur ei ꝙ huic non est causa, nisi ꝙ natura partis, quę appellatur dextrum, determinauit in se vt sit dextrum, & nõ sit sinistrum, et nobile datur parti nobili. sic etiã, cùm aliquis interrogauerit quare appropriata est pars cœli dextra motui magno, vt sit dextrum, & pars sinistra, vt sit sinistrum, et iam erat posſibile vt sit contrariũ, sicut est in orbe planetarum, non erit ei responsio, nisi dicat ꝙ pars nobilis appropriata fuit corpi nobili, sicut est in appropriatione ignis superius, & terræ inferius. Quòd aũt cœli moueantur duobus motibus contrarijs, præter motum diurnum, est propter necessitatem contrarietatis motuum hic, ſ. motus gñationis, & corruptionis. & non est naturæ intellectus humani vt apprehendat magis, q̃ hoc in istis sermonibus, & in hoc loco. Et, quoniam dubitauit eis Alga. cum hac dubitatione, & dixit ꝙ non habent responsionem ei, recitauit in hoc responsionem quorundam Philosophorũ.

ALGAZEL.

AIt Alga. Et aliqui eorum dixerunt, qm̃ pfectio eorum prouenit ex motu à quacũq; parte fuerit, & ordo innouationum terrestrium determinat diuersitatem motuum, & partiũ deputatarum, id, quod induxit eos ad radicem motus, est appropiquatio Deo glo. & quod induxit ad partem motus est influere gratiam mundo inferiori. Dixit Alg. ꝙ hoc est falsum dupliciter. Primo, qm̃, si hoc potest cõsyderari, est ex diminutione iudicij. nam natura quietis magis debet appropriari ei, q̃ motus, & mutationis. & est assimilari Deo glo. in rei veritate, qm̃ abest à mutatiõe, motus autem est mutatio. Attamen eligit motum ad influendum gratiam. nam, si adiuuat alteri, & non aggrauat sibi motus, quid est quod prohibet ab hac cõsyderatione? Secunda vero, quoniam innouationes fiunt ex diuersitate proportionum, quæ fiunt ex diuersitate partium motuum. & sic erit motus primus occidentalis, & alij orientales. & veniet hęc diuersitas, ex qua proueniet diuersitas proportionum. quare ergo respicit vnam partem? istæ autem diuersitates non determinant, nisi substantiam diuersitatis: pars vero, quam respicit, non est dignior suo contrario in hoc.

AVEROES.

AIt Auer. Hic loquẽs conatus est dare causam in hoc ex causa finali, non autem ex agenti. & nullus Philosophorum dubitat quòd sit ibi causa finalis secunda intentione, quæ est necessaria in esse eorum, quæ sunt hic. & licet adhuc non sciuerit differentiam, non dubitat tñ ꝙ nõ est hic motus, nec incessus, nec regressus planetis, qui nõ habẽt introitũ in rebus, quæ sunt hic, ita ꝙ, si diuersificaretur ex eis aliquid, inuolueretur hoc nostrum esse. Attamen multæ harum causarum particularium, aut non scimus eas omnino, aut scimus eas post longum tempus, & magnam exercitationem: sicut dicitur ꝙ sapiẽs affirmauit illud in libro suo de regiminibus cœlestibus particularibus. res vero vniuersales defacilt habetur scia ear̃. et habentes scientiam iudicij stellarum peruenerunt ad multas earum, & apprehẽsum fuit nostra tempestate plurimum eius, ad quod peruenerũt Antiqui in hoc, vt: Chaldei, & alij. Quare non oportet vt non credatur ꝙ sit huic scientia de entibus, cũ appareat inductiue ꝙ oẽ, quod videtur in cœlo, est propter scientiam finalem, & causam causar̃ finalium. nam, si hoc est ĩ animalibus, multo magis dignius est vt sit in corporibus cœlestibus. & iam videtur in animali, & homine, vti decem milibus scientia in tempore spatij mille annor̃. ideo non est inconueniens vt videatur in æternum æternitatis annorum longorum nimium scientiæ, & sapientiæ, quæ est in corporibus cœlestibus. & nos inuenimus Veteres vti verisibus in hoc. nam ipsi bene sciunt expositiones eorum profundatas in scientia, & sunt sapientes veri. Primum autem, & est, cùm dicit quòd aliquis potest dicere quòd assimilatio Deo glo. determinat ei vt sit quiescens, quoniam Deus glo. abest à motu, sed elegit motum ex eo, quod est in eo de influxu gratię generationibus, est sermo inuolutus. nam Deus glo. non est quiescens, nec mobilis: & vt moueatur corpus, est melius, quàm vt quiescat. &, cùm assimiletur ens Deo glo. assimilatur quidem ei, cùm fuerit in nobiliori dispositionum eius: et est motus. Responsio vero secunda tam dicta est responsio ad eam.

Disputatio

DISPVTATIO. XVI.

DE DESTRVCTIONE DICTI EORVM, QVOD ANIMÆ COELI RESPICIVNT OMNIA PARTICVLARIA, QVÆ FIVNT IN HOC MVNDO.

ALGAZEL.

AIT Alga. Dixerũt ꝙ animę cœli respiciunt omnia particularia, quæ fiunt in hoc mundo: & quòd intelligimus per tabulã seruatam animas cœli: & pictura particularitatum mundi in ea assimilatur picturæ rerum conseruatarum in virtute conseruatiua posita in cerebro hominis: non quòd sit corpus amplum durum, in quo scribãtur res, sicut scribunt pueri in tabula. nam illa scriptura requirit plurimum eius dilatationem scripti in ea. &, cùm id, quod scribitur sit infinitum, non erit quidem rei scriptæ in ea finis, & non imaginat corpus infinitum. & impossibile est scribere literas infinitas in corpore, et impossibile est notificare res infinitas per literas numeratas finitas. Et existimauerunt quòd Angeli cœlestes sunt animę cœli, & Angeli Cherubim approximantes sunt intelligentiæ separatæ, quæ sunt subsistentię existentes per se: & non continent terminũ, & non vtuntur corporibus: & ꝙ istæ formę particulares influunt ab aliabus cœlestibus, & sunt nobiliores Angelis cœlestibus: qm̃ ipię influũt, illi vero nõ influũt: & quod influit est nobilius eo, cui influit. & ideo appellant nobile nomen calami, et dicunt scit cũ calamo, qm̃ assimilauit picturã influenti calamo, & assimilauit id, cui influitur, tabulæ. Hæc est opinio eorum. Et contradictio huic disputationi differt à contradictione præcedenti. nam id, quod dixerunt antea, non est tantum, cùm sit de eo, ꝙ cœli sunt viuentes, & mouentur ad intentionem, & est quid possibile. hoc vero idem est, quod tenere quod sit scientia in creato de particularibus infinitis. et hoc forte existimatur quod sit tantum. & quæritur eius ratio in hoc, quoniam est verisimilis ipsa.

AVERROES.

AIt Auer. Hoc, quod dixit, nullus Philosophorũ dicit de scientia eius, nisi Auic. l. ꝙ corpora cœlestia imaginantur quando magis vt imaginentur imaginationes infinitas. Alexãder autem exponit in libello suo, appellato Principia totius, quòd corpora non imaginantur, nam imaginatio reperitur in animali propter conseruationẽ: ista vero corpora non timent ꝙ eueniat eis corruptio: igitur esse imaginationes i eis est falsum. sic ẽt & sensus. nam, si essent in eis imaginationes, essent eis sensus. sensus. n. sunt conditio requisita in imaginationibus: & omnis imaginans sentit necessario, & non conuertitur. & sm hoc nõ est vera expositio tabulę seruatę, vt recitat de eis. Expositio vero intellectuum separatorum, qui mouent quemlibet orbem modo seruitutis, quod sunt eis Angeli approximantes, est expositio currens secũdum radices eorum. & sic appellare animas orbium Angelos cœlestes, cum intentio fuerit conuenire id, quod inducitur à demonstratione, et, quod inducitur à fide.

ALGAZEL.

AIt Alga. Et assignauerũt rationem in eo, dicentes quidem, tam probatum est ꝙ motus circularis est voluntarius, & voluntarium sequitur volitum, & volitum vniuersale nõ respicitur nisi à voluntate vniuersali. voluntas autem vniuersalis nõ prouenit ab ea aliquid: nam omne ens in actu est demonstratum tale particulare: & voluntas vniuersalis, proportio eius ad vnitates particulares est in eodem gradu: igitur nõ prouenit ab ea aliquid particulare. sed impossibile est absq; voluntate particulari motui demonstrato tali: & orbi quidem i omni motu particulari demonstrato à puncto demonstrato ad punctum demonstratum est voluntas demonstrata ad illum motum, & est ei proculdubio imaginatio ad motus illos particulares potentia corporali, cùm motus particulares non apprehendantur nisi potentijs corporalibus: igitur omnis volitas de necessitate eius est imaginatio illius volti, s. scientia de eo, siue sit particularis, siue vniuersalis, & quotienscunq; fuerit orbi imaginatio partium motuum, et comprehensio earum, comprehendit eas proculdubio, in eo ꝙ sequitur ex eis de diuersitate proportionum cum terra, in eo ꝙ aliquæ partes oriuntur, & aliquæ occidunt, & aliquæ sunt in medio cœli aliquorũ hominum, & sub terra aliorum. & sic etiam scit quod sequitur de diuersitate proportionum, quæ fiũt in motu de trino sextili, quarto, & oppositione, et cõiunctione ad alias innouationes cœlestes. Et aitę innouationes terrestres sustentantur innouationibus cœlestibus, aut immediate, aut vno medio, aut pluribus. Demũ omne innouatum est ei causa innouãs, quousq; cessat processus ascendendo ad motum cœlestẽ æternum, si aliquod eorum est causa alicuius. nam causæ, & causata, ascẽdit processus eorum ad motus particulares cœlestes: et ea, quæ imaginantur in motibus, imaginanti in consequentijs eorum, & consequentijs consequentium vsq; ad finem processus. et ideo respiciunt omne, quod innouat. nam omne, quod innouatur innouatio eius procedit à causa: &, quotienscunq; verifi. abitur causa, verificabitur causatum innouatum. Nos autem non scimus id, quod venturum est in futuro: qm̃ nos non comprehendimus omnes causas eorum. s. n. scimus omnes causas, scimus omnia causata. nam, cùm scimus ꝙ ignis tangit bombicem, exempli gratia, in aliqua hora determinata, tunc scimus combustionem bombicis, et quotient. unq; scimus ꝙ aliquis comedit, scimus ꝙ saturabitur. &, quotienscunq; scimus ꝙ homo deambulat in loco, in quo ponitur thesaurus coopertus leuiter, cùm deambulauerit super eum deambulãs, cespitat pes eius in thesauro, & scit eũ, scimus ꝙ dues fiet ex inuentione thesauri. Attamen istæ causæ, non scimus eas: & aliqñ. scimus aliquas earum, & euenit nobis sensatio eius, cũ euenerit causatum. &, si scimus maiorem partem earũ, prouenit nobis existimatio manifesta de euentu eius. et, si esset nobis scientia omnium causarum, esset nobis scientia omnium causatorum. Nisi ꝙ orbes sunt multi, & habent mistionem cum inouationibus terrestribus, & homo non potest scire eas, & animæ cœlorum scitũt eas, quia respiciunt primam causam, & consequentia earum, & consequentia consequentium vsq; ad finem processus. Et ideo existimauerunt ꝙ dormiens videt in somno suo id, quod erit in futurum. & hoc propter copulationem eius cum tabula seruata, & respicientia eius. &, quotienscunq; respexerit rem multis vicibus, remanebit hęc eadem res in conseruatiua eius. & aliqñ accelerat virtus imaginatiua ad imprimendum eam. nam ex natura sua est imprimere res cum exemplationibus, quæ proportionatæ sunt aliqua proportione, aut permutatione ex eis ad contraria. & aufertur comprehensum verum à conseruatiua, & remanebit exemplatio imaginationis in conseruatiua, & indiget aliqua interpretatione in exemplificatione imaginationis. & aliquando exemplificat imaginatio hominem arbori, & mulierem ornamento, & seruum amissioni alicuius rei domus, & conseruantem pecuniam amicorum, &

proborum

proborum lumini, nam lumen est causa candelæ, quæ est causa illuminationis, & scientia interpretationis ramificatur ex hac radice. Et existimauerũt ꝙ copulatio cum illis animabus datur, postq̃ nullum est ibi velamẽ. Attamẽ nos hora vigiliæ incumbimus ei, ad quod deueniunt sensus, & appetitus. & dare operam his rebus corporalibus deuiat nos ab eo. &, cùm auferantur à nobis in somno aliquæ inuolutiones sensuum, apparet in eo dispositio nostra copulationi. Et existimauerunt ꝙ Propheta purus respicit occultum hac via, nisi ꝙ virtus animalis prophetica fortificat tali fortitudine, quæ non offenditur à sensibus manifestis, et propter hoc videt ipse in vigilia id, quod alius videt in somno. Vlterius virtus imaginatiua exemplificat ei etiam id, quod vidit, & aliquando remanet res eadẽ in memoria eius, & aliquando exemplificatio eius, & indiget hæc visio expositione, vt indiget somnium illud expositione. &, nisi ꝙ omnia generabilia sunt fixa i tabula seruata, non scirent Prophetæ occultum in vigilia, nec in somno. attamen congregari calamum in eo, quod est, erit in die iudicij. & dispositio eius est hoc, quod diximus. Et hoc est, quod volumus præmittere, vt bene intelligatur opinio eorum.

AVERROES.

AIt Auer. Iam diximus ꝙ hæc opinio, nõ scimus aliquem dixisse eam, nisi Auicẽnam. Ratio autem eius, quam recitauit, est debilium propositionum, licet sint rhetoricæ, & topicæ. nam ipse ponit ꝙ omne operatũ particulare prouenit ab habente animam propter imaginationem particularẽ de hoc operato, & motus particulares, quibus erit hoc operatum particulare: deinde copulabimus huic propositioni maiori minorem, & est ꝙ cœli habent animam, ex quibus proueniunt operationes particulares: sequitur ex hoc vt proueniat ex eis id, quod prouenit ab intellectus particularibus, et operationibus particularibus, ex cõsyderatione particulari, quod appellatur imaginatio. & hoc non videt in artibus tm̃, sed etiam in multis animalibus, quæ operantur operationes terminatas, sicut est domus apum, & aranea, & alia. Attamen contradictio, eueniens his propositionibus, est ꝙ non prouenit operatio particularis ab habentibus intellectum, nisi ex eo, ꝙ hoc est imaginatum imaginatione vniuersali, & proueniunt ex ea res particulares infinitæ. ver. g. artifex prouenit ex eo figura thesauri ex parte imaginationis vniuersalis, quæ non appropriatur vni thesauro præter alium. & sic est in eo, quod emanat ex artibus naturaliter ab animalt. & sunt istæ imaginationes mediæ inter cõprehensiones vniuersales, & particulares, s. sunt mediæ inter definitionem rei, & imaginationem eius sibi propriam. Corpora autem cœlestia si imaginarentur, esset talis quidem imaginatio, quæ est à natura vniuersali, non autẽ imaginatio particularis tributa à sensibus, & impossibile est vt operatiões nostrę prouenient ab imaginatione particulari. Et ideo tenẽt Philosophi ꝙ formæ imaginatiuę, à quibus prouenũt operationes animalis determinatæ, sunt tanq̃ mediæ inter intellecta, & formas imaginatiuas idiuiduales, sicut forma, quam facit auis, quę appellatur Begiath ex rapientibus, quæ est similis ei, qua faciunt apes domus suas. artifex vero, qui indiget exemplificatione particulari sensibili, est is, qui nõ est apud eum hæc exemplificatio imaginaria vniuersalis: quæ quidem est necessaria in emanatiõe eius, quod emanat ab ea ex particularibus. & hæc imaginatio vniuersalis est, quæ mittit voluntatem vniuersalem, quæ non tendit ad indiuiduum præter indiuiduum, volũtates vero particulares sunt, quæ tendunt ad indiuiduum præter indiuiduum eiusdẽ speciei. & hoc nõ reperitur in corpibus cœlestibus. Quòd vero reperiatur voluntas vniuersalis rei vniuersali, in eo ꝙ est vniuersalis, est falsum. nam vniuersale non habet esse extra animam, nec est generabile, & corruptibile. & eius diuisio prima volũtatis ad vniuersalem, & particularem non est vera, nisi dicatur ꝙ corpora cœlestia mouentur ad partem definitionum rerum absq; eo ꝙ componatur definitio ex imaginatiõe cuiuslibet indiuiduorum repertorum aliter, q̃ est apud nos. Cùm autem dixit ꝙ voluntas vniuersalis nõ prouenit ab ea particularis, est error cùm intelligitur per voluntatem vniuersalem ea, quæ non appropriatur indiuiduo, præter indiuiduũ, sed vniuersaliter, sicut Rex, cùm habuerit exercitus suos. Si vero intelligitur per voluntatem alligantia eius eidem rei vniuersali, tunc nõ est alligata ei voluntas omnino, & non reperitur volũtas talis, nisi modo, quem diximus. Igitur corpora cœlestia, si declaratum fuerit de eis ꝙ intelligunt ea, quæ sunt hic, ex eo ꝙ imaginantur, hoc est ex parte imaginationum vniuersalium, quæ sequuntur à definitionibus, non autem ex parte imaginationum particularium, quæ sequuntur à sensationibus. Et quod magis videtur est ꝙ hoc non erit, nisi ex imaginatione particulari: & præcipue cùm dicitur ꝙ quicquid prouenit ex eis hic, prouenit secunda intentione apud opinionem hominum, ꝙ ipsa intelligant se ipsa, & intelligant ea, quæ sunt hic. si vero intelligunt ea, quæ sunt hic, ita ꝙ sint diuersa à seipsis, est consyderatio, de qua speculabitur in locis propriis. demum, si sciunt, nomen quidem scientiæ dicitur de scientia eorum, & scientia nostra æquiuoce. Quod autem dixit in hoc capitulo de causis visionis, et Prophetiæ est quid, cui solus Auicenna assentit, sed opiniones Antiquorum in hoc sunt diuersę ab hac opinione. nam esse scientiam de indiuiduis infinitis in actu, ex eo ꝙ est scientia indiuidualis, est quid impossibile. & intelligo per scientiam indiuidualem comprehẽsionem, quę dicitur imaginatio. Et non est ponẽda disputatio de Prophetia, et visione in hoc loco, nisi procedatur in hoc ad immensam quæstionem: & est operatio sophistica, non autem topica. Attamen hoc, quod dixi de imaginatione corporum cœlestium, ꝙ sunt imaginationes mediæ inter imaginationes particulares, et vniuersales, est sermo satisfaciens. sed quod sequitur ex radicibus i philosophorum est ꝙ corpora cœlestia non imaginantur omnino. qm̃ istæ imaginationes, vt diximus, sunt propter cõseruationem, siue sint vniuersales, siue particulares. & sunt etiam ex necessitate consyderationis nostri intellectus. & ideo consyderatio nostra est generabilis, & corruptibilis. igitur necesse est vt non copulętur imaginationi, & non sustentetur ea modo aliquo. quare hæc apprehensio non erit vniuersalis, nec particularis: sed vnum ibi ambæ scientiæ necessario, s. vniuersalis, & particularis: & differunt hic ex parte materiarum propter hoc. & hoc modo est scientia de occulto, & Prophetia, & similibus. & hoc declarabitur perfecte in loco proprio.

ALGAZEL.

AIt Alga. Et respõsio est vt dicatur, quare negatis dicenti ꝙ Propheta scit futura notificatione à Deo prouentẽte, aut ab Angelo angelorum, & non indigemus aliquo eorum, quæ narrauistis, nec ratione in hoc. & nulla est vobis ratio de descensu legis in tabulam, & calamum. nam habentes legem non intelligunt per tabulam, & calamum hoc decisiue. & nõ amplectimur leges ablatione amplexus viarum intellectuum. Et quod dixistis, licet concesserimus possibilitatem eius, quotienscunq; non conditionatur ablatio finis ab istis scitis, non scitur de eo esse, et non verificatur esse eius. Via vero in hoc est vt sciatur à lege, non autem ab intellectu. Quod autẽ vos dicitis de ratione

intellectuali

stellectuali primo, ædificatur super multas propositiones, quarum destructionem non narrabimus, sed tantũmodo contradicimus tribus propositionibus. Quarum prima est, cùm dicitis motũ cœli esse voluntariũ, & iam cõtraduximus huic disputationi, & adduximus destructionem rationum eorũ in ea. Secunda est, si hoc concedatur vobis abusiue, tunc, cùm dicitis ꝙ indiget imaginatione particulari i motibus particularibus, est quid, quod non conceditur. sed non est distinctio apud eos ibi de corpore, quia est quid vnum: diuidit tñ existi- 10
matione, non aũt motu, & est vnũ continuatione. qũo ergo cœli desyderabunt cõplere loca possibilia eis ? vt vos dicitis, & sufficit eis imaginatio vlis, & voluntas vlis, & dabimus exemplum de voluntate vniuersali, et particulari, vt bene intelligaĩ intẽtio eoꝝ. Cùm autem fuerit hoc intẽtio exempligĩa ad faciendũ festiuitatem in tẽplo Dei, ex hac quidẽ volũtate vniuersali nõ emanat motus: nam motus est particularis in partẽ deputatã, et mensura deputata. sed non deficit fieri in homine, cùm respicit templum imaginatione posꝝ imaginatio- 20
nẽ ad locum, in quo deãbulat, et parte, in qua deambulat. & sequi omnis imaginatio particularis, & volũtas particularis ad motum pręter subiectũ, quod prouenit ei ex motu. Hoc ergo est id, quod intelligũt per voluntatem particularẽ, quæ sequi imaginationẽ particularem. & hoc concedi. nam partes numerant, cũ respicit Hierusalẽ, & iter non est consyderatũ, & oportet consyderare locũ pręter locum, & partẽ pręter partem ex volũtate quadã particulari. motus vero cœlestis est ei vnus modus tm. nã rotundũ in se ipso, & termino suo, 30
id non trãsit motus, quẽ vult: et non est ibi, nisi vnũ attributũ, & vna spẽs, & vnũ nomen. & est, sicut descensus lapidis deorsum, ga quęrit terram via propinquio-
ri: & via propinquior est linea recta: et ad consyderandum lineã rectam non indiget innouatione causę innouatæ pręter naturam vniuersalem petentem centrum eum inouatione propinquitatis, & remotionis, & perueniendi ad terminum, & exitus ab eo. Igitur sic sufficit isti motui voluntas vniuersalis ad motum, & non indiget volente. & hæc quidem propositio, conati sunt 40
versutia quadam in præponendo eam.

AVERROES.

AIt Auer. Sermo aũt Alga, et responsio est vt dicatur, quare negatis, vsq; ad, nõ indiget aliquo eorum, quæ dixistis, est responsio quidẽ de gñe auditus, non autem de genere intellecti. & non est ponendum in hoc libro. Philosophi. n. speculant de oi eo, quod est in lege. &, si id apprehendunt, tunc sunt equales ambæ apprehensiones: & hęc quidẽ erit perfectissima scientia. si vero id non apprehendunt, notificãt diminutionem intellectus humani in eo, & ꝙ cõprehenditur in lege tm. Et, cùm dubitat contra eos cum expositione tabulæ, & calami est quid extra hãc disputationem, nec etiam est ponendum hic. & hæc expositio de scientia occulti ipsius Auicennę nihil est. Contradictio vero intellectualis, quã adduxit de mente Auicennę in hoc, est cõtradictio vera. nã cœlum non habet motum extra aĩam particularẽ icellu particulari, tra ꝙ hoc determinabit ꝙ sit ei imaginatio. habens. n. aĩam, quod mouetur extra aĩam motibus particularibus in locis particularibus habet proculdubio imaginationem de eis, ad quę mouetur, & de illis motibus, cùm fuerint illa itinera non comprehensa ab eo visu. circulare vero, vt dixit, mouetur ex eo ꝙ est circulare vno motu, licet sequani illum motum vnum motus multi diuersi particulares, ad id, quod est sub eo ex entibus. nam non est intẽtio orbiũ de illis particularibus, nisi cõseruare spẽs tm, quaꝝ illa particularia sunt particularia, nõ aũt esse cuiuscũq; particularis illoꝝ particularũ, i eo ꝙ est particulare, qm, si hoc esset, necesse est vt cœlũ proculdubio imaginaretur, est tñ speculatio de particularibus, quæ fiunt ex eis; an sint intenta ad seipsos, aut ad cõseruationẽ speciei tm. & impossibile est vt hoc declaretur in hoc loco, sed videtur ꝙ est hic prouidẽtia proculdubio de particularibus ex parte somniorum veridicorũ, & similium ex pronosticis futurorum, quæ quidem in dei veritate est prouidentia in specie.

ALGAZEL.

AIt Alga. Propositio tertia, & ex astutia nimis absurda est, cũ dicunt ꝙ, cũ cõsyderant motus particulares, consyderant ẽt consequẽtia eoꝝ, & pũctientia ex eis, & hæc est stultitia absoluta. & est sicut dictũ dicentis ꝙ, cũ homo mouet, & scit motum suũ, oportet vt sciat quod sequit ex motu suo de oppositione, & vicinitate. & est ꝓportio eius ad corpa, quæ sunt supra, & sub eo, & ex lateribus. &, cũ ipse deãbulat in Sole, oportet vt sciat loca, in q̃ cadit vmbra eius, & loca, in quæ non cadit: & quod euenit ex frigore ab vmbra sua, cũ abscindaĩ radius i illis locis: & quod euenit ex cõstrictione partibus terrę sub plãtis pedũ suoꝝ: & quod euenit de sępatione in eis: & quod euenit humoribus suis in vẽtre de mutatione ex cã motus ad caliditatẽ: & in quo mẽbro supabundauit caliditas, ita ꝙ quasi corrũpit complexionem eius: & i quo mẽbro rectificauit id, quod frigidũ antea quasi corrupit: & in quo loco rectificauit: & etiã qcqd fecit in his mẽbris de humiditate & siccitate: & quod sequit ex eis de oppilatione, aut putrefactione: & quod sequit ex hoc de mutatione pulsus, & demũ de mutationibus partiũ corporis ad sanitatẽ, seu ad ægritudinẽ: & quod mutaĩ in partibus eis ad sudorẽ, aut ad aliã humiditatẽ. et sic sequit in oĩbus innouationibus in corpore eius, aut extra corpus de eo, cuius motus est causa, aut cõditio, aut præparans, & est stultitia, quã non imaginaĩ intelligens, & nõ cadit in eã nisi stultus. Et ad hoc qdem deuenit hæc versutia, adeo ꝙ nos dicimus de istis particularibus diuersis scitis i aĩa orbis, vtrum reperiant impresentiaꝝ, aut denotatur eis id, quod ventuꝝ est in futuꝝ? Si intelligitis id, quod reperit in præsentiaꝝ est falsum ꝙ respiciat occultũ. & Prophetę qdem percipiunt in vigilia, alij vero hoies in somno id, quod futurum est eo mediãte. Vlterius destruit iudicium rõnis, qa est versutia. nã ꝙ scit rẽ, scit consequẽtia eius, & prosequẽtia: tra ꝙ, si scimus oẽs cãs rerũ, sciemus oẽs innouationes futuras: & tñ causæ oĩum innouationũ, quæ reperiunt impresentiaꝝ sunt motus cœlestes: sed determinamus cãm in eis, aut duobus mediantibus, aut multis mediantibus: et, cũ transierit ad futurum, non erit ei finis. quęro qũo scietur dria particularũ in futurũ in infinitum ? & qũo congreganĩ in aĩa creaturæ in vno tpe, absq; eo ꝙ, puenient vnum post aliud scię particulares distinctæ infinitæ, & vnitates eaꝝ sunt infinitę. & is, cuius itellectus nõ testaĩ de huius rei falsitate, nõ cõfidat ingenio suo. Si vero cõuertẽt supra nos hoc in scia Dei glo. tunc dicimus nõ est alliganda scia Dei glo. casui de scitis suis mõ, quo alliganĩ scię creaturaꝝ: sed quotẽscunq; scita fuerit aĩa orbis ab aĩa hois, esset spẽ aię hũanæ. nã cõcaĩ ei i eo, ꝙ cõprehẽdit particularia mediate, & licet nõ apprehẽdat hoc decisiue, erit tñ prædominium existimationi ꝙ sit ex spẽbus eius. si vero nõ prædominatũ fuerit, tunc est possibile: & possibile destruit determinationem eorum in eo, quod determinauerunt. Si autẽ dixerit ꝙ mos ipsius animæ humanæ est vt apprehendat etiam omnia, tamen occupatio eius est i inuolutionibus appetitus, iræ, & odij, & timoris, & doloris, demum accidentium corporis, et in eo, quod faciunt peruenire ad eam sensus, adeo ꝙ, cùm processerit anima humana in aliqua re, occupatur ab alia: sed animæ cœlestes

testes mundæ his attributis, nõ euenit eis inuolutio, & non impedit eas cogitatio, & dolor, & sensatio: ergo sciunt omnia. Dicimus vnde scitis ꝙ non sit eis occupatio, nõne seruitus earum, & desyderium earum ad primum impedit eas, & præbet eis inuolutionem, quin consyderent particularia diuersa: aut quid redit falsum quin consyderemus aliud prohibens pręter irã, & appetitum, & hæc prohibentia sensibilia ? & vnde scitur ꝙ includantur in eo, quod videmus de anima nostra, & tamen intellectui sunt occupantes ex magnitudine animæ, & petendo dominium id, quod nõ potest imaginari apud infantes, & non existimant eas esse occupantes, & prohibentes ? & vnde scitur falsitas eius, quod est loco earum in animalibus cœlestibus ? & hoc est, quod voluimus narrare in scientijs, appellatis apud eos Diuinis.

AVERROES.

AIt Auer. Quod autem negat, quin sit hic intellectus separatus à materia, intelligens quidem res per consequentia earum essentialia modo vniuersalitatis eorum, nõ est impossibilitas eius ex rebus per se notis, nec etiam necessitas esse eius est ex rebus per se notis: sed hoies, s. Philosophi existimant ꝙ iam facta est demonstratio apud eos, ꝙ reperiatur intellectus talis. Quòd vero reperiantur imaginationes infinitæ est ipossibile vnicuiq; particulari hoc imaginari. Attamen ꝙ reperiatur infinitum in scientia antiqua, et quomodo erit scientia de particularibus, quę fient in futurum hommi ex parte scientiæ antiquę, est id, in quo dicunt homines ꝙ apud eos est declaratio. nam anima intelligit de hac re vniuersale, quod est in intellectu, non autem particulare, quod appropriatur tempori tali, & indiuidua nota apud eos. anima. n. est in potentia omnia entia: & id, quod est in potentia, exit in actum, aut propter res sensibiles, aut propter naturam intellectus præcedentis sensibilia in esse, s. intellectus, propter quẽ erunt entia sensibilia intelligibilia, et certe quidem non ex eo ꝙ sunt in hac scientia imaginationes indiuiduoꝝ infinitorum. demum existimãt ꝙ iam vniuntur ambæ scientiæ, vniuersalis, & particularis in substantia separata à materia. et, cùm ipsa influit hanc scientiã ei, quod est hic, diuiditur ad vniuersalem, & particularẽ. & non est hæc sciẽtia vniuersalis, nec particularis. & hoc quidem, siue contrarium eius non potest declarari in hoc loco, loqui enim de his rebus in hoc loco est, sicut quis acceperit propositiones Geometricas, quæ non habẽt famositatem, & faciet cum eis verificationem, non autem satisfactionem primo aspectu, & miscebit vnam cum alia, s. dubitabit cum vna alteri. nã hoc est ex debilibus speciebus loquelæ, & vilioribus, quoniam non erit in hoc verificatio demonstratiua, seu rethorica. Et sic etiam scientia de differentijs, quæ sunt inter animas cœli, & animam humanam, sunt quæsita profunda. & qui loquitur de aliquo eorum extra locum suum, aut erit sermo eius de eis extraneus, aut rhetoricus, & primo aspectu, s. propositionum possibilium: sicut dicunt quòd potentia irascibilis, & concupiscibilis prohibent animam humanam ab apprehensione eius, cuius apprehensio est propria animæ. nam isti sermones, & similes, apparet de eis quòd sunt possibiles, & oportet afferre rationem eis, & diriguntur ad eos multæ possibilitates oppositæ. Et hic finis imponitur ei, quod decreuimus narrare de notificatione sermonum, qui sunt in hoc libro in disputationibus Metaphysicis: & est maior pars huius libri, & deinde loquemur de disputationibus Physicis, si Deus glo. voluerit.

IN PHYSICIS.

DISPVTATIO PRIMA.

DE IVDICIO EORVM, QVOD HÆC CO-
PVLATIO, QVÆ APPARET IN ESSE
INTER CAVSAS ET CAVSATA, EST
COPVLATIO, QVÆ CONSE-
QVITVR NECESSARIO.

ALGAZEL.

AIt Alga. Ea autẽ, ad quę est intentio in naturalibus, sunt multæ scientię. & narrabimus partes earum, ad notificãdum quòd lex nõ necessitat, nec alterigit vt cõtradicatur eis, & negentur nisi in locis, quæ narrabimus. Et diuidunt

Radices autem sunt octo partes. quarum Prima est, in qua narrabitur id, quod euenit corpori, in eo quòd est corpus, sicut est diuisio, & motus, & mutatio, & id, quod euenit motui, & sequitur ei, vt tempus, & vacuum, & id includit liber, appellatus Liber Physicorum. Secunda est notificatio dispositionum partium elementorum cum orbibus, & eius, quod est in concauo orbis Lunæ ex elementis quatuor, & naturis eorũ, & causa appropriationis vnuscuiusque eorum in loco tali demonstrato. et id includit Liber, appellatus de Cœlo, & Mundo. Tertia, notificantur in ea dispositiones generationis, & corruptionis, & genituræ, & crementi, & mutationis, & qualitatis perfectionis specierum cum corruptione individuorum ex duobus motibus cœlestibus, orientali, & occidentali, & id includit Liber appellatus de Generatione, & Corruptione. Quarta speculatur ea de rebus euenientibus quatuor elementis ex mistionibus, ex quibus fiunt impressione superioris, vt nubes, & pluuiæ, & tonitrua, & lampades, & circulus circa Lunam, & iris, & corruscationes, & venti, & terræmotus. & id includit Liber Meteororum appellatus. Quinta speculatur ea de mineralibus. Sexta speculatur ea de plantis. Septima speculat ea de animalibus. & est Liber dictus de Naturis animalium. Octaua speculatur ea de animabus animalium, & virtutibus apprehensiuis, & quòd homini insit anima, quæ nõ moritur ad mortem hominis, id est quòd substantia spiritualis finiatur. quod est falsum. Earum autem rami sunt septem. quorum Primus est Medicina, cuius intentio est scire principia corporis humani, & dispositiones eius ex sanitate, & ægritudine, & causis, & signis earum ad hoc vt ęgritudo removeatur, et tunc conseruatur sanitas. Secundus est Iudicium stellarum: & est consyderatio faciens iudicium ex figuris planetarum de eo, quod euenit ex rebus mũdi, & tempore, & filijs, & cremento, & ætatibus. Tertius est scientia Physionomię: & est faciens iudicium ex figura, & dispositione eius de moribus. Quartus est Interpretatio somniorum: & est faciens iudicium ex eo, quod est simile de impressione alterius. Quintus est scientia Imaginum: & est copulatio virtutum cœlestium virtutibus aliquoꝝ corporum terrestrium, vt fiat ex hoc operatio extranea in mundo terrestri. Sextus est scientia Præstigiationis: & est mistio virtutum corporꝝ terrestrium, vt fiant ex eis res extraneæ. Septimus est ars Alchimię: & intentio eius est permu-

tare

tare substantias minerales ad perueniendum ad purificationem auri, & argenti, aut in aliqua specie apparentiæ. Lex autem non astringit vt contradicatur eis in aliqua re harum scientiarum. nos vero disputabimus contra Philosophos ex omnibus istis scientijs quatuor disputationibus.

AVEROES.

AIt Auer. Id autem, quod numerauit de octo generibus scientiæ Naturalis est verum secũdum opinionem Aristo. Attamen scientiæ, quas numerauit, quòd sint rami earum, non sunt sic, sicut ipse numerauit. nam Medicina non est ex scientia Naturali. est enim ars factiua, quæ assumit principia sua à scientia Naturali. quoniam scientia Naturalis est speculatiua: Medicina vero est factiua. &, cùm loquimur de re cõmuni in duabus scientijs, erit duobus modis, vt cùm loquimur de sanitate, & ægritudine. nam habens scientiam Naturalem consyderat de sanitate, & ægritudine, in eo q̃ sunt ex passionibus entium naturalium: Medicus vero consyderat de eis, in eo quòd cõseruat vnam earum, & destruit alteram, idest quòd ipse consyderat de sanitate, in eo quòd conseruat eam, & ægritudine, in eo quòd remouet eam. Scientia autem iudicij stellarum non est etiam ex ea, sed est scientia in pronosticando id, quod fiet in mundo: & est species diuinationis. Et huius generis est etiam scientia Physionomię, nisi quòd scientia Physionomię est scientia rerum occultarum, quæ nunc reperiuntur, non autẽ futurarum. Et scientia Interpretationis somniorum est etiam species pronosticationis eius, quod fit. & hoc quidem genus scientiæ non est speculatiuum, nec factiuum, licet existimetur q̃ habetur vtilitas ex eo in operatione. Scientia autem Imaginum est falsa. quoniã impossibile est, si posuerimus quòd situs cœlestis faciat impressionem in rebus, quæ fiunt hic, vt sit illa impressio, nisi in re facta, non autem vt transeat illa impressio huius rei factę ad aliam rem extra eam. Scientia autem Præstigationis sunt scientiæ, quæ ingrediuntur in capitulum mirabilium, & non habent introitum in artibus speculatiuis. Alchimia vero est ars, in qua est dubium an reperiatur. &, si reperitur, impossibile est vt quod fit in ea sit ipsummet naturale. nam ars diminuitur in assimilando naturæ, nec peruenit ad eam in rei veritate. &, si fecerit aliquid simile, quo ad sensum, rei naturali, nõ est apud nos aliquid, quod necessitet falsitatem, nec possibilitatem eius, & quod possibile est vt perueniamus ex eo ad hoc est longa experientia cũ longitudine temporis. Quatuor autẽ disputationes, quas numerauit Alga, nos profecto recitabimus vnamquãq; earum.

ALGAZEL.

AIt Alga. Disputatio prima est iudicium eorum, quòd hæc copulatio, quæ videtur inesse inter causas, & causata, est copulatio, quæ secuta est necessario, & non est in posse, nec possibilitate vnire causam absque causato, nec esse causatum absq; causa. Secunda autem, cùm dicunt quòd animę humanę sunt substantiæ existentes in seipsis, & non sunt innatæ in corpore, & mors est cessatio copulationis earum i corpore cessatione regiminis, sed sunt existentes in seipsis omni hora. & existimauerunt quòd hoc est scitum demonstratione intellectuali. Tertia autem, cùm dicunt quòd istæ animę, est falsum dicere de eis quòd corrumpantur, sed, cùm reperiantur, sunt æternę, & perpetuę, et non imaginatur finitas durationis earum. Quarta vero est, cùm dicunt quòd istæ animæ falsum est dicere quòd redeant ad corpora. Sequitur autem quęstio in Prima disputatione, ex eo quòd ædificatur sup eam affirmatio miraculorum rescindentium cõsuetudines, sicut est conuersio baculi in serpentem, & viuificatio mortuorum, & quiescere Lunam. & portens cursum consuetudinem semper prosequi necessario negat totũ hoc. et expõnunt id, quod ponit in libris Prophetarum de viuificatione mortuorum, & dixerunt quòd intelligitur per hoc, Cauete ne sitis ignari in vita scientiæ. Et exponũt conuersionem baculi fascinationem ex fascinationibus in destructionem rationum diuinarum notarum apparentium mediante Moysi cum erroribus Hæreticorum. Quiescere autem Lunam aliquando id negauerunt, & existimauerũt q̃ nõ est possibile. Attamen non concedunt Philosophi miracula rescindentia consuetudines, nisi tribus rebus, quarum Vna est virtute imaginatiua. nam ipsi existimauerunt q̃ cùm prædominatur, & fortificatur, & non impediunt eam inuolutiones, & sensus respicit in tabula seruata, & imprimuntur in ea formæ particulares, quæ fiunt in futurum. & hoc quidem in vigilia Prophetis, & alijs hominibus in somno. & hoc est proprium Prophetiæ virtutẽ imaginatiua. Secunda vero est propria virtuti intellectiuæ speculatiuę, & deuenit ad fortem extimatiuam, & est celeritas permutandi ex scito ad scitum. & aliquando purificatur, cùm cogitans in eo, ad quod sumitur ratio, & excitæur ad rationem. &, cùm recordatur ratione, excitatur habẽs rationem ex seipso. demũ, cùm occurrit ei terminus medius, excitatur ad conclusionem. &, cùm fuerit in intellectu suo terminus conclusionis, peruenit ad mentem suam terminus medius congregans extremitates conclusionis. Et hoies profecto differunt in hoc. Nam sunt aliqui, qui mouentur ex seipsis: & sunt aliqui, qui mouentur pauca excitatione: & sunt aliqui, qui non comprehendunt cum excitatione, nisi diminutione magna. et, quemadmodum possibile est vt eueniat vltima diminutio non habenti sensationem omnino, ita quòd non mouetur ad intelligendum intelligibilia cum excitatione, sic etiã potest euenire vltima fortitudo, & additio, vt excitetur ad omnia intelligibilia, aut ad plurima eorum, & tẽpore breuiori. & differt hoc quãtitate in omnibus quæsitis, aut aliquibus, & etiam qualitate, ita quòd differt celeritate, & propinquitate. & forte reperietur propinquitas animæ sanctæ puræ, quæ transit in sensatione in omnibus intelligibilibus ad scientiam, & celerrimo tempore. & est Propheta, qui habet mirabilem virtutem speculatiuam, & non indiget in intelligibilibus docẽte, sed quasi ipse addiscit ex se ipso. et est is, q̃ denominatur q̃ quasi illuminatur lumen eius, licet non tangat id ignis: & est lumen præ cæteris luminibus. Tertia vero est virtus animalis factiua, quæ peruenit ad terminũ, quo disponuntur naturæ, & obediũt ei. Et exemplum eius nam anima alicuius nostri, exempli gratia cùm imaginatur aliquid, inseruiunt ei membra corporis, & virtutes, quæ sunt in ea, & mouetur ad partem imaginatam quæsitam, ita quòd, cùm imaginatur aliquid suauis saporis, resoluuntur gengiuæ, & excitatur virtus resoluens humiditatem spermaticã à loco suo. &, cùm imaginatur eorum, excitatur virtus, & induratur instrumentum. etiam, cùm deambulauerit super corpus longum extensum in vacuo, & super trabem, cuius extrema sunt in duobus parietibus, fit fortiter imaginatio eius quòd cadat, & partitur corpus hac imaginatione, & cadit. &, si hoc eẽt super terram, deambularet super eam celeriter, & non caderet, quoniam corpus, & virtutes corporales creatę sunt ad seruiendum, & obediẽdũ animalibus. & differt hoc diuersitate puritatis animarum, & fortitudinis earum. Et non est inconueniens vt perueniat virtus fortitudinis animæ ad terminum, quo inseruiat ei natura necessario, & absque corpore. nam anima eius non est innata in corpore, nisi quòd habet aliquam excitationem, & desyderium ad regimen eius,

eius. & creatum fuit hoc in radice creationis eius. &, quemadmodum oportet vt seruiant ei membra sui corporis, sic nõ est impossibile quin seruiat ei aliquid præter corpus, adeo quòd consyderabit, & perueniet anima eius ad flatum venti, aut descensum pluuiæ, aut inouationem toni, aut terræmotuum, & profundat homines. & hoc quidem peruenit ad frigus vẽturum, aut calidum, aut motum in aere: et fit ex anima eius hęc caliditas, aut frigiditas. & fiunt ex ea hæc absq; causa naturali manifesta. & erit hoc miraculum: licet hoc eueniat aeri dispositio ad recipiendum, sed non peruenit ad hoc vt conuertatur lignum in animal, aut rescindatur Luna, quæ non recipit rescisionem, & extensionem. hæc est opinio eorum de miraculis. Nos vero nõ negamus q̃ sit aliquid eius, quod dixerunt, et q̃ hoc sit Prophetis: negamus tamen sufficientiam eorum in eis tantum, & negationem eorum conuersionis baculi in serpẽtem, & viuificationis mortuorum, & alia. igitur necesse est vt disputemus in hac disputatione ad affirmandum miracula, & aliud: & est ad conseruandum id, ad quod peruenerũt perfectio: et est q̃ Deus omnia potest, & disputabimus in hoc intento.

AVEROES.

AIt Auer. Loqui autem de miraculis, Antiq philosophorum non fecerunt de eo sermonem. q̃m hoc est apud eos ex rebus, de quibus non sunt ponendæ quæstiones discutiendę. nam sunt principia legum: & qui speculatur de eis, et dubitat de ipsis, oportet condẽnari apud eos, quẽadmodum qui speculatur de alijs principijs legis vniuersalibus, sicut, si Deus glo. reperitur: & si summum bonum reperiatur: & si virtutes reperiantur, in quorum esse non dubitatur, & qualitas eẽ eorum est quid diuinum abstractum ab apprehensione intellectus humani. et causa huius est, q̃m hęc sunt principia eorum, quæ operãtur quibus homo erit religiosus. & non est modus ad perueniendum ad scientiam, nisi postq̃ peruenerit ad religionem. et oportet vt non se intromittat ad speculandum de principijs, quæ faciunt dignitatem, anteq̃ perueniat ad dignitatẽ. Et, cùm artes scientificæ non perficiantur, nisi procemijs, & præambulis, quæ primo recipiet addiscens, quanto magis hoc debet esse in rebus, quæ operantur. Quod autem dixit de causis huius nomine Philosophorum est sermo, quem nescio aliquẽ dixisse, nisi Auicennam. Attamen, cùm verificatum fuerit ipsum esse, & possibile sit vt mutetur corpus ab eo, quod non est corpus, nec potentia in corpore absq; mutatione eius, tunc id, quod dedit de causa eius est possibile. tamen nõ omne, quod est possibile, in natura sua potest homo id facere. nam possibile homini est scitum, & plurima possibilia ex seipsis sunt possibilia ei. Igitur veritas q̃ Propheta scindat consuetudines est impossibilis homini, est tñ possibilis in se. & non oportet in hoc vt ponatur q̃ res impossibiles in intellectu sint possibiles Prophetis. Et, cùm bene cõsyderaueris in miraculis, quorum esse verificatum est, inuenies ea esse huius generis. & quod magis manifestum est ex eis in hoc est Liber Dei omnipotentis, qui non destruit consuetudinẽ per vtã auditus, sed probatum est esse miraculum sensu, & cõsyderatione oĩbus hoibus repertis, & qui reperient vsq; ad diem iudicij. & in hoc sunt hæc miracula nobiliora cæteris miraculis. & sufficiat hoc ei, qui non contentat tacere in hac disputatione, & sciat q̃ via electorum in verificatione Prophetarum est alia via, ad quam excitauit nos Aui. in multis locis, et est operatio, prouenięs ab attributo, quo Propheta appellatur Propheta: quæ est notificatio occulti, & positio legum conuenientium veritati, & facientium adipisci ex opationibus id, quod est summum bonum oĩs creaturę. Id vero, quod recitauit de prophetia ex Philosophis, nescio aliquẽ dixisse hoc, nisi Aui. Attamen quod dicunt Antiqui de prophetia, & visione, est q̃ sit ab ipso Deo glo. mediante aliquo ente spirituali, quod non est corpus, & est tribuens intellectum humanum apud eos: & est id, quod appellant Moderni intellectum agentem: & appellatur in lege Angelus. & reuertamur ad id, quod dixit de his quatuor disputationibus.

ALGAZEL.

AIt Alg. Copulatio aũt inter id, quod reputatur ad modũ causæ, & id, quod reputaẽ causatũ, nõ est necessaria apud nos. sed oĩa duo, quoꝝ hoc non est illud, nec illud hoc, & affirmatio vnius non includit affirmationem alterius, nec negatio vnius includit negationẽ alterius, non est ex necessitate esse vnius esse alterius, nec ex necessitate priuationis vnius vt priuetur alterum. sicut est ebrietas & potus, saturatio & cõmestio, combustio & tactus ignis, lumen & eleuatio Solis, mors & diuisio colli, potus medicinæ & fluxus vẽtris & assumptio solutiui. & sic sequimur ad omnia, quę videnẽ ex copulatis in Medicina, & iudicijs stellarũ, & artibus, & dictionibus, quoꝝ copulatio non precessit, & est in posse Dei glo. creare ea æqualr, nõ q̃ sit necium ex se, nõ recipiens quidẽ diminutionem, sed ex posse, & in posse eius est creare saturationem absq; comestione, & creare mortem absq; sectione colli, & facere continuationem vitę cum sectione colli. & sic sequitur in omnibus copulatis. & Philosophi quidem negauerunt possibilitatem eius, & rõcinati sunt de falsitate eius. Et consyderatio de his rebus, quæ excipiuntur ab vniuersali esset longa. attamen exẽplificabimus in hoc cum vno exẽplo, & est cõbustio in stuppa exẽpli gra cum tactu ignis. quia nos concedimus esse tactũ inter ea absq; cõbustione, & concedimus fieri cõuersionem stuppæ cõbustæ in cinerẽ absq; tactu ignis. ipsi tamen negant possibilitatẽ huius. Et sermoni qdem in hac disputatione sunt tria loca. Quoꝝ Primus est vt dicat aduersarius q̃ agẽs cõbustionis est ignis tm̃, et est agẽs naturalr, non aũt electiue: igitur impossibile est ei vt recedat ab eo, quod est ei connaturale, cùm tetigerit subiectum recipiens. Et hoc quidem nos negamus, sed dicimus q̃ agens cõbustionis creauit nigredinẽ in stuppa, & separationem in partibus eius, & posuit eam cõbustam, & cinerẽm, & est Deus glo. mediantibus Angelis, aut immediate: ignis vero est quid inanimatum, non habens quidem operationẽ, quæro quæ est ratio q̃ ipse sit agens: & non hñt rõnem nisi testimonium aduentus combustionis cũ tactu ignis. sed testimonium indicat q̃ aduenit cũ eo, & non indicat q̃ aduenit ex eo, & q̃ nõ sit causa alia præter eum. nã nulla est dĩta in eo, q̃ copulatio spiritus virtutibus apprehẽsiuis, & motiuis in spermate animalis non generetur ex naturis inclusis in calido, frigido, humido, & sicco, & in eo, q̃ pater efficiat embrionem casu spermatis, nec ipse efficit vitam eius, & visum, & auditum, & alia, quæ sunt in eo. et patet q̃ sunt in eo, & tñ nemo dicit q̃ sunt ex eo, sed esse eoꝝ est ex parte primi, aut immediate, aut mediãtibus Angelis deputatis his rebus, quæ fiũt. & hoc est, quod determinant Philosophi, dicentes q̃ in hoc mundo est efficiens, et sermo est cum eis. Igitur declaratum est q̃ esse cum re non indicat q̃ sit ex ea: attamen declarabit hoc exemplo. Et est, qui natus est cęcus, ex eo q̃ in oculis suis est velamen nebulæ, & non audierit ab hoibus dĩam inter diem & noctem, si quidem remouereẽ nebula ab oculis in die, q̃ aperiret palpebras suas, & viderit colores, existimabit q̃ comprehensio habita per oculos suos de pictura colorum, agens eius est apertio visus: & quotiensc̃unq; fuerit visus eius sanus, & apertus, & velamen ablatum, & homo obiectum colora-

tum,

tum, necesse est proculdubio vt videat: ei non intelligit ꝙ nō videt, vsquequo occiderit Sol, et obscuratus fuerit aer, & tunc sciet ꝙ lumen Solis est causa impressionis colorum visui suo: quæro vnde credimus iudicio ꝙ sint principijs esse causæ, ex quibus influuntur hæ inouationes cum tactu inter eas, nisi ꝙ sunt permanentes: & non sunt corpora mobilia vt deficiant: &, si deficerent comprehenderemus separationem, & consydera-
utimus ꝙ sit ibi causa post illam, quam vidimus. & hoc non potest euitari ab eo secundum rationem radicum eorꝝ. & ideo determinauerunt verificantes eorꝝ ꝙ ista accidentia, & innouationes, quæ prouenium cū tactu corporꝝ, et demum cum diuersitate proportionis earū, influant a datore formarꝝ, & est Angelus, aut Angeli, adeo ꝙ dixerunt ꝙ impressio formarum colorum oculo prouenit ex parte datoris formarum: ortus autē Solis, & pupilla sana, & corpus coloratum præparant subiectum ad recipiendum has formas: & affirmauerunt hoc omnt innouato. & hoc quidem destruit rationem eius, qui ratiocinatur ꝙ ignis sit efficiēs combustionis, & panis efficiens saturationis, & solutiuum efficiens sanitatis, & sic alię causæ, & causata.

AVEROES.

AIt Auer. Negare aūt causas efficientes, quas videmus in sensibilibus, est sermo sophisticus. & loquens in hoc, aut cū lingua sua negat id, quod est in corde suo, aut sequitur suolutionem sophisticam, quæ sibi euenit in hoc. & qui aufert hoc, nonne poterit scire ꝙ ois actio impossibile est quin fiat absq; agente? Attamen si istæ causæ sufficiunt ex se operationibus prouenientibus ex eis, aut perficient operationes suas ex causa extrinseca separata, aut non separata, est quid non per se notum, & indiget inquisitione, & cōsyderatione magna. Et, si inuenerunt hoc dubium in causis agentibus, in quibus apparet sensu ꝙ aliquæ agant aliquas, ex eo ꝙ est hic ex agentibus, quoꝝ agens non apparet sensu, hoc quidem nō est verum. nā illa, quorum causæ non apparent sensu, sunt intelligibilia, & quęsita, ex eo ꝙ nō habent sensu causę eorꝝ. Si vero fuerint illa, quoꝝ cāę non apparēt sensu, ignota naturaliter, & quęsita, tunc id, quod non est ignotum, sunt causæ eius sensibiles necessario. et hoc est de actione eius, qui non diuidit inter notum per se, & ignotum. igitur quod adduxit in hoc capitulo est sophisticum. Vlterius quid dicent de causis essentialibus, sine quarꝝ cognitione non intelligitur ens. nam notū est per se ꝙ in rebus sunt substantiæ, & attributa, quæ determinauerūt operationes proprias cuilibet enti. & sunt ea, propter quę differunt substantiæ rerum, & nomina, & definitiones earū. &, si non esset cuilibet enti operatio sibi propria, non esset ei natura sibi propria. &, si non esset ei natura sibi propria, non esset ei nomen sibi proprium, nec definitio: & essent omnia eadem, & non eadem. nam de eodem interrogaretur an sit ei operatio vna sibi propria, siue passio, siue propria, aut nō habet operationē. &, si habet operationē sibi propriā, igit hæ sunt operationes propriæ prouenientes à naturis proprijs. &, si nō habebit vnam operationē sibi propriā, igitur vnū non est vnum. &, cum auertur natura vnius, auferetur natura entis, & cum auertur natura entis, sequi priuatio. Attamen operationes prouenientes à quolibet ente necessariæ actionis in eo, cuius natura est vt agat, an sunt electiue, aut possibiles vt plurimum, aut est eis vtrūq; simul, est quæsitum, in quo debet fieri speculatio. nam actio, & passio vna inter quælibet duo entia ex entibus est propter aliquam relationem relationum infinitarum: & tam datur relatio sequens relationem: quare non decidemus de igne, si approximatus fuerit corpori sentienti ꝙ agat proculdubio, quoniam non est inconueniens, quin sit ens, cui sit ad corpus sentiens relatiō quæ relatio impediet operationem ignis, vt dicitur de lapide balnei, & alijs. hoc tamen non faciet necessario negationem ignis ab attributo combustionis, quotēcunq; perseuerabit esse ei nomē ignis, & definitio eius. Quòd vero entia, quæ fiunt, habeant quatuor causas, agens, materiam, formam, & finem, est notum per se. & sic etiam eas esse necessarias in esse causatorum: & præcipue illas, quæ sunt pars rei causatæ, s. quam appellant aliqui materiam, & aliqui conditionem & subiectum, & aliqui formam, & aliqui attributum animale. Loquentes autem confitentur ꝙ sunt hic conditiones, quæ sunt necessariæ in conditionato, sicut id, quod dicunt, quòd vita sit conditio in scientia: & sic confitentur quòd rebus sunt verificatio, & definitiones, & sunt necessariæ in esse entis: quare perseuerant iudicium in hoc palam, & occulte eodem modo. & sic faciūt in passionibus sequentibus substantiam rei: & est id, quod appellant rationem, sicut dicunt quod adaptatio in ente indicat quòd agens sit intelligens: & esse ens, in quo est intentio ad aliquem finem indicat quòd agens scit ipsum. intellectus enim nihil aliud est, nisi apprehensio entium cum causis suis. et in hoc differt ab alijs virtutibus apprehensiuis. & qui aufert causas aufert intellectum, & ars Logice ponit positione quòd sint hic causæ, & causata, & quod scientia illorum causatorū non erit perfecte, nisi ex scientia causarum eorum. Igitur negare hæc destruit scientiam. nam sequitur quòd non sit hic aliquid scitū omnino scientia vera: sed, si fuerit, erit imaginatum. & non erit hic demonstratio, nec definitio omnino, & auferentur species prędicatorum essentialium, ex quibus componuntur demonstrationes. Et ponens quòd non datur scientia vna necessaria, sequitur ei vt non sit hoc suum dictum necessarium. Qui vero confitetur quòd sunt hic aliqua talia, & aliqua non necessaria, et iudicat anima de eis iudicio imaginatiuo, & existimat quòd sunt necessaria, & tamen non sunt necessaria. Philosophi quidem non negant hoc et. &, si appellant hoc consuetudinem, est possibile: sin autem, nescio quid intelligunt per nomen cōsuetudinis, an intelligunt quòd sit consuetudo agentis, aut consuetudo entium, aut consuetudo eorum apud iudicium de istis entibus. & falsum est vt Deo sit consuetudo. nam consuetudo est habitus, quem acquirit agens, qui facit reiterationem actionis ab eo vt plurimum: & Deus glo. dixit Ego vero dominus non mutor: & non est in eo aliquid mutationis omnino. Si vero intelligūt quòd sit consuetudo entium, consuetudo quidem non est nisi in habentibus animam. si vero fuerit in non habentibus animam, est verificatio naturę. & hoc quidem non negamus, scilicet quòd sit in entibus natura determinans rem aut necessariam, aut vt plurimum. Quòd autem sit in nobis consuetudo in iudicio de entibus, hæc quidem consuetudo nihil aliud est, nisi actio intellectus, quam determinat natura eius, & ea itellectio est intellectus. & non negant Philosophi talem cōsuetudinem. & est dictio sophistica, cùm verificabitur quòd non sit sub ea aliquid, nisi quòd sit actio positiua: sicut dictmus procedit tale agēs vt faciat hoc & hoc, ideſt quòd ipse id faciet vt plurimum. et, si hoc fuerit, essent omnia entia positiua, & non erit ibi scientia omnino, qua attribuitur agenti quòd sit sapiens. et, sicut dixtmus, non debemus dubitare quòd talia entia aliquod eorum agit in aliquod, & ex aliquo, & ipsa non sufficiunt ex seipsis in hac actione, sed indigent agente ab extra, cuius actio est conditio in actione eorum etiam i esse eorum, quanto magis in actione eorum. Quæ autem sit substantia huius agentis, aut agentium, differunt in eo Sapientes quibusdam modis, & non differunt quibusdam

Intellectus nihil aliud est nisi apprehensio entium cum causis suis.

modis. nam omnes conuenerunt in hoc, quòd agens primum est separatum à materia: & hoc agens operatio eius est conditio in esse rerum, & esse operationum earum. & peruenit operatio huius agentis his entibus, mediāte aliquo intellecto ei, quod est aliud ab istis entibus. & aliqui ponunt id esse cœlum tantum: & aliqui ponunt cum cœlo aliud ens remotum à materia: & est id, quod appellant datorem formarum. & nō est hic locus speculationis de istis opinionibus. & nobilius eorum, de quibus speculantur Philosophi, est hoc. &, si fueris ex eis, q desyderāt has veritates, vade ad quodlibet eorum in capitulo proprio. Accidit tamen quæstio in innouatione formarum essentialium, & præcipue animarum: quoniam non possunt attribuere hoc calido, frigido, humido, & sicco, quæ sunt causæ eius, quod fit hic ex naturis, & eius, quod corrūpitur. Deharꝝ autem sunt, qui attribuunt omne, quod videtur hic ex eo, cuius non est causa, quæ attribuatur calido, frigido, humido, & sicco. & dicunt ꝙ, cùm ista elementa miscentur aliquibus commistionibus, fiunt hæ res, tanꝝ sequentes illas mistiones, sicut fiunt colores, & alia accidentia. & Philosophi conati sunt dubitare contra istos, & primum contra eū, qui locutus est de causa.

ALGAZEL.

AIt Alg. Locus autem Secundus est cum eo, qui confitetur ꝙ hę innouationes influunt à principijs innouationum: dispositio tamen ad recipiendum formas prouenit ab his causis apparentibus, quæ reperiuntur agentes, nisi ꝙ illa principia extra prouenunt res ex eis consecutiue & naturaliter, nō autem per viam consilij & electionis, sicut prouenit lumen à Sole. Attamen sunt differētes in dispositione circa receptionem propter diuersitatem dispositionū earum. nam corpus diarum recipit radium Solis, & reddit eū, adeo ꝙ illuminat eo alium locum: opacu vero hoc non recipit. & aer non impedit extensionem luminis eius: lapis vero impedit. & aliqua dissoluuntur in Sole, & aliqua indurantur: & aliqua dealbantur, vt sunt panni lutorum, & aliqua denigrantur, vt facies. principium autem est vnum, & impressiones sunt diuersæ ex diuersitate dispositionum in subiecto. & sic principia entitatis influxus eorum et, quod prouenit ex eis, nulla est in eo prohibitio, nec diminutio: diminutio tamen est in recipientibus. et, cùm res sic se habuerit, quotiēscunque posuerimus ignem in conditione sua, & posuerimus duas stuppas sibi contigit ab eo eodem modo, quomodo imaginetur vt comburatur vna earum, & non alia? & ibi nulla est electio. Et propter hoc negauerūt casum Abraæ ignem caldum cum priuatione combustionis, & remanentia ignis: & existimauerunt ꝙ hoc est impossibile, nisi negando caliditatem ab igne. & hoc aufert et ꝙ non sit ignis, aut concedendo conuersionem substantiæ ipsius Abraæ in lapidem, aut aliquid, in quod non agit ignis. & hoc non est possibile, & illud etiam non est possibile.

AVEROES.

AIt Auer. Qui putauit ex Philosophis ꝙ hæc entia sensibilia non agunt admixtem, sed agēs eorum est principium ab extra, non poterit dicere ꝙ id, quod videtur de actione alicuius eorum in aliquod, est quid falsum in totum, sed dicet ꝙ ipsa agunt admixtē dispositionem ad recipiendum formas à principio ab extra. Attamen nescio aliquem Philosophorum hoc dixisse simpliciter, sed dixerunt hoc in formis essentialibus. in accidentibus tamen omnes conuenūt ꝙ calidum agit calidum sibi simile, & sic alię qualitates quatuor, non ex eo ꝙ comprehendit eas caliditas ignis elementalis, & caliditas prouenies à corporibus cœlestibus. Quod autem attribuunt Philosophis ꝙ principia separata agunt naturaliter, nō electiue, nemo hoc dixit, cui adhereatur. sed omnis habens scientiam agit apud eos electione. tamen propter dignitatem, quæ est eis, non prouenit ex duobus contrarijs, nisi dignius eis: & electio eorum nō est propter aliquid, quod perficiat substantiam eorum, cùm in substantijs suis nulla sit diminutio, sed vt perficiatur id ex entibus, quod habet diminutionem in natura sua. Quod autem attribuūt ex dubitatione miraculi Abraæ, nemo hoc dicit, nisi Epicurei ex gentibus Hitmachitus. Nam sapiens es, & Philosophi, non est concessus eis sermo, nec dubitatio in principijs legis. & qui hoc facit, apud eos est condemnandus magna condemnatione. nam quoniam omnis ars habeat principia. & necesse est speculanti in illa arte vt recipiat principia eius: & non debet dubitare eis in affirmatione aut negatione: ars quidem operativa legis dignior est in hoc cæteris. nam conclusio à puericia in virtutibus legis est necessaria apud eos. non autem in cę hominis, in eo ꝙ est homo, sed in eo quod est homo sapiens. quare oportet omnem hominem recipere principia legis: et procul dubio vt ex altet cum, q possunt ea. nam negatio eorum, & dubitatio in eis destruit esse hominis. quare oportet interficere Hæreticos. & quod debet dici de eis, est ꝙ principia eorum sunt res diuinæ, in quibus conuenire debent intellectus humanæ ad confitendum eis cum ignorantia cuiuscumq; eorum. quare non inuenimus aliquem Antiquorum loqui de miraculis cum patefactione eorum in mundo. nam sunt principia constitutionis legum: & leges sunt principia virtutum. & nō vt dictum de eis post mortem. et cum nutritus fuerit homo in virtutibus legis, tunc erit gloriosus timp'ieter. &, si contra fuerit eis tempus, & tortunum, adeo ꝙ erit ex sapientibus profundis in sapientia. & mittit ei expositio à cuius principe principium eius, præcipitur ei vt non exprestat pactionem expositionem eius, & dicat quod sunt res, prout scribuntur, vt dixerunt sapientes nostri in eo, quod dixit, & vt dixit usque ad Angelum bonor Dei est abscondere rem. hę sunt definitiones legum, & definitiones sapientum.

Quo pacto principia legis non habeāt ea legis.

ALGAZEL.

AIt Alg. Et responsio ei est ex duabus vijs, quarum Prima est vt dicatur non cōcedimus quod principia non agūt electiue, & quod Deus glo. non agat voluntarie. et iam pertecimus destructionem rationum eorum in hoc in disputatione innouationis mundi. &, cùm affirmabitur quod agens creat cum sua voluntate combustionem cum contactu ignis ad stuppam, possibile est in intellectu vt non creet eam cum contactu existenti.

AVEROES.

AIt Auer. Id autem, quod hic potuit ad cōstituendum dubium in ire, est id, quo expectauerūt, & dicerut ꝙ non est ei ratio in hoc, & est ꝙ agens primum creat combustionem absque medio, quod creauerit vt sit combustum ab igne. nā eis error expellit sensus cui ea esse causarum, & causatorum. & nullus Philosophorum dubitat quod combustio prouenit ex igne in bombicem, exēplgratia ignis agit in eum. at non simpliciter, sed propter principium ab extra, quod est conditio in esse ignis, quanto magis in combustione eius. differunt tamen in hoc principio quid sit, an sit separatum, aut sit mediante aliquo inter innouatum, & separatum præter ignem.

ALGAZEL.

AIt Alga. respondens pro Philosophis. Si dicat hoc, inducit ad tolerandum multa inconuenientia. Nam, cū negatis cōsequentia causarum à causis, et attribuunt voluntati creatoris eos, et eos et

voluntari cõsuetudo propria demonstrata talis, sed ipsamet, & in specie sua hora actionis, tunc erit possibile vnicuiq; nostrum vt sint ante eum animalia lædentia, & ignis inflammans, & mons profundatus, & inimici tenentes enses. & tamen ipse non videt eos, quia Deus glo. non creabit ei visum. Et qui dimisit librum domi, possibile est vt conuersus sit, cùm reuersus fuerit domum, in iuuenem intelligentem, aut in serpentem. &, si dimiserit puerum domi, possibile est vt conuertatur in canem. aut, si dimiserit cinerem, possibile est vt conuersus sit in myrrham, & vt conuertatur lapis in aurũ, & aurum in lapidem. Et, si interrogant eum de aliquo horum, debet dicere nescio quid sit domi nunc: sed id, quod tantum scio, est q; ego dimisi librum domi, et forte nunc est equus, & tædauit bibliotecã vrina, & stercore. & ego dimisi domi vegetem, et forte conuersa est in arborem pomi. nam Deus glo. omnia potest. & non est de necessitate equi vt fit creatus à spermate, nec de necessitate arboris vt creetur à grano etiam, nec est ex necessitate eius vt creetur ex aliquo. & forte creantur aliqua, quæ nunq; fuerunt in esse. &, cùm aspexerit hominem, quem nunq; vidit hucusq;, & dicatur ei an sit hic creatus, debet respondere, & dicere, nobis possibile est q; aliqui tres fuus dulces, qui sunt in platea, cõuersi sunt in homines. et est hic homo. nã Deus potest omne possibile, & hoc est possibile. & impossibile est quin respondeatur et. ex hic est modus, in cuius imaginatione amputeai falsitas. & hoc tm sufficiat. Et potq; narrauit hoc pro Philosophis, adduxit risionem, et dixit,

AVERROES.

AI Auer. Omnibus concesserint Loquẽtes q; oppositum in entibus sunt possibilia æqualiter, et q; sunt in ipsa agente, & nõ appropriatur vni oppositorum, nisi ex voluntate agentis, non autem q; voluntas eius constanter procedit, nec semper, nec vt plurimũ, propter hoc eorum, quod intulerũt Loquẽtes ex inconuenientibus sequentes eis. Nam scia vera est scia rei, prout est. Et non potest esse in esse nisi possibilitas duoꝝ oppositorum, tunc agenti, & agenti, non erit hic scientia præcedentes de re omnino, nec q; ictu oculi, cũ posuerimus agens huiusmodi prædominans entibus, sicut Rex magnus, cui est dominium supremum, non erit aliqd difficile in regno suo, nec scitur de eo ordo, ad quem procedit, nec consuetudo. nã operationes huius Regis necesse est vt sint ignotę naturaliter: &, cùm reperitur aliqua operatio eius, erit continuatio esse eius in omni instanti ignota naturaliter. Euadit autem Alga. ab istis inconuenientibus. quoniam Deus glo. creauit nobis scientiam, q; ista possibilia non euenient nisi temporibus deputatis, ac si diceres hora miraculi. Et tamẽ non est euatio vera. nam scientia creata nobis est semper quid sequens naturam entis. verum enim est vt credatur q; res sit in ea dispositione, qua est in esse. &, si esset nobis scientia de his possibilibus, tunc esset in entibus possibilibus dispositio, qua ei est alligata scientia nostra. & hoc quidem aut propter ipsasmet, aut propter agens, aut propter vtrunq;. & est id, quod proferunt nomine consuetudinis. &, cùm sit falsum q; reperiatur hæc dispositio, quæ appellatur cõsuetudo primo agenti, non remanet ergo vt sit nisi in entibus. & hoc est, quod appellãt Philosophi, vt diximus nomine naturæ. & sic scientia Dei glo. de entibus, licet fuerit causa eorum, sequuntur etiam sciam eius. quare necesse est vt sit ens sim conuenientiam notitiæ eius cum scientia, & notitia reuertionis Socratis, exempli gratia, si fuerit Prophetа, ex notificatione Dei glo. et, tunc causa q; sit secundum conuenientiam scientiæ nihil aliud est, nisi q; natura entis sequitur scientiam æternam. nam scientia, in eo q; est scientia, non est alligata et, quod non habet naturam completam. & scientia Dei glo. est causa q; prouenat illa natura, quę reperitur, & est et alligata. et ignorantia nostra de possibilibus non est, nisi qa ignoramus hãc naturam, quæ determinat et esse, aut privationem. nã, si essent opposita in entibus æqualiter propter sepsa, aut propter causas agẽtes ea, sequeretur necessario aut q; non reperiantur, & non corrumpantur, aut q; reperiantur, & corrumpantur simul. &, cùm res sic se haberet, impossibile est quin inclinetur vnum duorum oppositorum ad esse. & scientia de esse huius naturæ est id, quod necessitat esse vnum duorum oppositorum perfecte. & scientia alligata ei est aut scientia id præcedens, & est scientia, à qua est causatum, & est scientia antiqua: aut scientia sequens, & est scientia non antiqua. & ictre occultum nihil aliud est nisi inspicere hanc naturam, et peruenire ictentiam nobis de eo, in quo nõ est, nobis ratio præcedit eam. & est id, quod appellatur in hominibus consilium, Prophetis vero prophetia. voluntas vero ęterna, & scientia ęterna sunt, quæ faciunt in entibus hanc naturã. & hoc est id, quod dixit Deus glo. Occulta sunt Deo domino nostro, &c. & scias hodie, &c, & hæc quidem natura aliqualiter erit necessaria, & aliqualiter erit vt plurimum, & visio, & Prophetia non est nisi scientia de hac natura in entibus possibilibus. & artes, quæ determinant pronosticationem eius, quod erit in futurum, est eis impressio impressionum huius naturæ, aut mensura, aut appella eam vt vis, scilicet quæ peruenit ex seipsa, cui alligata est scientia.

ALGAZEL.

AIt Alga. Secunda autem via, qua est euasio ab istis dubitationibus, est vt cõfiteamur q; ignis creatus est dispositione, qua, cùm contangunt eum duę stuppę simul similes, comburit eas, & non distinguit inter eas, cùm fuerint similes omnimode. Attamen hoc est ettam possibile, vt proiectatur aliquid in ignem, & tamen non comburitur, aut propter mutationem attributi ignis, aut propter mutationẽ attributi rei. & fit ex Deo glo. aut ex Angelis aliquod attributũ ignis, tta q; sufficit caliditas eius corpi, & nõ id trãsit, & remanet

& remanet cum eo caliditas eius, & erit fm formam ignis, & verificationem eius, sed non transit caliditas eius, & impressio eius. & fit in corpore humano attributum, quod non abstrahit id, quin sit caro, & os, & aufert escharam ignis. qm̃ nos videmus q;, qui emplastratur cum Altelach, & postea sedet in furno inflãmato, non lędit̃r, & non comburit̃ in eo. & qui non vidit hoc, id negat. et sic negatio aduersarij quę vlt posset adtribuendum aliquod attributum ignis, aut corpori humano, quod prohibeat combustionem, est sicut negatio eius, qui non vidit Altelach, & attributum eius. Et in excelsis viribus Dei glo. sunt extraneitates, & mirabilia: & nos non videmus omnia. & non debet negari possibilitas eorum, & iudicamus falsitatem eorum. & sic est viuificatio mortuorum, & conuersio baculi in serpentem, & manus nobilis, & munda facta est alba hoc modo: & est q; materia recipit omnia essentialiter. & terra, & oia elementa mutantur in plantam, deinde plãta mutatur, cũ comedit eam animal, & erit sanguis, deinde sanguis conuertitur in sperma, deinde sperma proficitur in matricem, & erit creatura in aialibus. & hoc quidem erit iudicio consuetudinis in longo tẽpore. & non negat aduersarius quin sit in posse Dei glo. vt regat materiam in his inouationibus tempore breuiori, q; id, in quo consuetum est. &, cùm fuerit possibile breuiori tempore, igitur nõ est in potentia Dei glo. qn accelerentur hę potentiæ ad faciendum opationes suas cito, & prouenit in eis id, quod est miraculum Prophetis. Si vero dicitur q; hoc prouenit ex anima Prophetæ, aut ex principio principorum cum delyderio Prophetæ, dicimus q; ipsi concesserunt possibilitatem desensus pluuiæ, & tonorũ, & terræ motus, vt tute antmarum prouementium ex eis, aut ex alio principio: ergo sermo nr̃ in hoc est sicut vester in illo. & quod melius est nobis, & vobis est attribuere hoc Deo glo. aut immediate, aut mediantibus Angelis. sed hora verificationis aduentus eorum versatur cogitatio Prophetæ in ea, et innititur ordo in die conuenienti, cùm ostenderit sequi ordinem principij. & hoc inclinat modum ipsius esse, & erit res ipsa in anima eius possibilis, & principium eius est bonus mos, sed non influitur ab eo inclinatio, nisi cùm inclinat necessitas ad esse eius, & fit bonum demonstratum tale, & nõ erit bonum demonstratum tale, nisi cùm indiget Propheta ad stabilendũ prophetiam suam ad inuentionem boni. & hoc totum est conuenies processus verborum eorum, et sequitur ea, & quotiẽcunq; aperuerint tanuã vnitatis creatuꝝ præcise, differt consuetudo hoium. nam mensura huius proprietatis non cõtinuat in intellectu possibilitas eius, & non sequitur cum eo falsitas eius, quod consuetũ est cõcedi, & narratio libri in verificatione eius. Demum non recipit formam animalis, nisi sperma, sed influunt potentię aiales ei ex Angelis, qui sunt principia entium apud eos, & nõ figuratur aliquid ex spermate hois, nisi hõ, & ex spermate equi, nisi equus. aduentus. n. eius ab equo fecit inclinationem ex proportione formæ equi præ cæteris formis, & nõ recipit nisi formam inclinantem hoc modo. et propter hoc non nascitur omnino ex hordeo tritici, nec ex grano persici pomum. postea videmus aliqua gña aialium nasci ex terra, & non gñant oino, vt sunt vermes: & aliqua sunt, quæ generãtur, & generant, vt est mus, & serpens, & scorpius, & generãtur ex terra, & diuerlificat dispositio eoꝝ ad recipiendum formas ex rebus occultis nobis, et impossibile est viribus humanis scire ea, cũ non influatur forma apud eos ex Angelis sufficienter, & nec extimatione, & transitiue: sed non influitur oino, nisi quod cõsyderatur receptio eius in eo, quod sit dispositum i se. & dispositiones sunt diuersæ, & principia eorum apud eos sunt mutationes potentiarum stellarũ, & coniunctiones earum, & diuersitas proportionum corpoꝝ cœlestium in motibus suis. Igit paret ex hoc q; principia dispositionum in eis sunt res extraneę, & mirabiles, adeo q; peruenient ad capitulum imaginum ex scientia proprietatum substantiarum mineralium, & scientia tudien stellarum, & ad mistionem potentiarum cœlestium cũ proprietatibus mineralibus. & accipiũt figuras ab istis rebus terrestribus, & quærunt virtutem propriam præ cæteris virtutibus, & faciunt cum ea res extraneas in mundo. & aliqñ expellunt serpentes, & scorpiones ab aqua ciuitate, & muscas ab alta, & alta ex istis mirabilibus sciunt in rebus imaginum, &, cùm prouentant à rebus extraneis principia dispositionum, & non scimus ea, & non erit nobis via ad comprehendendum ea. igit vnde scitur falsitas aduentus dispositionis aliquibus corporibus ad mutãdum in innouationibus breui tempore, adeo q; disponitur ad recipiendum formam, ad quam nõ erat dispositus antea. & hoc excitat ad miraculum, & non negatur nisi grossitie cordis, & obliuione enim superiore, & ignorantia tectetore Dei in creatione. & q; discurrit inductiue in mirabilibus mundi, non negat in posse Dei glo. id, quod dicit de miraculis Prophetarũ in tẽpore deputato. Si aũ dixerint vos adiuuamus vos in hoc, q; oẽ possibile attribuitur posse Deo glo. et vos adiuuatis nos in hoc, q; oẽ inconueniens non est consyderatum: & ex rebus aliquę sunt, quare falsitas scitur: & aliquę, quare possibilitas scitur: & aliquæ, quæ iant firmatio intellectus, & nõ determinat in eis falsitatem, nec possibilitatem: nunc vero quæ est definitio inconuenientis apud vos, si quidẽ est cõgregatio inter negationẽ, & affirmationẽ in eadem re eodem tpe. dixerunt q; oia duo, quoꝝ hoc quidem non est hoc, & hoc quidem non est hoc, non determinat esse vnus eorũ esse alterius. & dixerunt q; Deus põt creare voluntatem absq; scia de re volita, & creare sciam absq; vita: & potest mouere manum mortui, & reddere eũ, vt scribat cũ manu sua corta, & pergamena, & incumbet artibus: & in eo est apertio oculi, & acuitur visus eius, tamen non videt, et non est in eo vita, nec posse ad eam. has autem operationes ordinatas creat Deus glo. cùm motione manus suæ. & motus est ex parte Dei glo. &, cùm concesserimus hoc, destruitur dicta inter motum voluntarium, et factum ex tremore: & non indicat operatio apta sciam, nec posse agentis. Et oportet vt consyderemus q; cõuertantur genera, & conuertitur substantia in accidẽs, & conuertitur scia in posse, & nigredo in albedinem, et vox in odorem, sicut consyderauimus de conuersione inanimati in animatum, & lapidis in aurum. & sequitur etiã ex eo ex inconuenientibus, quæ non possunt numerari. Responsio aũt est, q; inconueniens nõ attribuitur posse eius, et inconueniens est affirmatio rei cũ negatione eius, aut affirmatio particularis cũ negatiõe vniuersis, aut affirmatio amborum cũ ablatione vnius, et quod non venit in hoc non est inconueniens, et id, quod non est inconueniens, iã consyderatur. aggregatio aũt inter nigredinem, et albedinẽ est inconueniens, qui intelligit ex affirmatione formæ nigredinis in subiecto ablatio dispõnis albedinis, et esse nigredinis. igitur quẽadmodum ablatio albedinis intelligitur ex affirmatione nigredinis, sic etiã affirmatio albedinis erit cum negatione eius inconueniens. impossibile tñ est esse indiuiduum in duobus locis: quãdo nos intelligimus ex eo q; est domi, q; non sit in alio loco præter domum. et impossibile est consyderare id esse præter domum, cum eo q; est domi, quod intelligitur ex negatione præter domum. et sic intelligitur per voluntatem quæsitum notum. et, si ponit quęlibet, et non fuerit scia, non erit voluntas, et erit ideo remotio eius, quod posuimus. inaiatum autẽ est inconueniens, vt

ereet in eo sciam, nam nos intelligimus per inuatum id, quod non comprehendit. &, si esset creata in eo cõprehensio, erit appellatio eius inuatum in eo, quod intelle
ximus inconueniens, &, si non comprehẽdit appellare hoc scientiam, & non comprehendit subiectum suum, oino est inconueniens. hic quidem est modus falsitatis eius. Conuersio vero geneꝝ altqd Loquentium dixe runt ꝙ est quid consyderabile Deo glo. & dicunt nos ponimus rem aliud nõ intelligibile, nã nigredo cũ conuersa est impossibile, exempli gra, tunc quæro an nigredo remanet, vel nesi corrumpit, igit nõ conuertit, sed corrumpit nigredo, & reperit posse. &, si ambo reperient, tunc non conuertit, sed copulat et aliud. &, si remanet nigredo, & posse corrumpit, tunc nõ conuertit, sed remanet prout est. &, cùm dicimus conuersus est sanguis in sperma, intelligimus in eo, ꝙ illa eadem materia spoliata est forma, & recepit aliam formam. & quod puenit ex hoc, est ꝙ forma corrupta est, & forma generata est, & ibi est materia antiqua, in quam veniunt formæ succesiue. et sic, cum dicimus conuersa est aqua in aeré caliditate, intelligimus in eo ꝙ materia illa recipiẽs mutabilis recepit formã aeris, & spoliata est forma aquæ, sicut diximus antea. & sic, cùm dicimus ꝙ cõuersus est baculus in serpentem, & terra in animal. & non est iter accidens, & subsantiã materia communis. & hoc quidem est inconueniens hoc modo. & sic non est inter nigredinem, et posse materia cõis. motus vero manus ab ipso Deo glo. in mortuo, & erectio eius, ac si eet viuus, qui sedet & scribit, adeo ꝙ fit ex motu manus eius scriptura ordinata, non est inconueniens in ipso, quoniã cunꝙ deputabimus inoua tones voluntati eligenti: videtur vero negandum, cũ succedit cõsuetudo in cõtrariũ eius. cũ aut dicitis destruit in eo ratio adaptationis operationis sciæ agentis, non est verum. nam agens est Deus glo. & ipse est adaptans, & agens eius. Cũ autẽ dicitis ꝙ non remanet dria inter motum terræmotus, & motum ele tuum, dicimus ꝙ comprehẽdimus hoc ex nobis ipsis. quia nos videmus ex nobis ipsis driam inter ambo ista, & proferimus ex hac dria posse, & scimus ꝙ ex duabus partibus possibilibus, vna quidem est in vno tempore, & alia in alio tempore: & est inuentio motus cum posse ad eum in aliquo tempore, & inuẽtio motus ab ꝙ posse in alio tempore. cùm vero inspiciemus alios, & videmus multos motꝰ ordinatos, proueniet nobis scientia de posse eius. igit hæ sunt sciæ diuersæ, quas creat Deus glo. in curtu consuetudinum, ex quibus sequitur esse vnius partium possibilis, & non declaratur ex eo tabitas alterius partis, vt dictum est.

AVERROES

AI: Auer. Qm vidit sermonem, ꝙ nõ sunt rebus attributa propria, nec formæ, ex qbus sequuntur operationes propriꝝ in quolibet ente, eẽ sermonem in vtilitate inconuenientiæ, & quid aliud ab eo, quod intelligunt homines, ideo cõcessit hunc sermonem, & permutauit negationem suam ad duo loca: quorum Vnus est, ꝙ possibile est vt repertantur hæc attributa enti, & non reperit eis impressio, in eo ꝙ currit eius consuetudo vt reperiat ei, vt ignis, exẽpli gra, cui posse est vt reperiatur ei caliditas, & non comburet id, quod tãgit, licet natura eius sit vt comburatur, cũ approximet et ignis. Secũdus vero locus est, ꝙ nõ est formis proprijs cuilibet enti materia propria. Sermo aũt primus non negatur. nã constitent eum Philosophi. actiones. n. agentium, nõ est emanatio operationum earum necessaria propter ea, quæ sunt ab extra, & non prohibetur quin. opulei ignis bombici, exẽpli gratia in aliquo tẽpore, & nõ comburat eã, si reperit ibi aliquid, ex cuius copulatione bõbicitas eius est bõbix, nõ recipiens cõbustionẽ, vt dicit de lapide Altelach cum aiali. Quòd autem materiæ sint cõditio ex cõditionibus entiũ habentium materiam est quid, quod nõ possunt Loquentes euadere ab eo. nam sicut dicit Alg. non est dria inter negare nim, et affirmare nostrum rem ipsam simul: aut negare nostrum, & affirmare nostrum partem eius simul: quemadmodum cùm constituantur res ex duobus attributis vniuersali, & proprio, & sunt quę significant Philosophi nomine definitionis, cõpositæ quidẽ apud eos ex genere, & dria. & non est differentia inter negationem entium, & negationẽ vnius horum duoꝝ attributorum. v. gr. cùm constitutio hominis fuerit ex his duobus attributis, quorum vnum est vse, & est animalitas, exempli gratia, et aliud proprium, et est ratio, tunc quemadmodum nos, cùm auferimus ab eo, ꝙ sit rationalis, non remanebit homo, sic etiam cùm auferimus ab eo, ꝙ sit animal. nam animal est conditio in rationali. &, cùm remouetur conditio, remouetur conditionatum. & nulla est differentia inter Loquentes, & Philosophos in hoc, nisi i rebus particularibus, in quibus tenent Philosophi ꝙ attributa vniuersalia sunt eis conditio, vt sunt attributa propria. Loquẽtes vero nõ tenent hoc, sicut calidum & humidum, quæ sunt apud Philosophos ex conditione animalitatis in animali generabili et corruptibili, quia sunt vniuersaliora animalitate, vt est animal cum rationali. & Loquentes nõ tenent hoc: quare audies eos dicentes non ex conditione vitæ apud nos dispositio, & senectus. et sic figura apud eos est conditio ex cõditionibus vitę propriis entibus, habentibus figurã. nam, si non esset conditio, erit posse alterum duoꝝ: aut. n. erit proprietas asali, & non erit ei opatio eius omnino, aut non erit. v. g. qm manus apud eos est instrumentum intellectus, ex quo emanant ab homine operationes intellectuales, vt scriptura, & aliæ artes. &, si esset possibile esse intellectum in asino, tunc possibile esset vt sit intellectus, ab ꝙ eo ꝙ reperatur operatio eius, quæ emanat ab eo. sicut, si esset possibile vt sit caliditas, ablq eo ꝙ caletaciat id, cuius natura est vt caleſiat ab eo. Igitur omne ens apud eos est ei quantitas terminata, licet habeat latitudinem cuilibet enti apud eos. & est et qualitas terminata etiã, licet habeat latitudinem apud eos. & sic esse entium est terminatũ, et tempus durationis eorum est terminatum: licet habeat latitudinem etiã, sed est terminata. Et non est differentia inter eos in hoc, ꝙ entia, quæ communicãt eadem materia, talis quide materia eorum aliqñ recipit vnam duarum formarum, & aliquando recipit oppositam eius: sicut est apud eos in formis corporum simplicũ quatuor, quæ sunt ignis, aer, aqua, & terra. sed differentia est in non habente materiam communem, aut eis, quorum materiæ sunt diuersę, an sit possibile vt alicui quod eorum recipiat formas alterius. v. g. id, cuius natura est vt videatur non recipere aliquam formam formarũ, nisi multis medijs, an sit possibile et vt recipiat formam vltimam absq medijs. v. g. ex elementis componitur planta, deinde ea nutritur animal, et generatur ex ea sanguis, & sperma, deinde generatur ex sanguine & spermate animal. Loquentes quidem dicunt ꝙ forma hominis potest inesse terræ absq istis medijs, quæ videmus: Philosophi vero negant hoc: et dicunt, si hoc esset possibile, erit sapientia vt creet hominem absque istis medijs: & erit creatio eius huiusmodi magis cõueniens, ꝙ aliæ creationes, & magis potens ipsis. & vnaquæq; harũ duarũ sectarũ determinat ꝙ id, quod dicit, est notum per se: & nulla earũ habet rõnem in opinione sua. tu autem prepara cor tuum, & quicquid dicet tibi, sit positio tua, cui debes credere: & est id, quod iussum est tibi. & Deus glo. ponat nos, & te ex hominibus veritatis, & conuentię. Et opinatus est aliquis Maurorũ ꝙ Deo glo. attribuit posse cõgregare duo opposita, &

ta. & consyderatio eoꝝ est ꝙ determinatio intellectus de impossibilitate huius rei est quid, in quo innatus est intellectus, si vero innatus esset in natura determinate possibilitatem eius, non negaret hoc, & id admitteret. Attamen sequeret eis vt non sit intellectus natura perfecte puenientis nec entibus, & non erit veritas reperta in eo sequens esse entis. Loquentes vero verecũdantur ex hoc sermone. &, si tenerent eum, esset magis conseruans positionem eorum ab incõuenientibus euenientibus eis in hac re ex aduersarijs. qm ipsi quærunt differentiam inter id, quod affirmauerunt in hoc genere, & id, quod negauerũt, & est difficile eis. sed non inuenũt nisi sermones fallaces. quare iuenimus eum, qui est expertus in arte rationis, oportere eum vt neget necessitatem, quæ est inter conditionem & conditionatum, & inter rem et definitionem suam, et inter rem et aliud ab ea, & inter rem & rationem suam. & hoc totum est profundatto in opinione Sophistarum. & nihil est. & qui facit hoc ex Loquentibus est Auo. almahely. Attamen sermo vniuersalis solues has dubitationes est ꝙ entiã diuturni ad opposita, & conuenientia. &, si esset possibile vt distinguantur conuenientia, erit possibile vt congregentur oppositæ: sed non congregantur oppositæ: ergo non distinguuntur conuenientia. Hæc autem est sapientia Dei in entibus, & in apprehentione huius sapientiæ erit intellectus intellectus in homine. & esse sic in intellectu diuino est causa esse eius in entibus. & ideo intellectus non est possibile vt sit creatus diuersis attributis, vt imaginatur hoc Auenhazam.

DISPVTATIO SECVNDA.

DE DICTO EORVM, QVOD ANIMÆ HVMANÆ SVNT SVBSTANTIÆ, EXISTENTES IN SE, ET NON SVNT INNATÆ IN CORTORE.

ALGAZEL.

AIT Alga. Disputatio Secũda est de diminutione eoꝝ in cõstituenda demõstratione intellectuali de eo, ꝙ anima humana est substantia spiritualis existens per se, & non continet terminum, & nõ est corpus, nec inata in corpore, nec continuata corpori humano, nec est separata ab eo. quemadmodum Deus glo. non est extra mundum, nec infra mundũ. & sic Angeli apud eos. & sermo in hoc requirit declarationem opinionis eorum de virtutibus vitalibus, & animalibus. Virtutes autem vitales diuiduntur apud eos in duas partes, motiuas, & apprehensiuas. & apprehensiuæ sunt duæ partes, extrinsecæ & intrinsecæ. extrinsecę autem sunt quinq; sensus, & sunt res innatæ in corporibus, scilicet virtutes. intrinsecæ vero sunt tres virtutes: quarũ Vna est virtus Imaginatiua, & est in parte anteriori cerebri post virtutem visiuam. & in ea quidem est remanentia formarum rerum, quę videntur post clausurã oculi, in eo ꝙ imprimitur in ea id, quod delerunt ad eam sensus quinq;, & congregantur, & appellatur sensus cõis. & nisi esset ipse, is quidem, qui vidit mel album, nõ apprehenderet dulcedinem eius, nisi gustu. &, cùm viderit id secundo, non apprehenderet dulcedinẽ eius, quoniã sensu non gustauerit id, sicut fecit primo. attamen in eo nõ est aliquid, quo iudicat ꝙ hoc album sit dulce. & non est dubium ꝙ erit apud eum iudex, apud quem congregata sunt ambo, scilicet color, & dulcedo, ita ꝙ determinabit cũ præsentia vnius eoꝝ, ꝙ sit præsens etiã alterum. Secunda vero est virtus cogitatiua: & est ea, quæ apprehẽdit intẽtiones: prima vero virtus apprehendebat formas. Et intelligimus per formas id, quod impossibile est vt sit sine materia, scilicet corpus. & intelligimus per intentionem id, quod non requirit esse eius corpus: euenit tñ et vt sit in corpore, sicut amicitia, & odium. nam agnus apprehendit de lupo colorem, & figuram, & dispositionem eius: & hoc quidem nõ est nisi in corpore: & apprehendit etiã ꝙ sit eius inimicus. & apprehẽdit de pecude figuram matris, & colorem eius, deinde apprehendit amicitiam eius: quare non appropinquatur lupo, & deambulat post matrem. diuersitas autem, & conuenientia non est de necessitate earum, vt sint in corporibus, sicut est de necessitate figurę, & coloris, nisi ꝙ accidit odio, & amicitiæ etiã vt sint in corporibus. Et hæc virtus est distincta à prima virtute: & locus eius est ventriculus vltimus cerebri. Tertia vero virtus est virtus, quæ appellat in animalibus imaginatiua, & in homine ex imitatu. & natura eius est componere formas sensibiles admiscem, & componere intentiones cum formis: & est in vertice medio cerebri inter conseruatorem formarum, & cõseruatorem intentionum. quare potest homo imaginari hominem volantem, & hominem, cuius caput est de bouinis, & corpus eius corpus equi, & alias compositiones, licet non viderit talia. & dignior est vt attribuatur hæc virtus virtutibus motiuis, quàm virtutibus apprehensiuis. Scientiæ aut eos locus habitum virtutum in arte Medicinę. nã sæpe in capite cuiusdam in his vertiginibus, imaginantur hæ, quæ appellantur virtutes, deinde existimauerunt ꝙ virtutes impressæ imprimuntur formę sensibiles in aliquo sensibili, cõseruat illas formas, adeo ꝙ non admittant receptionem. & res quidem conseruat rem non cum virtute, qua eam recipit. nam aqua recipit figuram, & non conseruat eam. & cera recipit figuram cum humiditate sua, & cõseruat eam cum siccitate sua, aliter ꝙ aqua. Igitur conseruator hac consyderatione est diuersus à recipiente, & appellatur hæc virtus conseruatiua. Et sic intẽtiones imprimuntur in conservata, & conseruat eas virtus, quæ appellatur memoratiua, & erunt apprehensiones intrinsecæ hac consyderatione, cum contingerit eum eis imaginatiua, quinq; quemadmodum tuerũt extrinsecæ quinq;. Sed virtutes motiuæ diuiduntur ad motore, per modum, quo ipse præcipit motum, & motore per modum, quo ipse agit ei. motor aũt in eo ꝙ præcipit motum, est virtus concupiscibilis, appetitiua. & est ira, quæ cùm imprimitur in virtute imaginatiua quã diximus, forma alicuius quę sitti, aut alicuius, quod est fugiendũ ab eo, præcipit virtuti motiuæ agenti motionẽ. & habet duos ramos. Vnus ramus est quidem, q appellat virtus Appetitiua: & est virtus, quę præcipit motũ, ad quẽ appropinquat ex rebus imaginatis, necessario sequens ad quirendũ delectationem. & alius ramus est, q appellatur virtus Iracibilis. & est virtus præcipiens motum, quo expellitur res imaginata, nocens, aut faciens perquirere victoriã. & cũ hac virtute perficit cõgregatio perfectũ actionis, quæ dr voluntas. Virtus vero motiua, in eo ꝙ est ages, est virtus tantũmodo p neruos, & musculos. & de natura eius est vt excitet musculos cũ attractione cordæ, & ligamentorũ iunctorũ mẽbris ad partem loci, in quo est virtus: aut eos lentos reddit, & extẽdit longitudinẽ, & ibunt chordę, & ligamenta ad contrariã partẽ. Hę sunt virtutes animę vitalis, vlr dimittendo dictam. Anima vero intellectiua rerum est, quæ appellat apud eos rationalis. & intelligunt per rationalem intellectuam. qm rationatio est propriorpprietatibus intelle

ctus in apparentia. & ideo attribuunt eam ei. & habet duas virtutes, virtutē quidem intellectiuā & virtutem factiuā. & vnaquæq; earū dr̄ intellectus, sed æquiuoce. Factiua aũt virtus est principiū motuum corporis humani ad artes ordinatas humanas, quę fuerint ordinem earū consilio proprio hoī. Intellectiua vero est ea, quæ appellatur speculatiua. & est virtus, cuius natura est vt apprehēdat veritatem itelligibilium abstractorū à materia, & loco, & partibus. & sunt propositiones vſes, quas appellant dispōnes aliqñ, & modos aliqñ, & appellant eas Philosophi vſia abstracta. Igit̄ aīæ sunt duę virtutes respectu ad duas partes. virtus quidem speculatiua respectu ad partem Angelorū, cùm ex ea assumamus ab Angelis scientias veras. & debet esse hæc virtus continuæ receptionis ex parte superiori. & virtus factiua inest ei respectu ad inferiora: & est pars corporis, & regimen eius, & adaptatio morum. & hęc quidē virtus oportet vt dñetur alijs virtutib⁹ corporalibus, & aliæ virtutes sint correctæ ab ea, & subiectæ sub ea, adeo q̄ non patti, nec fit ei impreſsio ex eis, sed patiunt illę virtutes ab ea, ad hoc vt nō fiat nobis in aīa ex attributis corporalibus aliqua mala qualitas, quæ appellat̄ vitium: sed erit ipsa prædominās vt perueniat ad aīam propter eam qualitas, quæ appellatur virtus. Hæc est breuitas eius, quod distinxerunt de virtutibus vitalibus humanis. & prolixi fuerunt in narratione earū cum dimiſsione narrationis virtutum plantarū, quę nō sunt necessariæ in intētione nr̄a. & mihi est eorū, q̄ dixerūt, quod debet negarti fide. nā sunt res apparētes, q̄ Deus glo. pcedit in gubernatione earū. volumus tū hic dubitare cōtra eum, q̄ hoc negat procedere à posse Dei glo. aut videt q̄ in lege venit oppositum eius. sed forte declarabit̄ in congregatione in die iudicij, & resurrectionis, q̄ lex hoc verificat. nos vero negamus rōcinationem eorū cum rōne abstracta intellectus, & nō indigere lege. & quærimus ab eis vt auferant in hoc rōnem. sunt tū eis multæ demonstrationes sm opinionem eorum.

AVERROES.

AIt Auer. Hoc totū non est i eo, nisi recitatio opinionis Philosophorū de his virtutibus, & attributis earum, nisi q̄ sequit̄ in hoc Aut. differt tū à Philosophis in eo, quod ponit in aīali virtutem præter virtutē imaginatiuā, quā appellat cogitatiuā loco cogitatiuæ in hoīe. & dicit q̄ nomen imaginatiuę proterit̄ id Antiqui pro hac virtute. & cū id proterāt, erit imaginatiua in aīali loco cogitatiuę, & erit in vētriculo medio cerebri. & cū prolatum fuerit nomen imaginatiuæ pro ea, quæ includit figuram, dr̄ de ea q̄ est in anteriori parte cerebri. & nulla est discordia q̄ conseruatiua, & memoratiua sunt in posteriori parte cerebri. nam conseruatio, & memoratio sunt duæ in actu, vna vero i subiecto. Attamen quod appet ex opinione Antiquorū est q̄ imaginatiua in aīali est ea, quę iudicat q̄ lupus sit inimicus agno, et q̄ pecus sit amica. nā imaginatiua est virtus apprehēſionis, & iudicat nec̄io absq; eo q̄ indigeat ingressu alterius virtutis, p̄ter virtutē imaginatiuā. esset aũt posse id, quod dixit Aut. si virtus imaginatiua nō esset apprehendens. igit̄ nihil est addere virtutē p̄ter virtutem imaginatiuā in aīali, & p̄cipue in aīali, cui sunt multæ artes naturalr̄. nā imaginationes in illis non apprehenduntr̄ sensu: & quasi sunt apprehensiones mediæ inter formas intellectas, & imaginatas. & iam declarata est dispositio huius formæ in de Sensu & sensato, quod dimittimus in hoc loco. & reuertamur ad id, quod dicit iste vir, contradicens hominibus.

ALGAZEL.

AIt Alg. Demōstratio aũt prima est cū dicūt q̄ sciæ intellectuales existūt in aīabus humanis, & includuntr̄ in eis vnitate quadā, et nō diuiduntr̄. & nō est dubium q̄ subiectū earū ēt non diuidit̄: & oē corpus diuidit̄: igitur indicat q̄ subiectū eius est qd nō diuisibile. Et pōt hoc reduci ad conditionē logicalē in figuris eius, & est quasi vt dicat̄ si erit subiectū scię corpus diuisibile, tūc scia, quę inest ei, est ēt diuisibilis: sed scia, quę inest ei, nō est diuisibilis: igit̄ subiectum nō est corpus. & hic est syllogismus cōditionalis continuus, in quo reiterat̄ oppositum cōsequentis, & concluditur oppositū antecedētis deliberatiue. Et nō est disputatio de verificatiōe figuræ syllogismi, nec ēt de verificatione ambarū propositionum. nā, cùm dicimus, oē, quod existit in diuisibili, est diuisibile proculdubio, & euenit diuisio in subiecto, est primū intellectum, in quo dubitatio impossibilis est. Secunda vero, cū dicimus q̄ scia vna existit in hoīe, & tū ipse est indiuisibilis, est intellectum secundum. nā, si diuideret in infinitum esset inconueniēs. si vero eēt et finitas, includr̄ in vnitatibus proculdubio nō diuisibilibus. demum nos scimus aliquas res, quarū partē non possumus ponere auferri, & partē remanere, ex eo q̄ non hñt partes aliquas. & sic remanebit dubitatio in duobus locis. Quorū Primus est vt dicat̄ quare negatis dicenti q̄ subiectū scię est substantia, indiuisibilis, occupans regionē, quæ non diuidit̄? & iam scitum est hoc ex opinione Loquētium. & non remanet post hoc, nisi negatio absoluta. & est cūo existent oēs sciæ in substantia indiuisibili, & remanebunt oēs substantiæ natantes in ea aliqa scia frustra. negatio aũt non est vtilis ei, cū fuerit possibile etiam dicere sm opiniones eorum quomodo erit anima quid vnū, non occupans regionem, & non innititur ei, & non erit infra corpus, nec extra, nec cōtinuum corpori, nec separatum ab eo. Sed nos non eligimus hunc locum. qm̄ sermo de parte non diuisibili est prolixus, & ipse habet in ea rōnes Geometricas, in quibus narratione eēt prolixitas. & ex eis est, cū dicūt cùm ponimus esse substantiā indiuisibilē ītra duo corpora, an cōtangit vna duarum extremitatum eius id, quod cōtangit alta, vel nec si idem, est inconueniens, cum sequitur ex eo cōtactus duarum extremitatum. nam contangens cōtactum est contactum. si vero fuerit id, quod contangitur, aliud, in hoc quidem est affirmatio numerattonis, & diuisionis. & hoc dubium est difficilis solutionis, aut prolixus esset sermo de eo. & non est nostrum vt disputemus de eo, & veniamus ad alium locum. Secundus vero locus est, vt dicamus id, quod narrauistis, q̄ omne existens in corpore, oportet vt diuidatur, est falsum, et cōuertitur contra vos, in eo q̄ comprehendit virtus extimattua agni odium lupi. nam ipsa in iudicio vnius rei non potest consyderari q̄ diuidat, cùm non est odio alia pars, ita q̄ consyderetur apprehensio alicuius partis eius, & ablatio alterius partis. & iā peruenit apprehensio eius per virtutē corporalem apud vos. nam animæ bestiarum sunt innatæ in corporibus, & non remanent post mortem. & in hoc conuenerunt oēs. &, si eēt possibile eis vt conarentur ad cōsyderandum diuisionē in apprehensis per sensus quę, & sensum cōem, & virtutē conseruatiuam formar̄, impossē est tamen eis cōsyderare diuisionem in virtute intentionū, ex cuius conditione non est vt sit in materia. Si autem dixerit agnus non apprehendit odium absolutum abstractū à materia, sed apprehendit odium lupi demonstrati talis indiuidualis, copulatum quidem indiuiduo suo, & sede sua: virtus vero intellectiua apprehendit veritates abstractas à materijs, & indiuiduis, dicimus agnus quidem apprehendit colorem lupi, & figuram eius vsque ad odium. &, si color imprimitur in virtute visiua, & sic figura, & diuiditur diuisione subiecti visus, quæro, odium, cū quo apprehenditur ab eo. &, si id apprehendit in corpore, igitur diuiditur? Et vellem scire quid est

hæc

hæc apprehensio, cùm diuiditur? & quō erit pars eius? an sit apprehensio partis, aut quælibet pars apprehensio totius odij? & erit odium scitum pluribus victibus, & erit apprehensio eius in omnibus partibus partium subiecti. hæ sunt dubitationes, quæ fiunt demōstrationibus eorum, & non possunt euadere ab inconueniēti. Si autem dicet, hæc est contradictio in intelligibilibus, quæ non possunt contradici. nam vos, cùm non potestis dubitare in ambabus ꝓpositionibus, & est q̄ scientia vna non diuiditur, & q̄ id, quod non diuiditur, non existit in corpore diuisibili, nō poteritis dubitare in cōpositione syllogismi. & iam verificatū est q̄ figura eius est figura concludens: & impossibile est vobis dubitare in conclusione. Responsio autē est q̄ hic liber, non composuimus eum, nisi ad declarandum conatum, & contradictionem verbis Philosophorum. & prouenit ex eo, q̄ contradicimus cū hoc vni duarum rerum: aut enim ei, quod dixerunt de aia rationali, aut ei, quod dixerūt de virtute extimatiua. postea per sermonē huius cōtradictionis declarabitur q̄ ipsi derelinquerunt locū, quo inuoluitur in syllogismo. locus autem suolutionis est, cùm dicunt, si scientia existit in corpore modo, quo existit tinctura coloris in colorato, & diuiditur tinctura ad diuisionem coloratī, diuiditur quidem scientia ad diuisionem subiecti. & inconueniens cōsistit in dictione existentiæ, cùm potest esse vt non sit proportio sciæ ad subiectum, sicut proportio tincturæ ad coloratum, ita q̄ dicitur q̄ extenditur super id existens in eo, et dispargitur in lateribus eius, & diuiditur ad diuisionem eius. & forte proportio scientiæ ad subiectum suum est alio modo. et hic quidē modus, impossibilis est ei diuisio ad diuisionem subiecti: sed proportio eius ad id est proportio odij ad corpus: & modi proportionum attributorum ad subiecta non includūtur eodem modo. & non sunt notæ dr̄æ nobis scientia, cui cōfidendum est. & iudicium de eo præter inclusionem dr̄æ proportionis est iudicium, cui non est cōfidendum. Demū non negatur q̄ id, quod dixerūt, est id, propter quod vigoratur existimatio, & fortificat: sed negatur q̄ sit scitum scientia vera, in quā non transit error, & non diriguntr̄ dubitationes ad eā. & hoc capitulum dubitat cōtra eā.

AVERROES.

AIt Auer. Cū accipiuntur propositiones factæ à Philosophis in hoc quæsito indefinitæ, tunc disputatio facta ab Alga. sequitur eis. nam, cùm dicimus oē, quod existit ex attributis i corpe, est diuisibile ad diuisionem corporis, intelliguntur de eo duo. quorū Vnū est q̄ sit definitio partis illius attributi existentis parti ipsius corporis definitio totius: vt existentia albedinis in corpe albo. nā quælibet pars albedinis existentis in corpe demōstrata, talis erit definitio eius, et definitio albedinis totius eadem definitio. Secundū vero est, vt sit attributū alligatum corpori absq; figura propria. & hoc etiam est diuisibile ad diuisionē corporis: non aũt q̄ definitio totius, & partis sit eadē definitio, vt virtus visiua existens in visu, sed ex eo q̄ ipsa recipit magis & minus, recipit ēt subiectum magis & minus. & ideo erit virtus visiua in sanis fortior, q̄ sit in ægris, & iuuenibus fortior, q̄ senibus. Et quod in eo cōcant hæ duæ potentiæ est q̄ sunt indiuiduales, s. q̄ diuiditur in quantitate, & non diuiditur in quiditate, s. q̄ ipsæ aut remanebunt idem definitione, & quiditate, aut auferentur, & diuiduntr̄ ad vnū terminū in ḡttate, & sunt idē definitione, & quiditate, & non diuiduntur ad quālibet partū. & totū hoc differt à primo sm magis, & minus. & pars eius, quæ deperdit, nō est operatio eius operatio reliqui. nā operatio deperdit ex visu debili non agit actionē visus debilis. & cōcant in eo q̄ coloratio ēt non diuidit ad diuisionē sui subiecti ad quālibet partē. et definitio eius remanet eadē: sed finit diuisio ad terminum, ad quem si diuiditur, corrumpit coloratio. Attamen quod conseruat diuisionē semper est natura continui, s. forma continuitatis. Et hæc propositio etiā, cùm sic posita tuerit, erit nota ex seipsa, s. q̄ oē recipiēs diuisionem his duabus spēbus diuisionis subiectū eius est corpus ex corporibus. & cōuersio ēt est manifesta: & est q̄ oē existens in corpore recipit diuisionē aliqua harum duarū spērum diuisionis. Et, cū verificatum fuerit hoc, tunc conuersio sui contradictorij est vera, si scieris qd sit conuersio contradictorij: et est, id, quod recipit diuisionem aliquo horū duorū modorum, non existit in corpore. et, cùm copulaueris hunc id, quod manifestum est etiam de intellectis vniuersalibus, & est q̄ ipsa non recipiunt diuisionē aliquo duorū modorū, cùm non sint formæ induiduales, manifestum est q̄ sequi ex hoc q̄ intelligibilia, non est eis subiectum corpus ex corporibus, nec potentia ad ea est potentia in corpore: ergo sequitur vt sit subiectum eorū virtus ipsālis comprehendens seipsam, & aliud. Alga. ergo, qui assumpsit vnam ꝓpēm duarum ꝓpērum diuisionis, & remouit eam ab intellectis vniuersalibus, cō. tradixit p̄ secundā partem repertā in virtute visiua, & virtute imaginatiua, & fecit in hoc sermonem sophisticum. & ita aīa est nobilior, & profundior, q̄ vt apprehēdatur in arte topica. Præterea ipse non adduxit demonstrationē Auicennæ sm modum eius. nam virtutes fundant demonstrationem suā, dicens q̄ intellecta, si existerent in corpore, aut existerēt ex eo i parte nō diuisibili, aut in parte diuisibili. deinde inconueniens est vt existant in re indiuisibili ex corpore. &, cùm hoc fuerit inconueniens, remanet vt intellectus, si existit in corpore, vt existat in eo in re diuisibili. deinde destruxit q̄ existat in re diuisibili: ergo talium est vt existat in corpore oīno. Et, qm̄ destruxit Alga. vnam duarum partium, dixit non est absurdum, quin sit proportio intellectus in corpore alia proportio. & est manifestū q̄, si proportionabitur corpori, non sunt hic nisi duæ ꝓportiones, aut proportio ad id ad subiectum diuisibile, aut subiectum nō diuisibile. Attamen quòd cum eo cōpletur hęc demonstratio, est q̄ intellectus non habet alligationem alicui virtuti virtutum aīæ alligatione formę in subie to. nā, si auferet ab eo, q̄ est alligatus corpori, nō est dubiū q̄ auferetur ab eo, q̄ non est alligatus virtuti virtutum aīæ alligatarum corpori. nā, si esset alligatus alicui virtutum aīæ, vt dicit Arist. non erit operatio ei nisi ex virtute illa. &, si hoc esset, non apprehendit virtutē illam. Hoc est, quo sustentatus est Arist. in declarando q̄ intellectus est separatus. Et narrabimus ēt dubitationem secundā, quā adduxit in secūda rōne, quā Philosophus assumpsit pro rōne, postq̄ notificauerimus q̄ rationes eorū, cū permutatæ fuerint ab arte sibi, ꝓpria, est supremus gradus earū gradus sermonum topicorum. et ideo intētio nr̄a in hoc libro est scire qualitatem sermonum positorū in eo, attributorum ambabus sectis, & ad patefaciendum, qui duorum sermonum sit dignior vt attribuatur domino eius destructio, & contradictio.

ALGAZEL.

AIt Alga. Rō Secūda. Dixerunt, si dispō scientis in scio vno itellectuali, & est scitū abstractū à materia, est existēs in materia existēntia accidentium in substantijs corporalibus, sequi diuisio eius in forma ad diuisionē corpis, vt diximus antea. Et, si non fuerit existens in eo, nec extensum in ipso, et negant dictionem existentiæ, veniemus profecto ad aliam prolationem, & dicemus an scientiæ sit ꝓportio scienti, vel nec? & est falsum cessare proportionē. nā, si cessaret proportio de eo, tūc q̄ sciat id, non erit dignius, q̄ nō sciat. Et, si est ei ꝓportio, nō euader à tribus partibus. aut. n.

erit proportio ad quālibet partem partiū subiecti, aut ad aliquas partes subiecti, præter alias, aut non erit ad aliquam partium proportio. Et falsum est vt dicaſ non est proportio ad aliquam partium. nam, cùm nō fuerit proportio in vnitatibus, non erit proportio in aggrega to: aggregatum. n. ex separatis est separatum. & falsum est vt dicaſ proportio ad aliquas. nam id, ad quod non habet proportionem scītia, non est de dispōne sciæ. & de eo non loquimur. Et falsum est vt dicatur ꝙ cuilibet parti positæ sit proportio ad substantiam. nam, si esset proportio ad substantiam scīæ p̄m totum, manifestum est ꝙ quilibet pars non est pars scīi, sed erit scītā sicut est totum. & tunc erit intellectū vicibus infinitis i actu. si vero quilibet pars habet proportionē aliā, ꝙ sit proportio, quam habet alia pars ad substātiam scīæ: igitur substantia scīæ diuidī re. & iā declarauimus ꝙ scīa de scīto vno oīmode non diuiditur re. & si fuerit proportio cuiuslibet ad re ex substantia scīæ alia, ꝙ illa, ad quā est proportio alterius, tunc diuidi hanc sciam in hoc est magis apparens, & est falsum. Et ex hoc declarabit ꝙ sensibilia impressa in quinq; sensibus non erunt nisi similitudines formarum particularium diuisibilium. nam hæc apprehensio est aduentus similitudinis apprehensi in aīam apprehendentis, et erit cuilibet parti similitudinis sentiens proportio ad partem mātēr corporalis. Dubitatio tñ circa hoc est id, quod dictum est supra. nā permutare dictionē existentiæ in dictionē proportionis non affert dubium in eo, quod exhibit. sicut virtus extimatiua in agno, & odium supra, vt dixerunt; quæ est apprehensio aīæ ꝙ dubio, & non proportio ad eum. & sequit ex proportione illa illud, quod dixistis. nā odium non est quid, cui mentura fit proportio hūs quātatem mensurabilē, adeo ꝙ imprimat similitudo eius in corpore mēsurato, & proportionent partes eius partibus illius. & ē figura supimentura a non solū: dubiū. nā genus aliqd apprehendit præter figurā, & est diuersitas, & odium, & contrarietas. & hoc quidem odium additum figuræ non habet mensurā & iam apprehēdit id in corpe mensurato. Hoc prote to est dubiū huic demonstrationi, sicut est p̄mæ. Si aūt dixerit aliquis, vos repulistis has demonstrationes, ex eo ꝙ scīa existit in subiecto per substantiā occupante regionē, quæ non diuidit, & est pars indiuisibilis, dicimus ꝙ nō. quī loquit de substantia indiuisibili pēdet in rebus Geometricis, & protractus esset sermo in solutione eius. Præterea inuenit in eo aliquid, quo auferatur dubium. nam sequitur vt sit posse, & voluntas ēt in hac parte. hoī. n. est actuo. & hoc non potest consyderari nisi cum posse, & volūtare, & non pōt consyderari volūtas, nisi cum scia, & posse scribere cū manu, & digitis. scīa vero eius non est cū manu, cum non auferaī in incisione manus, nec volūtas eius est cū manu: nā vult eam præter dīnum manus. & prohibet non ex p̄uatione voluntatis, sed ex priuatione ipsius posse.

AVEROES.

At Auer. Hic sermo non est declaratio dubitatiōis, sed est complementum sermonis p̄cedētis. Nā in sermone præcedentī posuit ꝙ scia nō diuiditur ad diuisionem subiectiue positione, in hoc vero sermone conatus est declarare illud, tacitens qdē diuisione eius ad tria. & tunc dubitatio p̄ma remānet et, & remāsit, quā ipse non cōpleuit ambas res, de qbus dī diuisio universalis. nā, quā ipsi auferunt ꝙ diuidaī intellectus ad diuisionē subiecti eo mō, quo diuiduni accīdia ad diuisionē subiecti, & hęc est vna spēs diuisionis corporalis, & sic quæ repertur in virtutibus corporeis apprehensiuis, ingreiā est protecto contra eum dubitatio, propter has virtutes, completur vero demonstratio, cū auferātur hæ duæ species diuisionis ab intellectu, & declaret ꝙ oē habens permanentiam in corpore non euadet ab vna harum duarum specierum diuisionis. Et forte dubitatur in eo ꝙ reperitur in corpore in hac specie alia entitatis, i. quæ non diuiditur ad diuisionem subiecti definitiōe, vtrum sit separatum à subiecto, vel nec nam nos videmus plurimas partes subiecti auferri, & tñ nō aufertur hic modus entitatis, Capprehensio indiuidualis. & existimaī ꝙ, quemadmodum nō auferitur forma in destructione partis, aut partium à subiecto, sic nō auferī in destructione totius, & ꝙ ablatio actionis formę propter subiectū est sibis ablatio operationis artificis propter instrm. et ideo dixit Ari. ꝙ, si esset sens oculus, sicut est iuuen, videret sicut videt iuuenis. i. pōt existimari ꝙ diminutio visus oculi, quæ euenit sent in virtute vtiua, nō est ex debilitate vtius, sed ex debilitate instrumenti. & sumī ratio in hoc ex destructione instrī, aut plurimarum partium eius in somno, & apoplexia, & ebrietate, & egritudinibus, quibus destruuntur apprehensiones sensuum. nam non dubitatur ꝙ virtutes non destruunī in illis tpibus. et hoc videī magis in animalibus, quæ, cùm incidantur in duas partes, viuunt. & plurimæ plantarum sunt hmōi, licet non fuerit in eis virtus apprehensiua. Sermo aūt de aīa est nimis profundus. sed Deus approbrauit eum sapientibus profundis i scīa. & ideo dixit Iob, Simplex ego sum, nescio aīam meam. Et similitudo mortis somno in hoc est ratio euidens permanentiæ aīæ, qm̄ destruī operatio aīæ in somno ex destructione instrorum eius, & tñ ipsa non destruitur. igitur necesse est vt sit dispositio eius i morte, sicut est dispositio eius in somno. iudicium enim partium est idē, & est ratio cōmunis omnibus, conuentēs vulgo in credendo veritatem, & excitat homines sapientes ad viam, ex qua scient immortalitatem animę. & hoc manifestum est ex sermone Dei, Peruenītcanimæ in morte in eo, qui non moritur in somno.

ALGAZEL.

At Alg. Ratio Tertia. Dicunt si scīa existeret in parte corpis, tunc esset iciés, q scit hanc partem præter alias partes hois. & cū homo dicit de eo sciens, & scire est attributum et vīr absq; proportione ad subiectum proprium, et hoc est manifestum. qm̄ ipse appellatur vidēs, & audiens, & gustans, & odor reperti et. & sic bestia attribuitur ei hoc. & id quidē non indicat ꝙ apprehensio sensibilium non sit in corpore, sed est species permistionis. sicut dicitur talis homo est in Gallia, licet fuerit in parte aliqua vniuersæ Galliæ, non in tota, & tamen refertur ad totam.

AVEROES.

At Auer. Cùm aūt concedit ꝙ intellectus nō attribuit aliciui mēbro hois, & constituta est demonstratio in hoc: id. n. non est notum p se: manifestum est ꝙ sequitur ex eo vt non sit subiectum eius aliquod corpus ex corporibus. Et non erit dictum nostrum de homine, ꝙ sit sciens, sicut dictum nostrum, ꝙ videat. qm̄, cùm fuerit notum per se ꝙ videt p aliquod membrum deputatum, manifestum est ꝙ, cū attribuimus ei visum absolute, est possibile secundum consuetudinem Maurorum, & aliarum gentium in hoc. &, cū nō fuerit intellectus membrum deputatum, manifestum est ꝙ, cū dicimus de eo ꝙ sit sciēs, nō est ex eo ꝙ aliqua pars eius scīa. sed quomodo hoc sit non est notum per se. nam ipse non tenet ꝙ sit hic membrum deputatum ei, nec locus deputatus in aliquo membro membrorū, sicut est in virtute imaginatiua, & cogitatiua, & memoratiua. nam loca istarum sunt nota in cerebro.

ALGAZEL.

At Alga. Demonstratio Quarta. Si autem scientia existit in parte cordis, aut cerebri exempli gratia, tunc ignorantia est contrarium eius. & oportet vt admittamus ꝙ sit in alta parte cordis, aut cerebri:

cerebri: & erit homo aliqñ sciens, & ignorās de aliqua re. &, cùm hoc falsum fuerit, declarabit ꝙ subiectum ignorātiæ est subiectum scientiæ. & hoc subiectum est vnum, ita ꝙ falsum est aggregari duo cōtraria in eo. & ipse quidē, si esset in subiecto, non esset falsum existere ignorantiā in aliqua parte eius, & scientiā in aliqua parte eius. qm̄ rei existenti in subiecto non contrariaī contrarium eius in alio subiecto, vt congregantur nigredo & albedo in eodē oculo, sed in duobus subiectis. & nō sequit hoc in sensibus. nā nullum est contrarium apprehensioni eorū. ipsi enim apprehendunt, & non apprehēdunt. & nō est inter eos nisi oppositio esse, & priuationis. & pp hoc dicimus ꝙ apprehendit per aliquas partes eius, vt oculus, & aures: & nō apprehendit per residuum sui corpis. & nulla est ei contradictio. & nō sufficit dictum vestrū ꝙ scire est contrarium ignorātiæ. & iudiciū est vniuersale eis in toto corpore, cùm nō sit tale sum vt sit iudicii præter subiectum cāę. nam sciens est subiectum, in quo existit scientia: &, in pterim nomen de vniuersali, est abusiue. sicut dicit est in Gallia, licet fuerit in aliqua parte eius. et sicut dicit videns, licet scīuerimus de necessitate ꝙ iudicii visionis non consistit in pede, & manu, sed est, pprium oculo. & conuertitur iudicii de subiectis, vt conuertit de causis. nā iudicium est diminutiū de subiecto causatę. & non euadit ab hoc sermo dicentis ꝙ subiectū, aptum ad recipiendū scientiam, & ignorantiam hois, est vnum, & conuertuntur cum eo. nam apud vos oē corpus, habens vitā, recipit scientiā, & ignorantiam, & non ponunt præter vitam aliam conditionē, & aliæ partes corporis apud eos etica receptionē scientiæ sunt in eode gradu. Dubitatio vero, ꝙ hoc cōuertit, est contra vos in appetitu, & desyderio, & voluntate. nā hæc existunt in bestiis, & hominibus, & sunt simul existentia in corpore. deinde falsum est vt mutent, ex eo quòd appetunt, & congregantur in eo fuga, & plectio. ad idē, cùm fuerit desyderium in subiecto, & fuga in alio subiecto, & hoc non indicat ꝙ ipsa non existant in corpore. qm̄ istæ virtutes, licet multæ fuerint, & moueni diuersis instrumentis, habēt tamen vnum copulans: & est anima. & hoc homini, & bestiæ simul. &, cùm vnitur copulans, mutabuñ relationes contradictoriæ in comparatione ad id. & hoc quidem non indicat ꝙ anima non sit existens in corpore, sicut est in bestijs.

AVEROES.

At Auer. Hoc, quod narrauit nomine Philosophorum hic, non sequit ab eo, nisi ꝙ scientia nō existit in corpore, modo, quo existit coloratio in eo, demum alia accidentia, non aūt ꝙ ipsa existat in corpore oīno. nam, phibitio subiectæ scītię, quin recipiat ignorantiā de re, et scientiam de ea, indicat necessario ꝙ nō sit ei vnitas. contraria. n. non existunt in codē subiecto. & hęc species impossibilitatis reperit in aliis attributis, quę sunt apprehēsiones, & ex apprehensionibus. quod vero est pprium subiecto scientiæ ex receptione est ꝙ apprehedit contraria simul, i. rem, & contrarium eius. & hoc quidem impossibile est vt fit, nisi apprehensione non diuisibili in subiecto nō diuisibili. nam iudex est vnus necessario. & ideo dicit ꝙ scientia cōtrariorum est eadē. Hic quidem modus receptionis est, qui appropriatur aię necessario. Attamen declaratum est apud eos ꝙ hæc est dispositio sensus cōis iudicantis de quinq; sensibus, & est apud eos corporeus. quare nō est ratio ad phandum ꝙ intellectus non existat in corpore. qm̄ nos diximus ꝙ existentia est duobus modis, aut existentia attributoꝝ non apprehendentium, aut existentia attributoꝝ apprehendentium. Et id, pfecto, cùm quo in hoc sermone dubitauit eis, est verum: & est ꝙ aia concupiscibilis non mouet ad contraria simul, & tñ est corporea. Et non vidi aliquē Philosophoꝝ ratiocinari ex hoc, in affirmādo pmanentiam aię, nisi nō consyderantē sermones suos, nam pprietas vniuscuiusq; virtutis apprehensiuę est vt nō copulent in apprehēsione eius duo oppositia, sicut pprietas duorum contrariorum extra aīam est vt non congregētur in eodem subiecto. Igitur hoc est, in quo cōueniunt virtutes apprehensiuę cum virtutibus nō apprehensiuis. & appropriaī virtutibus apprehensiuis ꝙ ipsæ iudicant de cōtrarijs repertis simul, sicuti vnum eoꝝ ex scientia alterius. & appropriaī virtutibus non apprehensiuis, qm̄ diuiduntur ad diuisionem corporis, & reperiunt in diuersis partibus eiusdem corporis contraria simul, nō aūt in eadē parte. &, qm̄ aia subiectum eius non diuiditur hac specie diuisionis, nō euenit ei vt reperiant in ea duo contradictoria simul in duabus partibus subiecti. Quare isti sermones oēs sunt sermones hominis non peruenientis ad opiniones Philosophoꝝ in his rebus. O ij: est remota opinio afferentis rōnem de permanentia aię, ex eo ꝙ ipsa non iudicat de duobus cōtrarijs simul, nam sequit ex hoc vt subiectum eius sit vnū non diuisibile. & quæro quæ est ratio ad probandum ꝙ subiectum nō diuisibile ad diuisionem subiecti accidentium, quod non sit diuisibile oīnino.

ALGAZEL.

At Alga. Ratio Quinta. Dicunt si intellectus intelligit intelligibilia instrumēto corporeo, ipse quide non intelligit seipsum. & consequens est falsum, quia ipse intelligit seipsum: igit antecedens est falsum. Dicimus, nos bene cōcedimus quod reiteratio oppositi consequētis concludit oppositū antecedentis: attamen, cùm probatur consequentia consequentis ab antecedenti, non admittimus, sed dicimus non cōcedimus consequentiā consequētis. Et quęro quæ est ratio eius? Si aūt dixerit ratio eius est, ꝙ vitus est in corpore, & vitus, non alligatus vitui in aspiciendo non videt, & auditus non audit, & sic alii sensus, & intellectus nō apprehendit etiā, nisi in corpore: ergo non intelligit seipsum. intellectus aūt, quemadmodum intelligit aliud, sic intelligit seipsum, & intelligit ꝙ intelligit aliud, & ꝙ ipse itellexerat se ipsum. Dicimus id, quod dixistis est corruptum ex duobus. Primum quidem, qm̄ vitus apud nos possibile est vt alligetur sibi ipsi, & erit vitus alteri, & sibi ipsi, quemadmodum erit vnū sciens sciens aliud, & sciens seipsum. sed consuetudo currit in cōtrarium huius, & reflexio consuetudinis apud nos admittitur. Secundum vero, & est fortius, est concedendo hoc in sensibus. Attamen nō, cùm hoc impossibile est in quibusdā sensibus, impossibile est ettam in quibusdam. Et quid inconuenientius est vt distinguatur iudicium sensuum in modo apprehensionis cum cōmunicatione eoꝝ ꝙ sint corporei. vt differūt vitus, & tactus, quia tactus non acquirit apprehensionē, nisi cum cōtinuatione contactu instrumento tactus. & sic etiā est gustus. & differt ab eo vitus, cùm conditionat in eo separatio, ita ꝙ, si ponatur super palpebras, nō videt colorem, quia non distat ab eo. & hæc quide diuersitas non facit diuersitatem, quo ad eorum indigentiam corpore. & non negatur quin sit in sensibus corporeis quid, quod appellatur intellectus, et differt ab eis, in eo quòd apprehendit seipsum.

AVEROES.

At Auer. Contradictio aūt Prima, & est, cùm dicit ꝙ possibile est vt reciudatur cōsuetudo, & videbit vitus seipsum, est termo i vltimitate sophisticatiōis, & suolutiōis. & iam locuti sumus de hoc supertus. Secunda vero contradictio, & est, cùm dicit ꝙ nō est absurdum vt apprehensio corporea apprehēdat seipsam, habet quidē quādam sufficientiam. Attamen,

men, cùm scitus fuerit modus, qui mouit eos ad hoc, scietur ꝙ hoc est impossibile. nam apprehensio est qd repertũ inter agens, & passum, & est apprehendens, et apprehensum. & falsum est vt sit sensus agens, & patiens eodẽ modo. &, cùm reperitur agens, patiens est duobus modis, ſ. ꝙ actio est ei ex parte formæ: passio vero ex parte materiæ: igitur omne cõpositum nõ intelligit seipsum. qm̃ substãtia eius est alia ab eo, ꝑ quod intelligit. nã intelligit per partẽ substantiæ suæ. &, quia intellectus est ipsum intellectum, tunc, si compositum intelligit seipsum, cõueniturtur cõpositum in simplex, & totum sit pars. & hoc totũ est falsum. Et hic sermo, cũ scribit hic, est rhetoricus. et, cùm scribitur ſm ordinem demonstrationum, & est vt præcedant eum conclusiones, quę debent præcedere, põt fieri demonstratiuus.

ALGAZEL.

AIt Alga. Ratio Sexta. Dicunt ſi intellectus apprehenderet cum instrõ corporeo, vt visus, nõ apprehenderet instrã sua, vt faciunt alij sensus: sed ipse apprehendit cerebrũ, & cor, & quod ponitur, ꝙ sit instrm eius: ergo indicat ꝙ non habet instrm, nec subiectum. ſin autem, id non apprehenderet. Dubitatio aũt huic est, sicut dubitatio, quæ fit in præcedenti, qm̃ nos dicimus ꝙ non est inconuenies quin visus apprehẽdat subiectum suum, sed currit ſm consuetudinẽ. nam dicimus non est falsum vt differant sensus in hoc, licet cõcent in existentia eorꝝ in corporibus, vt antea. Et quare dicitis ꝙ existẽs in corpore, falsum est vt apprehendat corpus, quod est subiectũ eius? & quare sequit vt iudicemus ex vno demonstrato tali particulari remoto super vſe absolutũ? & vnde scitur deliberatiue falsitas eius? & tam dictũ est in Logica ꝙ iudicaẽ ex cã particulari, aut particularibus plurimis sup vſe, ita ꝙ dant exẽplum in hoc, cùm dixerit aliquis ꝙ oẽ aial mouet in mastricando mandibulã inferiorem, qm̃ vidimus inductiue omnia aialia esse talia. et hoc quidẽ erit, quia nescit tansah. nam ipm mouet mandibulã suptiorem. et ſ. ſ. ſ.

uersa in intellectu, & sensibus, tunc nō sequitur vt sint æqualia tempora eorum.

ALGAZEL.

AIt Alga. Ratio Nona. Dixerunt quomodo erit homo præfatto corporis, & accidentium eius: & tamen hęc corpora non deficiunt resolui: & nutrimentum reſtaurat id, quod resoluitur, adeo quòd cùm videmus sensu vnum puerum ægrotare aliquando & macrefieri, deinde impinguari & crescere, tunc possumus dicere quòd non remanet ei post quadragesimum annum aliquid ex partibus, quæ reperiebātur in eo apud exitum ab vtero matris, sed fuit initium esse eius ex partibus spermatis tantum. & non remansit ei aliquid ex partibus spermatis, sed resoluitur totū hoc, & permutatur in aliud, & erit hoc corpus aliud à corpore illo. & tamen dicimus hunc hominem esse eundē hominem, adeo quod remanebūt cum eo scientiæ eius ab initio pueritiæ. & tam mutauit omnes sensationes suas. igitur indicat quod sit animæ esse præter corpus, & quòd corpus sit instrumentum animæ. Dubitatio autē, quod hoc destruitur in belua, & arbore, est cùm consyderatur crementum earum à puerita. nam dicitur quod hoc est illud, sicut dicitur de homine, & tamē non indicat hoc, ꝙ sit ei esse præter corpus. & quod dictum est de scientia destruitur, cùm imaginatiua conseruat formas. nam ipsa remanet à pueritia ad cremen tum, licet mutentur partes cerebri.

AVERROES.

AIt Auer. Hæc est ratio, quam non fecit aliquis Antiquorum in permanentia animæ, sed fecerunt eam in eo, quòd in individuis est habitantia remanens à genitura vsq; ad mortem, & quod res non sunt in continuo fluxu, vt putauerūt multi ex antiquis, auterētes necessarium, adeo ꝙ necessarius fuit Plato ponere ideas. & non est occupandum tempus in hoc. & dubitatio Alga. huic rationi est vera.

ALGAZEL.

AIt Alga. Ratio Decima. Dixerunt, virtus intellectiua apprehendit eanon ex vniuersalibus intellectualibus, quos appellant Loquentes dispositiones, & apprehendit hominem absolutum, ex eo quod videt aliquod individuum humanum demonstratum tale. & est scientia de individuo, quod videtur. nam id, quod videtur, est in loco proprio, & colore proprio, & tempore proprio, & mensura propria, & situ proprio. homo vero absolutus intellectus est abstractus ab his rebus: immo in eum ingreditur omne, de quo proteritur nomen hominis: licet nō fuerit secundum colorem apparentem in mensura eius, & situ eius, & loco eius, & tempore eius. immo is, cuius esse est possibile in futurum, ingreditur in eum, adeo quòd, si corrumperetur homo, remaneret verificatio hominis in intellectu, abstracti quidem ab istis, proprietatibus. & omne, quod sensus vidit, id individuale, ex eo peruenit in intellectū verificatio illius individui vniuersalis abstracta à materijs, & mineralibus, adeo ꝙ diuidētur attributa eius ad id, quod est et essentiale, vt est corporeitas plantæ, & animalis, &c. vsq; ad finem capituli.

AVERROES.

AIt Auer. Id autem, quod recitauit nomine Philosophorum de hac ratione, est quòd intellectus apprehendit de individuis, quæ communicant specie aliquid, quo communicant. & est quiditas illius speciei, absq; eo quod diuidat illud in ea, in quæ diuiduntur individua, in eo quòd sunt individua, ex loco, situ, & materijs, ex quibus plurificantur. igitur necesse est vt sit non generabilis, nec corruptibilis, nec deperditur, cum deperdatur aliquod individuorum, in quibus inuenitur illæ. & ideo scientiæ sunt æternæ, & non generabiles nec corruptibiles, nisi per accidens, scilicet ex copulatione earum Socrati, & Platoni, scilicet sunt corruptibiles propter copulationē, non quòd sint corruptibiles ex se. nam, si essent generabiles & corruptibiles, tunc esset hęc copulatio in eismet ipsis, & non cō gregarentur in eadem re. Dixerunt &, cùm hoc habitum fuerit de intellectu, & fuerit in anima, necesse est vt sit anima non diuisibilis ad diuisionem individuorum, & vt sit etiam quid vnum in Socrate, & Platone. Et hæc quidem ratio de intellectu est fortis, quoniam intellectui nihil est individuitatis. anima autem, licet fuerit abstracta ab accidentibus, quibus numerantur individua, famosi tamē ex Sapientibus dixerunt quòd non exit à natura individui, licet sit apprehendens. & est speculatio in hoc loco. Dubitatio autem, quam fecit contra eos Alga. consistit in hoc, quòd intellectus est quid individuale: & vniuersalitas accidit ei. & sic assimilauit consyderationem eius de re cōmuni individuis consyderationi vnius sensus multis victibus. nam est vnus apud eos, non autem quid vniuersale. & vita exempli gratia in Socrate est eadem numero, quam vidit in Platone. & hoc est falsum. nam, si hoc esset verum, non esset inter apprehēsionem intellectus, & apprehensionem sensus differentia. & non traduximus sermonem eius hic, quia prolixus est.

DISPVTATIO TERTIA.

DE DICTO EORVM, QVOD FALSVM EST DICERE QVOD CORRVMPANTVR ISTÆ ANIMÆ: SED, CVM REPERIANTVR, SVNT ÆTERNÆ PERPETVÆ, ET NON POTEST CONSYDERARI CORRVPTIO, ET VNITAS EARVM.

AVERROES.



IT Auer. Et sic dixit postea ꝙ Philosophi in eo, ꝙ anima habet corruptionem post esse, quòd sit falsum, habēt duas rationes. Quarum vna est, si anima corrumpitur, corruptio eius nō euadet ab vna trium rerum. aut enim corrumpitur cum corruptione corporis, aut corrumpitur propter contrarium repertum ei, aut ex posse potentis. & falsum est vt corrumpatur ad corruptionem corporis. est enim separata à corpore. & falsum est vt sit ei contrarium, nam substantia separata non habet contrarium. & falsum est vt alligetur posse potentis priuationi, vt dictum est supra.

Dubitatio autem eis est. nos non concedimus quòd sit separata à corpore. Vltertius, quia dictum apud Auicennam est vt sint animæ numeratæ ad numerationem corporum. nam esse animam vnam numerō omnimode in omnibus individuis, accidunt ei multa inconuenientia, ex quibus illud est, quòd, cùm scit Socrates aliquid, sciet id etiam Plato. &, cùm ignorat id Plato, ignorat id Socrates. Iterum sunt inconuenientia alia, quæ sequuntur huic positioni. ipse vero respondet huic sermoni quòd ipsa cùm ponitur numerata ad numerationem corporum, sequeretur vt eēt alligata eis, & corrumperetur necessario ad corruptionem corporum. Attamen Philosophi possunt dicere quòd non sequitur,

sequitur, cùm fuerit inter duo proportio alligationis, & amoris, vt est proportio inter desyderās, & desyderatum, & vt est proportio inter ferrum, & magnetem, vt, cùm corrumpitur vnum, corrumpatur aliud. sed aduersarius potest interrogare eos quid est, quo appropriantur animæ, & plurificantur plurificatione numerali, & tamen sunt separatę à materia. nam plurificatio numeralis individualis prouenit ex materia. Verūtamen defendenti permanentiam animæ, & numerationem eius est dicere quòd sit ex materia subtili: & est calor animalis, qui influitur à corporibus cœlestibus: & est calidum, quod nō est ignis, nec est in eo principium ignis, sed in eo sunt animæ informantes corpora, quæ sunt hic, & animas existētes in illis corporibus. Et nullus Philosophorum contradicit quin in elementis sit calor cœlestis, deferens virtutes generantes animal, & plantam. sed aliqui appellāt has virtutes naturales cœlestes: Galenus vero appellat eam virtutem informantem, & aliquando appellat eam creatorem, & dicit ꝙ ipse tenet quòd sit hic agēs animalis sapiens, id creans. et hoc apparet ex anatomia, vbi vero existit hoc agēs, & quid sit, est quid nobilius quàm possit homo id scire. Et ex hoc assumpsit rationem Plato, quòd anima sit separata à corpore, quoniam ipsa est creatrix eius, & informatrix. nam, si corpus esset conditū in esse eius, non crearet, nec informaret illud. & hæc quidem anima, scilicet creatrix magis apparet in animali non generante, postea in generāte. nam nos, quemadmodum scimus quòd anima sit quid additum calori elementali, cùm calor, in eo quòd est calor, nō est de natura eius vt efficiat operationes ordinatas intelligibiles, sic etiā scimus ꝙ calor, qui est in spermatibus, non est et sufficientia ad creationem, & informationem. & nulla est differentia apud eos ꝙ sint in elementis animæ creantes quālibet speciem specierum repertarum in animali, & plantis, & mineralibus, & totum, quod opus est in esse eius, & permanentia cum regione, & quòd sint virtutes cōseruantes eam. Hæ autem animæ aut erunt tanq̄ mediæ inter animas corporum cœlestium, & animas, quæ sunt hic in corporibus sensibilibus, & habebunt absq; dubio in animabus, quæ sunt hic, & corporibus dominium: & hinc ortus est sermo de parte: aut ipsæ in se ipsis sunt alligatę corporibus, quæ ab eis sunt creata propter similitudinem, quæ est inter ea. &, cùm corrūpantur corpora, reuertuntur ad materias suas spirituales, & corpora sua subtilia, quæ non sentiuntur. & nullus est Philosophorum antiquorum, qui non concedat esse has animas: differunt tamē an sint illæ, quæ existunt in corporib⁹, aut est aliud genus præter illas. Qui vero dixerunt de datore formarum, ipsi quidem posuerunt has formas intellectum separatum. & hoc non reperitur alicui Antiquorum, nisi quibusdam Philosophis Maurorum. quoniam ex radicibus eorum est ꝙ separata non mutant materias mutatione transmutationis per se, & primo. nam mutans est contrarium eius, quod mutatur. Et hæc quidem disputatio est profundissima disputationum, quæ sunt in Philosophia. Et fortissimum, quod testatur in hoc, est quoniam intellectus materialis intelligit infinita in vno, & eodem intellecto, & iudicat de eis iudicio vniuersali, & non est substantia eius hæc substantia. igitur est non materialis omnino. Et ideo laudat Aristoteles Anaxagoram, cùm posuerit primum motorem intellectum, aut formam separatam à materia. & ideo non patitur ex aliquo entium. nam causa passionis est materia. & in hoc est dispositio in virtutibus recipientibus, sicut est dispositio in virtutibus agentibus. nam virtutes recipientes, habentes materiam, sunt quæ recipiunt res determinatas.

DISPVTATIO QVARTA.

DE DICTO EORVM, QVOD NON SIT FALSVM QVOD ANIMÆ REVERTANTVR AMPLIVS IN CORPORIBVS.

AVEROES.



IT Auer. Et, cùm separatus fuit ab hac disputatione, incœpit cogitare ꝙ Philosophi negāt congregationem corporis in die iudicij. & hoc quidem non reperitur sermo de eo in aliquo præcedentium. Sermo autem de congregatione corporum habet paucā prouulgationem in legibus prouulgatis. & quod dixerunt de ea Philosophi est præter numerum duorū. nam primi, qui dixerūt de congregatiōe corporū, sunt Prophetæ Israelitę, qui venerunt post Moysen principem Prophetarum. & hoc apparet in psalmis, & in multis libris attributis filijs Israel. & affirmatur etiam hoc in euangelijs. & est sermo Zabaistarum. quam quidem legem dixit Auenhazam fuisse antiquissimam legum. Sed isti homines apparet de eis ꝙ sunt vigoriores ad magnificandum eam, & credendum ei. Et causa huius est, quoniā ipsi tenent ꝙ currit cursu regimnis hominum, in quo quidem consistit esse hominis, & aduētus summi boni et propriū. nam ipsa est necessaria inuentio ni virtutum moralium in homine, & virtutum speculatiuarum, & artium operatiuarū. ipsi enim tenent ꝙ hō non habet vitam in hac nostra habitatione, nisi per artes operatiuas: & non est ei vita in hoc seculo, & in futuro, nisi per uirtutes speculatiuas: & nō perficit quęlibet harum duarū, & non peruenit ad eum, nisi per virtutes morales. & virtutes morales non vigorantur nisi per cognitionē habitam de Deo glo. & magnificationem eius per operatiōes legales præceptas in qualibet gente, vt sunt holocausta, & orationes, & similia ex sermonibus, quos dicunt de Deo glo. & Angelis, & Prophetis. Deniq; tenent ꝙ leges sunt artes necessariæ morales, quarum principia accipiuntur ab intellectu, & lege, & præcipue id, quod est cōmune omnibus legibus: licet differāt in hoc fm magis, & minus. & tenent cum hoc ꝙ non debemus dubitare, per sermonem affirmantem, aut negantem, in principijs eaꝝ vniuersalibus, vt an necesse sit seruire Deo glo. vel ne, & quod melius est an reperiaꝰ, vel ne. & sic tenent in aliis principijs eius, sicut sermo de inuentione summi boni vltimi, & qualitate eius. nam omnes leges conueniunt circa entitatem vltimam post mortem, licet differāt in qualitate huius entitatis: quemadmodum conueniunt circa scientiam esse eius, & attributa, & operationes eius, licet differāt in eo, quod est de substātia principij, & operationibus eius fm plus, & minus. & sic etiam conueniunt in operationibus perducentibus ad summum bonum, quod est in habitatione vltima, licet differant in consyderatione harum operationum. Demum ipsæ leges quid vtuntur modo scientię per viam cōmunem omnibus, quæ est necessaria apud eos. nam Philosophi vtuntur vsu mortificationis summi boni aliquorū intelligētium, quibus opus est adiscere scientiam, & leges. & ideo intendunt docere vulgus generaliter: & tamen non minimus legē ex legibus, quæ non excitet ad id, quod est proprium sapientibus, & includat id, in quo communicat vulgus. Et, quoniam species hoium propria, perficitur

Sermo de Legibus.

citur esse eius, & peruenit felicitas eius ex communicatione speciei vniuersalis, ideo doctrina vniuersalis est necessaria in esse speciei propriæ, & vita eius. in tempore autem pueritię, & cremento eius nemo quidē in hoc dubitat. cùm vero permutauerit se ad id, quod est sibi proprium, tunc ex necessitate nobilitatis eius est vt nō utilipēdat id, in quo nutritus est, sed id exponat pulchra expositione, & setat q̄ id, quod intendit in hac doctrina, est vniuersale, non aūt proprium. Et, si declaratum fuerit et q̄ sit dubium in principijs legis, in quibus nutritus est, aut in expositione sit aliqd cōtradicens Prophetis, & declinauerit à vnjs eorum, est ex illis hominibus, qui debent appellari Hæretici, & debet condēnari in lege, in qua nutritus est condemnatione Hęretici. & oportet etiā eum cum hoc vt eligat legem nobiliorē suæ ætatis: licet omnes apud eum fuerint veræ, & ab ignobiliori permuteț ad nobiliorē ea. Et ideo conuersi sunt ad sectam Maurorum sapientes, qui docebant discipulos Alexandriæ, cùm peruenit ad eos lex Maurorum, & facti sunt Christiani sapientes, qui erant Romæ, cùm peruenit ad eos lex Christiana. & nemo dubitat quin fuerant in filijs Israel sapiētes multi. & hoc est manifestum ex libris, qui reperiūtur apud filios Israel, attributis Salomoni. & non defecit scientia reperiri in hominibus Prophetiæ, & sunt Prophetæ. & ideo verissima omnium propositionū est, q̄ omnis Propheta est sapiens, & non omnis sapiens est Propheta: sed sunt sapientes, de quibus dicitur q̄ sunt hæredes Prophetarū.

Et, cùm artes demonstratiuę habeāt in principijs suis prægambula, & radices positas, quanto magis est dignū vt sit hoc in legibus, assumptis à propheta, & intellectu. & omnis lex, quæ est per prophetiam, miscetur et intellectus, & qui tenet q̄ possibile est vt sit hic lex per intellectum tantum, necesse est ei vt sit diminuta ōium legum, quæ extractæ sunt per intellectum, & prophetiam. & vniuersum conuenit in hoc, q̄ principia operationis debent recipi ab alio: cùm demonstratio nō possit producere operationes, nisi per virtutes, prouenientes ab operationibus moralibus, et factiuis. Igitur declaratum est ex hoc sermone q̄ Sapientes omnes opinantur in legibus hanc opinionem. scilicet q̄ recipiaț à Prophetis, & ponētibus principia operationis, & præcepta legalia in qualibet gente. & laudabilius apud eos ex istis principijs necessarijs est id, quod magis excitat vulgus ad operationes laudabiliores, adeo q̄ erūt, qui nutriūtur cum eis, perfectioris virtutis, q̄m qui nutriuntur cum alijs: vt sunt orationes apud nos. quia non est dubium q̄ orationes abstinere faciunt à turpibus verbis, & Hæresi. & oratio posita in hac lege, reperitur ei hæc operatio, perfectior q̄m alijs orationibus positis in alijs legibus. & hoc quidem est ex eo, quod cōditionatur de numero eius, & temporibus eius, et sermonibus eius, & alio, quod conditionatum est de munditie, & dimissione operationum, & sermonum corrumpentiū eam. & sic id, quod dicitur de merito in ea, magis excitat ad operationes bonas, q̄m quod dicit in alia. & ideo assimilari meritum in eis rebus corporeis est nobilius, q̄m assimilari rebus spiritualibus, vt dixit Deus glo. Et fluuius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigādum Paradisum. Et dixit Propheta Oculus non videt eam domine preter te, & dixit sapiens in hoc. Id, quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec reputatur in corde carnis. Et dixit Hauhas hen nega non est in fine huius mundi, nisi cœlum. Igitur indicat q̄ illa entitas est superior, & excelsior hac entitate, & altius gradus nobilior hoc gradu. & non debet negare hoc, qui credit q̄ nos comprehēdimus vnum ens permutari à gradu ad gradum, vt est permutatio formarū tnanimatarum ad id, quod cōprehendant seipsas, & sunt formæ intellectuales. Qui vero dubitauerunt in his rebus, & disputauerunt contra hoc, & se patefecerunt in eo, sunt qui intendunt destruere leges, & destruere virtutes, et sunt Epicurei, qui opinantur q̄ nullus est finis intentus in homine, nisi prosequt delectationes. & hoc quidē est, cui nemo dubitat, & qui meditatur hoc facere de eis, non est dubium q̄ habentes leges, & sapientes simul interficient eum, & qui non habet posse super eum, perfectior quidē sermonibus, qbus ratiocinatur cōtra eum, sunt rōnes, quas includit liber excellens. Id autem, quod dixit hic vir, contradicens eis, est bonum. & nō euadet in contradicendo eis, quin ponatur anima immortalis, vt indicauerunt hoc rationes intellectuales, & legales, & vt ponatur q̄ qui reuertentur, sunt vt ista corpora, quæ fuerant in hac habitatione, non ipsamet, nam corruptum non reuertitur in indiuiduū, sed reuertitur ens simile ei, quod corruptum est, nō ipsummet, quod corruptum est, vt declarauit Alga. Quare non est verus sermo de reuersione fm opinionem opinantis ex Loquentibus q̄ anima sit accidens, & corpora, quę reuertentur, sunt illa, quæ corrupta sunt. nam id, quod corruptum est, & postea inuenitur, est vnum specie, non vnum numero, sed duo. & præcipue apud eum, qui dixerit ex eis q̄ accidentia non permanent per duo tempora. Hic autem vir negauit Philosophis tres disputationes, quarum Vna est ista: & est apud eos ex disputationibus speculatiuis. Secunda vero est, cùm dicunt q̄ Deus glo. scit particularia. & iam diximus etiam q̄ hic sermo nō est ex sermonibus eorum. & Tertia, cùm dicunt de antiquitate mūdi. & iam diximus etiam quòd id, quod intelligunt per hoc nomen, nō est id, quod negauerunt Loquentes in eo. & dixit in hoc libro q̄ nullus Maurorū dicit de merito spirituali: & dixit in alio libro q̄ Sapiētes id dicunt. Et fm hoc non erit Hęresis et, qui dicit de merito spirituali, & non dicit sensibiliter congregationem, & ponit possibilitatem huius sermonis de merito spirituali, & reuertitur etiam in alio loco in negationem congregationis. & hoc totum est implicatio, & perturbatio, vt vides. & nō est dubium quòd iste vir erraut fm legem, sicut erraut fm scientiam. & Deus est dirigens ad verum, & approprians veritati eum, quem vult. Et decreui resecare hic sermonem de his rebus, & peto veniam de sermone nostro in eis. & nisi fuisset necessitas perquisitionis veritatis et, cui cōuenit: & est, sicut ait Galenus, vnus ex mille, & prohibito vt loquatur de ea cum eo, qui non est ex hominibus eius, non laborassem in hoc. & Deus glo. bene scit etiam & vnicam literā. & debet Deus glo. recipere excusationem nostram in hoc, & remouere scrupulum ex bonitate, et misericordia sua, quia est tribuens, & benefaciens omnibus.

Destructionum destructionum Philosophiæ Algazelis finis.

Quo pacto individua reuertantur.

AVERROIS CORDVBENSIS TRACTATVS DE ANIMÆ BEATITVDINE.

Caput Primum. Proponit declarare animæ beatitudinem, quæ est secundum Aristotelem cōiunctio intellectus abstracti cum anima humana.

* al. eo. non habet hæc verba.

INtentio mea in hoc tractatu nobilissimo ē declarare beatitudinē vltimam animę humanę *{in hoc mundo, & in futuro,}- fm principalē intentionē Philosopho rum in ascēsu supremo ipsius. Et, cùm dico ascensum, intelligo q̄ perficiatur, & nobilitetur, ita vt coniungatur cum intellectu abstracto, & vniatur cum eo, ita vt cum eo fiat unum: et hoc sine dubio est supremus gradus sui ascensus. Nam manifestum est omnia entia sub tribus speciebus comprehendi. Vna est materia infima, & quę ex ea generātur. & illa quidem ignobilior est in gradu, & loco. Et super istam in gradu, & loco est species corporum sphæricorum: quorum semper est fixa forma, & stabilis in suis materijs: ita quòd dicitur materia, & forma in illis, & generabilibus ex materia infima æquiuoce. Et super illa est vnus gradus supremus, & gloriosus, qui vocatur gradus intellectuum abstractorum, qui vere sunt formæ dantes perfectionem, nō existentes in subiecto. Ideo, cùm dicitur de anima q̄ ascendit, intelligitur coniunctio eius cum aliquo intellectuum abstractorum. Et, quia cognosco principalem intentionem Philosophorum fuisse contemplari in essentia huiusmodi entis apud eos, & apud veritatē, & vltimam beatitudinē, uisum est mihi declarare hoc sermone breui: & intelligēti, sicut tu: in quo reperies declarationem huius rei, plusq̄ in cōmentis meis de Anima: et plus argumentis probatum, q̄m in libris Philosophorū. Solicite itaq; me ipsum dedi, nobilissime socie, sup rem à te postulatam, ad opinionem Philosophi in coniunctione intellectus abstracti cum anima humana declarandam, & ad veritatem apertendam. & hoc fm radices suas: nam illud quidem fundamentum est, quod ab omnibus glorificat Philosophis. sed multum condoluisti sunt Philosophi: quemadmodum per intentionem sermonum apparet diuisio in eo, quod de sermonibus ipsius est verum.

Omnia entia sub tribus speciebus comprehendi.

Caput Secundum. De intellectus materialis essentia, tum ex Antiquorū, tum ex propriis dictis declarata.

Radices duæ, ad cognoscēdum connexionē intellectus abstracti cū homine.

SCias q̄ certitudinis huius rei cognitio existit in duabus radicibus. Vna est speculatio in esse intellectus materialis. & hoc est fundamentū huius quęstionis. & non sunt diuersificati Philosophi in hoc, nisi, ppter diuersitatem, quā habet in esse huius intellectus. Secunda radix est speculatio in re, propter quam intellectus abstractus est causa reducendi intellectum materialem in esse actu intellectum. & hoc est scire, si est causa fm modum efficientis, & motoris solum, sicut reperitur in motoribus naturalibus, aut per viam formæ, & finis, sicut faciunt abstracta in animalibus speciebus.

Hic volo enarrare tibi breuiter intentionem Philosophi in esse intellectus materialis, & abstracti. Post hoc autem declarabo tibi quid ortur ex sententia sua ex his duobus. Deinceps peruenjam ad cognitionem possibilitatis cōiunctionis animæ cum intellectu. Dico autem q̄ principium dicti Philosophi in speculatione intellectus, qui materialis dicitur, si est, aut nō, fuit quod posuit ex rebus notis per se, & dixit q̄ comparatio intelligibilium ad intellectum, scilicet materialem ipsorū apprehensiuum, est vna, & eadem, quę est sensibilium ad sensum. Et ex hoc habet q̄ intellectus apprehensiuus intelligibilium est virtus recipiens, & non agens: sicut sensus, qui est virtus recipiens à sensato. Et, cùm declaratum fuit et q̄ intellectus materialis est de virtutibus recipientibus, & non agētibus, resultauit et de necessitate vna duarum rerum: aut q̄ intellectus, qui est in potentia recipiat, quę sunt intelligibilia actu, & permutetur ex eis, sicut receptio sensus ad sentatū: aut sit hæc receptio, & permutatio alio modo. Et postq̄ vera est hæc diuisio, speculatur postea in esse intellectus, dicens conuenientia esse q̄ natura huius receptionis, & permutationis sit diuersa à natura receptionis sensus, & dicatur receptio, & permutatio de eis æquiuoce. & hoc ideo est, quia est de rebus notis per se q̄ intellectus materialis habet intelligere omnes formas. De necessitate ergo est q̄ illa virtus non sit disgregata, siue distensa per corpus, neq; diuisibilis ad diuisionem corporis: sicut sunt virtutes sensibiles, quæ sunt disgregatæ in corpore, & diuisibiles ad diuisionē corporis fm vnum modum. Et hoc probatur quatuor modis demonstrationis. Primo quidē, quia, si intellectus materialis esset virtus apprehensiua in corpore fm modum sensuum, non apprehēderet nisi vnam formarum. quia propria subiecta non recipiunt nisi proprias formas: sicut natura sensus visus nō recipit sensatum gustus. Secundo. quia, si esset virtus in corpore ad propriā formam, non apprehenderet rem sibi appropriatam. nam, si oculus esset coloratus, non posset recipere virtus visibilis colorē. &, si in lingua esset sapor, nō apprehenderet: alios sapores. Tertio, si esset hæc virtus in corpore ad formam propriam, sicut dictum est, nō apprehenderet seipsam. quia vides formas sensibiles materiales non seipsas apprehendere: & finis esse earum est apprehensio alterius rei à se. Quarto, si hæc virtus, & præparatio esset in corpore ad formam propriam, contingeret ei quod accidit sensibus, quotiam apprehendunt vnum sensatum. Nam duorum alterū accidit sentiri: vel quia non recipit contrarium, quando apprehendit illud sensatum: vel, si recipit, imperfectum, & permutatum recipit: sicut accidit visui in cōtrarijs coloribus, & gustui in cōtrarijs saporibus. & hoc voluit Philosophus, cùm dixit, si esset mixtus, non reciperet cōtraria: vel imperfecta, & permutata reciperet. Et hæc est summa eius, quod cōprehendi potest ex verbis Philosophi in esse tra huius intellectus. Et quādo declaratum fuit et esse intellectus materialis, fuit etiā declaratum q̄ hæc pars perfectionis, quæ est in anima, quę vocatur intellectus materialis, non habet nisi naturā possibilitatis, & præparationis solum: quia non est mixtus materiæ, nec de virtutibus motiuis. Et nō est hæc præparatio in proprio subiecto essentia intellectus materialis, sicut opinati sunt Antiqui commentatores. Et ideo diuersa est eius possibilitas ab alijs possibilitatibus. Et ideo dico q̄ nō est aliquod entium, anteq̄ intelligat. Sed Antiqui cōmentatores, sicut * Themistius, & alij, quando dicitur ab Aristotele q̄ intellectus materialis nō est aliquod entium, intellexerunt q̄ non sit ens actu: sed est apud eos substātia potentia, recipiēs formas materiales,

Aristotelis dicta, & quę ex eis comprehēditur.

Intellectus mālis nō habet nisi naturā possibilitatis, & præparationis.

Themistij opinio * al. Theophrastus.

Differētia inter possibilitatem & potentiam.

les, scilicet possibilitas ipsius est in seipso, & quòd est potentia proprię speciei, quā recipit. Et, postq̄ occurrit in hoc termone incidēter memoratto possibilitatis, nō recusabo de ea verbum nouum dicere, vtile, & necessarium. Et, quāuis possibilitas, & potentia in pluribus communicent, scias tamen q̄ differt possibilitas in duobus a potentia. Vnum est, quia possibilitas attribuitur substantiæ rei, cuius est: potentia vero attribuitur ei, quod recipit aliquid aliud extra ipsum in specie. verbi gratia massa terri habet in se possibilitatem vt ex ea fiat ensis: iterum etiam habet in se potētia ensem, sed possibilitas attribuitur substantiæ luæ solum, & dicitur q̄ est possibilis in se, & præparatæ virtutis vt ex ea fiat ensis, & cætera alia, quæ ex ferro fiunt, quæ non possunt nec ex palea, nec ex cera fieri: potētia vero attribuitur formæ aptæ recipi in subiecto in specie ensis: & dicitur q̄ ensis est in hac massa in potentia. possibilitas ergo est magis substantialis, & magis generalis, q̄m potentia: & præcedit in intellectu, quia est præparatio fixa, & stabilis in substantia talis rei, per quam potest habere virtutem vt efficiat hoc, vel illud. Aliud aūt est, quia potentia de necessitate est vt exeat in actum in aliquo individuorum speciei aliquo tempore. &, si nō, esset vana. verbi gratia, licet ex necessitate est vt sit aliquis Philosophus in specie humana: sed nō est de necessitate vt sit Socrates Philosophus, quāuis Philosophiā habeat in potentia, sed possibilitas non est necessarium vt exeat in actum in specie, nec in individuo, nec in aliquo tempore. verbi gratia, licet omne vnum possibile est fieri actum: sed nō est necessarium vt aliquod vnum demonstratum efficiatur, sed abextrinsecis custodiatur accidentibus. Et, cum dixerim q̄ possibilitas est magis substātialis, dico propter substātiam remet. Et scias q̄ multi Sapientes errauerunt in hoc, credētes non esse aliquam differentiam. & non expectes declarationem aliquam in aliquo librorum antecedentium me. Nunc autem redeo ad tentētiam meam, & dico q̄ secundum Antiquorum opinionem debet intelligi q̄ natura intellectus materialis intelligitur, sicut natura materiæ. dicet vt dicatur q̄ iste intellectus comparatur ret intelligibili comparatione materiæ, & formę: quāuis essentia materiæ sit potentia. Et, quando ponunt q̄ hæc substantia intellectus materialis sit solum ens in potentia, sicut materia prima, non possunt dicere q̄ generetur, & corrumpatur, quia quod in potentia est, non generatur, neq; corrumpitur, sicut declaratum est in esse materiæ primæ. Alexander autem, qui fuit de posterioris inquisitoribus, tenuit q̄ natura huius partis intellectus non est aliud, nisi præparatio quędam in anima. Et hoc ideo mouetur dicere, quia Aristoteles assumiant intellectum materialem præparationi, quæ est vt recipiat formas. & ipse opinatus est ideo praedictum præparationis esse animam, & non animā. Et hoc trahitur argumentum q̄ hæc præparatio sit ens esse animæ quemadmodum materia præparatione animę subiectus aduenit formis. Et quidem sua verba mouerunt ex radicibus Aristotelis quod ipsa sit præparatio. Siquidem enim ipsa esset substantia, cum sit intelligibilis, quæ sunt ens in per se formę rerum intelligibilium, ideo necesse esset sibi hoc intelligibile, & scientes vna omnia ex parte & ex ea parte, qua est intelligibile. non esset possibile cognoscere essentiam rerum. Hinc denique huius rei est q̄ termo tale sit his est termo formarum intelligibilium, quæ apparēt in esse suo, q̄ ens non est aliud, nisi res sentiatæ formā. Et, si hoc esset, multo modo daret ad cognoscendum res, cum, substantia enim vnius rei non tacit alterius rei, nec cognoscibile tam inquantum est alia ab ea. Et hæ quidem res sunt vtilium, quæ sunt hic, necessaria, ad sciendum vnam de magnis reprehēsionibus, quas de his in alijs narrauimus locis. Confirmatio vero Alexandri est, quia tenet esse per se nomē q̄ iste intellectus est ingenerabilis, & incorruptibilis: quoniā non habet naturam nisi possibilitatis, & præparationis. & hæc res, per Deum, non est res clara. verum ipsa est dubitatione digna, atq; inquisitione. sed est cut contradicet potest, sicut contradiximus, quod nunc prętermittamus. Sed in hoc Aristoteles nō firmiter manifestauit sententiam suā, eo q̄ superficies sui textus sustinet duo simul: primo scilicet q̄ sit permutabilis: secundo vero q̄ sit separabilis. Et potest intelligi pro separabile q̄ non sit virtus in corpore, recipiens diuisionem corporis, scilicet vt diuidatur secundum diuisionem corporis, quāuis à corpore necessariam habeat dependentiā, mediante anima: & propter hoc sustinet q̄ non in toto separabilis sit. sustinet etiā q̄ separabilis sit: quia separabile nihil aliud est, nisi quod est separabile. Et propter hoc diximus hoc apud nos non bene esse declaratum, præter illud, quod habemus ab Octauo Physicorum. Nam ibi dicitur q̄ non diuiditur ad corporis diuisionem: nec est mixtus materiæ: relinquitur ergo q̄ in toto sit separabilis. & hoc est contrariū coniunctionis: & contradictio huius contrarietatis non est declarata.

Adhuc etiam, quia virtus quælibet, quæ non diuiditur ad corporis diuisionem, separabilis est. Et, quia habet radices apud se, q̄ formæ inueniuntur, quæ non habent relationis naturam, quid contradicet esse præparationes hoc modo: multo fortius cum eo, quod vidimus in esse huius præparationis, q̄ est vna numero in oibus hominibus, plures tamen per accidens. quod in formis non est materialibus.

Caput Tertium. De intellectus materialis cum abstractis ut lectibus connexione.

Sed prætermittamus hoc, qa alterius egeti inquisitionis in loco alio, et redeam⁹ ad dictum nostrum. Et dicamus q̄ nulla duarū sententiarum horum hominum, qui vocati sunt sciētiarum inquisitores de secta existentes Aristotelis, de intellectu est apud eos aliquid, quod deneget istum intellectum materialem intelligere intellectus abstractos, ita vt efficiatur intellectus abstractus vnū cum eo. Declaratum est enim q̄ illud, quod intelligit de abstractis, non est aliud q̄ intelligere rem, quæ per se stat, videlicet intellectum agentem.

Et iste intellectus materialis, si est substantia æterna, vt expositores omnes testantur, non est impossibile et intelligere rem æternam. Et, si est præparatio solum vt dicit Alexander, nō muentur ratio, per quam denegari possit, quin efficiatur æternum, veluti Auennasar fatetur. Credo autem q̄ hoc ideo opinatus est Auēnasar, quia credidit intellectum materialem esse substantiam possibilem, nouam, ac corruptibilem. Et hoc est oblituo, & error. nam omnes Philotophos concordari videt vltimam animæ hominis beatitudinē esse in apprehendendo abstractos intellectus. Et quidem vides q̄ Alexander potuit hoc in vno libro suorum, ac si per se notum esset. Et Themistius in hoc dicit verbum abbreuiatum, credēs illud esse in hoc sufficiens. si intellectus, qui est in nobis, intelligit id, quod non est intellectus per se, multo magis id, quod est intellectus p se.

Et hunc, si vellem, possem quodā modo contradictionis contradicere. Nam Sol est magis apparens aliquo apparentū, & vt plurimum ab habentibus visum magis q̄ aliud quid apparens apprehendi debet: et cū hoc vespertilionis visus ipsum minime apprehendit, comprehendens tamen quædam minus visu comprehensibilia. Philotophus autē promisit in libro de Anima tentare

Alexādri demōstratio.

tentare hanc quæstionem: verum nunquam inueni solutionem in aliquo suorum librorū. Sed inueni in quodam Alexādri libro viam vnam demōstratiuam, vbi credit eam mouisse Philosophum ad inuentiendam eius modi apprehensionem, & intellectus huiusmodi coniunctionem, & est vt supradixi, & quemadmodū hic melius repetam. Dicit nanq̄, scis quòd comparatio intelligibilis ad intellectum est vna, & eadem in hoc, sicut sensati ad sensum. & hoc quasi notum est per se. Et manifestum est quòd sensus in tribus consistit. Vnum est recipiens: & hoc est membrum sensitiuum. Aliud est receptū in eo, videlicet sensibilis virtus fixa in membro sensitiuo. Tertium est motor, qui sentitur in actu, videlicet extra animā: vt lux in visu. Similiter hæc tria in intellectu reperiri debent: intellectus recipiens, vt intellectus materialis: intellectus receptus, vt intelligibile, quod est speculatiuum acquisitum: & intellectus motor, & agens, vt abstractus. Hac quidē declarata propositione necessaria, coniungitur debite alia huic, videlicet quòd, si sensorium potentiam habet recipiendi sensibile, quod in actu est, licrū est similiter vt intellectus, qui in potentia est, debeat in se habere potentiam recipiendi intellectum, qui est in actu, qui sensato ipsi comparatur. Et cùm coniungitur huic vna propositio, cuius certitudinem omnes confirmant, videlicet q̄ omne, quod in potētia est ad aliq̄d, indubitāter accidit in actu aliquo tempore: & hoc specie, aut genere. & hoc est necessarium, cui nullus contradicit. & cùm intellectus materialis in se potentia habeat intellectum abstractum, necessario orietur ex his, vt in actu reducatur aliquo tempore. hæc autem receptio in actu nō est aliud, nisi esse vnum cum eo. Et propter hoc dixit Alexander in eodem sermone verbum simile supradicto. Dicit enim quòd intellectus, qui est in potentia, quando perfectionem recipit, intelligit abstractum. nam, sicut virtus ambulandi, quæ est in hoīe ipse suæ naturalitatis, ex lōgitudine tpis & cōsuetudine multa exit in actū, si militer intellectus materialis exit, cū perficit intelligendo res suapte natura intelligibiles, & à sensibilibus intelligibilia recipiēs. Nec extitimes vt ꝓpter hoc permutetur in seipso, ita vt efficiat aliud in se, & vt recipiat per modum sensus, hoc est vt permutetur. immo specialiter in hoc contrarius est ipsi sensus esse: quia sensus est passio cum permutatione. sed quod recipit intellectus ab intelligibili est solum receptio apprehensionis: quæ quidem apprehensio est idem, quod ipse. Et non accidit ei permutatio ex hac receptiōe, sicut accidit sensui, qui est in potentia. Nam entium nihil aliud est, nisi quod receptum est, quod in sensu non est, quia sensus est in potentia aliud, quàm receptum in eo. Et vere post hoc dicendum est quòd, si esset intellectus materialis aliud, quàm extra receptionem, naſceretur ex hoc q̄ comprehendēdo intellectum abstractum, fieret ex nouo æternum. & est hoc impossibile declaratum, vt videbis. Adhæc autem tam manifestum est quidem apud nos quòd intellectus agens non tantum est causa in intellectu materiali per viam efficientis, & motoris, sed per viam vltimæ perfectionis, hoc est per viam formæ, & finis. Et hoc est vnum eorum, quæ fecerunt errare Auēnasaren, cùm opinatus sit quòd esset causa solum, sicut motores materiales. Et quidem argumentum Themistij ad huiusmodi copulationem supra adducū, est, quod videlicet sensata hęc intelligibilia sunt à parte intellectus abstractu: & quia res est: sicut semper sibi simile: conueniens est igitur, & magis dignum vt intellectus materialis cum eo coniungatur, & fiat vnum in aliquo individuo. Nam, licet res sensibilis per naturam sit occulta oculis alicuius speciei animalis propter suam debilitatem, non accidit esse occultam omnibus speciebus. Nam, si occulta esset omnibus speciebus, igitur prouidentia diuina, quæ dicitur natura sapientiæ, fecisset aliquod vanum, ponendo rem in potentia, quæ nunquam ad actum reduceretur. vt, quamuis vespertilio lumen Solis intueri non possit, non in omnibus animalibus est hoc, similiter quamuis aliqui homunculo cieras non possit intelligere hanc intellectam, non est de necessitate vt hoc contingat tota specie, immo necesse est vt hoc non accidat. Et hic solutum est dubium supra monstratum, quòd videlicet præparatio hæc, cùm qua abstracta recipiuntur, est vnum, quod accidit intellectui speculatiuo post perfectionem, ita vt huius præparationis proportio ad intellectū adeptum completū, est sicut materialis intellectus ad animam: Vides namque post quam habet formam nouam particularem, generabilē & corruptibilem quod accidit recipiēdi impressio ad formam aliam, & aliam: & quamuis procedat in infinitum in præparationum fine, recipit formam vnam, non materiale. Quia vero et hoc, tā habes quòd intelligibilia intellectus speculatiui sunt scientiæ in potentia, cùm sint scientiæ rerum, quæ sunt in potentia. Et ex hoc remouetur dubium, cùm dicitur, quomodo possunt verificari vniuersalia in apprehensione, cùm non inueniantur extra animam. & hoc est, quod induxit Platonem dicere quòd sint formę singulares abstractæ, quæ dant esse singularium specierum humanæ, & animalis. Respondeo quidem ad hoc est, quòd vniuersalia sunt scientiæ in potentia eorum sensibilium, quæ sunt extra animam. Et iam diximus esse notum per se quòd, quod est in potentia in aliquo genere, necesse est ad actum in eo genere exaliquo illius: sed scientiæ in potentia sunt intelligibilia: igitur necesse est de natura entium, quæ sunt in actu, quando recipiuntur a motorem esse ea de potentia ad actum. Dixi esse autem ei, qui non peruenit ad hunc gradum, concedere hoc, itaque dubitat, sicut longe est ei, qui est in vna quarta temporis, credere quod accidit sibi in futuris. Et nobis quidem in hoc videtur quòd euentus ad hanc perfectionem naturaliter accidit vt plurimum ex aggregatione rerum coadiuuantium esse, igitur euentus huius perfectionis vt plurimum contingit tempore senectutis, ac post multum studium in speculatione, & moribus, et post elongationē super illarum rerum, quæ videntur necessariæ, & nō sunt. & videtur quòd plures debeant peruenire ad hāc perfectionem, quando vicinantur ie gregationi: huius rei quia hæc perfectio est oppositæ perfectioni corporeæ. Et cùm Auennasar credidit in fine horum dierum peruenire ad hanc perfectionem & non peruenit, potuit impossibile hoc, & vanum, & dixit esse fabulas veterum. sed est solum, vt nos diximus, non autem, vt dixit ille.

Caput Quartum. De intellectus agentis natura: de quo patio intellectu capti humana ratiocinat.

Tremanſit iterum declaratio vna, adiuncta tam dicto ad inquirendum, videlicet intellectum in actu, qui mouet materialem, & reducat eum in actum: sicut reperiuntur hæc duo in quolibet generabili, & corruptibili specie, hoc est potentiale & actuale, quod trahit illud in actum. & secundum Aristotelem in libro de Anima hæc vita est in intentione ad inueniendum intellectum abstractum, qui ducat intellectum materialem ad actum. Et dicentibus nobis quòd intelligere est si-

Quod intelligibilia non sunt extra animam.

mile ipsi sentire, non debes propter hoc credere quòd hic intellectus est extra animam, sicut sensus est extra animam. quia intelligibile, quod est cõparatum intellectui materiali comparatione sensati ad sensum, est in anima, & sensatum est extra animam. Et propter hoc non de necessitate est quòd hęc intelligibilia sint separabilia, vt opinatus est Plato. & anima recipitur in definite one intelligibilium speculabilium, sensus autem non. Et remãsit nobis declarare, quomodo formę materiales mouent intellectum materialem, & reducunt eum in actum: sicut sensatum sensum. Hanc autem præparationem non habent formæ, inquantum sunt in materia, sed inquantum formæ: nam impossibile est rem materialem operari in immaterialem, nisi inquantum est forma tolum. Formę igitur materiales sensatæ mouent intellectum materialem, cùm acquirunt esse formarum, quæ de necessitate non sunt in materia. Hæc autem est forma illa, quæ inducit formas materiales efficere intellectionem. Et scis quòd omne, quod inducit aliquid facere rem intellectus, est intellectus necessario. & ideo dicitur quod formę materiales sunt intelligibiles in potentia: et oportet quòd habeant vnum agens, quod extrahat eas de potentia ad actum: sicut habet quodlibet, quod est in potentia. Et sicut res, quę apprehẽditur à sensu visus, apparet per illud, quod videtur, quod est sua causa, vt est lux, per hanc eandem rationem est proportio intellectus abstracti cum materiali similis proportioni primi apparentis, videlicet lucis cum sensu visus. Et, cum intellexisti hæc, intelliges etiam illud, quod Aristoteles ait, dixit enim quod conuenientes est hic esse intellectum intelligentem omnia, & vnum intellectum, qui omnia reducat intelligibilia, vt lux, quę omnia apparentia in potentia reducit ad actum. Et, postquam comparatio intellectus abstracti ad materialem est similis comparationi lucis ad visum: igitur decet ipsum esse intelligibilem ab intellecto materiali, magis quam illud, quod est intelligibile per ipsum. Sicut ignis est dignior calefacere, quæ est calefacta per ipsum: nam res apta recipere ignem particulariter, magis de necessitate est apta recipere ignem absolute. hoc tamen posito, quòd mediet aliquid, hoc autem accidit per vnum subiectum accidentale. nam sunt multa, quæ recipiunt per medium vnius, vel plurium rerum. Et ex hoc videtur quod causa, propter quam non recipit intellectus materialis hunc intellectum, nisi per medium alterius rei, quæ est intellectus, est vna, & eadem, cum qua multa entium nõ recipiunt suam vltimam perfectionem, nisi per media aliqua: vt reperitur iuuentus post infantiam, et alia innumera entia. & hæc causa à parte naturæ manifesta est. A parte vero consuetudinis est alia causa. nam videmus quod multa entia non recipiunt perfectionem, quę est per naturam in aliquo genere, nisi ex consuetudine: et existentiam omnium horum recipit intellectus iste in hoc, q̃ est materialis. Et, si forte dicere vellet quis, natura est velamen separatum à Deo, vt has apprehensiones apprehendere non possimus: quemadmodum naturæ materiali oculorũ vespertilionis obstat videre lucem, quamuis lux sit sui natura apparens, respondeas, vt supra diximus, quòd in individuo solum est, non autem in specie. Et scias quòd non est alta species, quæ apprehendat intelligibilia, nisi homo: animalium autem plures sunt species præter vespertilionem, quæ lucem apprehendunt. immo dicitur quod sunt quædam animalia, quæ etiam corpus stellæ contuentur, vt animalia sunt quædam rapinantia. Similiter oportet vt inueniantur aliqua individua in specie hominis, quę apprehendant hunc intellectum ex necessitate: & erunt illa quidem, quæ sunt perfecta in scientijs speculatiuis cum alijs nobilitatibus, quæ oportet necessario vt cum illis contingantur. Et, si quis dicere vellet esse forte dubium, quod in Ethica sua Auennasar mouit, videlicet quòd intellectus, qui est in potentia, est vna res, quæ non potest dici vt naturam habeat priuationis, & est nouum: et, cùm hoc est nouum, renouabit etiam ex necessitate ex parte receptionis huius, si ei accidat hæc receptio: &, si reciperet formam intellectus abstracti, & vniretur cum eo, fieretq; vnum: igitur possibile esset corruptibile effici ęternum, &, quia hoc impossibile est de rebus notis per se, sententiatus est Auennasar verba dicẽtium quòd vnimur cum intellectu abstracto, esse verba vetularum. Dico igitur, quemadmodum declaratum est nobis, quòd formæ materiales mouent hunc intellectum, qui in potentia est, & hunc motum faciunt à parte intellectus abstracti. nam motor materialis non potest mouere, nisi in virtute rei, quæ non est in materia: vt declaratum est. Similiter nobis declaratum est quod receptio, quam habet iste intellectus, qui est in potentia, est species receptionis naturæ intellectuum abstractorum, non species receptionis materialis: & species receptionis est illa, quæ limitat et hanc vnionem cũ abstracto, ad hoc vt reducantur ad vnam substantiam essendi: & maxime quando intelligit seipsum: & tunc erit intellectus abstractus necessario. nam hæ species motus, quæ accidit intellectui materiali, accidit ei à parte rei, quæ est intellectus necessario: quoniam declaratum est intellectum in abstractorum esse proprietatem, vt seipsos apprehendant. & scis quòd proprium, inquantum est proprium, conuertitur. Et postquam declaratum est quod intellectus materialis apprehendit seipsum, & cætera abstracta, oportet vt habeat hoc, aut ex se, aut ab alio. &, postquam est impossibile vt habeat ex se, quia nihil mouet seipsum: & est impossibile etiam vt sit nouum: necesse igitur est vt habeat hanc proprietatem à parte conjunctionis, faciet vt conjugatur cum ea re, quę est ipsa eadem apprehensio, abstracto videlicet. Et, postquam ita est, oportet quòd hæc species receptionis, quam habet iste intellectus, sit per viam conjunctionis, & vnionis cum abstracto sine nouatione, & generatione: ita vt ipse idem recipiat seipsum. Et ordo vnionis huius, et sui esse hoc modo est, vt dixerunt Philosophi, quòd intellectus intelligit agens primum, & omnia secunda, & seipsum: et similiter quę nõ sunt actu intelligibilia, reducit ad intelligibilia actu. Et quæ seipsis intelligibilia sunt, ea sunt, quæ à corporibus separata sunt, nec sunt in materia: & substantiæ quidem harum rerum intelligunt, & intelliguntur. Et scias quòd intelligunt ex ea parte, qua intelliguntur, & quod in eis est res intellecta, est res intelligens: quod non est in alijs intelligibilibus. verbi gratia lapis, & terra nascens sunt intelligibilia: id tamen, quod ex eis intelligitur, nõ intelligit. nam quæ sunt corpus, vel stant per corpus, nõ sunt in se intelligibilia, vel substantialiter: nec aliquid eorũ est intellectus in actu: sed agens intellectus est, qui facit ea actu intellecta, eleuans ea à gradu essentiæ, in quo erant ad gradum nobiliorem essentiæ, plusquam eis sit concessum à parte naturæ ipsarum. Nam virtus rationalis, quæ est in homine, non est ipsa eadem in se intellectus in actu, nec per naturam suæ essentiæ: sed intellectus agens reducit eam in intellectum in actu, et concedit quòd alia sint sibi intelligibilia in actu. Et, cùm rationali virtuti acciderit vt sit intellectus in actu, ascendet tunc ille intellectus in actu ad assimilationem rerum abstractarum, et intelliget suum esse, quod est actu intellectus: & tunc relinquetur suum intelligibile esse intelligẽs: & etiam intellectus,

Quo pacto formæ materiales mouent intellectum.

Dubiũ Auerroys, quo pacto intellectus materialis possit recipere formam intellectus abstracti.

Solo Auerrois, & declaratio, quo pacto intellectus noster materialis fiat intellectus abstractus, & ei ipsum.

tellectus, intelligibile, & intelligens erit tunc vnum, & idem in hoc, & reducetur in essentiam gradus intellectus agentis. nam erit tunc intelligens intellectus materialis, res intellecta est agens, & intellectus erit intellectus materialis. & hæc sunt vnum in esse, & tria in dispositione. Verbi gratia scis quòd comparatio intellectus agentis ad hominem est sicut comparatio Solis ad sensum visus: & vt Sol dat visui lucem, et postea per hanc lucem, quam recipit videns à Sole, efficitur videns ipsum Solem in actu, qui fuit causa faciens ipsum videre rem in actu, & quòd omnes colores, qui erant apparentes in potentia, efficiuntur apparentes in actu: similiter intellectus agẽs facit: quia tribuit homini esse impressum in virtute rationali, quod habet comparationem cum anima rationali, quam habet lux cum visu: & cum illa eadem re intelligit anima rationalis id, quod fecit eam intelligere: & reducuntur per hoc ea, quæ erant potentia intelligibilia ad actu intellecta: & reducitur vt sit ipsa idem cum intellectu agente, et efficitur intellectus, quod non erat prius, & reducit se ad intelligibile, hoc est vt intelligat se, quod nõ erat prius: igitur reducuntur omnia hæc, quæ tria sunt, in vnum, quando sunt in actu: & res, quæ erat attributa materię reducitur ad esse diuinum. Et hæc est actio, quam facit in nobis intellectus agens: & hinc vocatus est agens. Et quando quidem ad hunc peruenimus gradum, completa est nostra beatitudo. Et scias quòd, quando est separata à nobis aliquo tempore accidentaliter, nõ debet hęc separatio sibi attribui à diminutione, & permutatione in sua substantia: nec contunctio simpliciter acquirit ei aliquam formam, quam antea non habuerit. Neque vtique est in vanum ista apprehensio. Nam intento diuina in hoc fuit quòd formæ, quæ sunt ęternę in genere, vt vniuersalia, debeant ascẽdere ad formam vnam numero. Nam cuilibet enti inest diuina intẽtio, vt perueniat ad recipiendum tãtum illius nobilis finis, quantum competit suæ naturæ: nec denegatur ab eius essentia pars sibi concessa. itaque entibus, quæ in ipsorum natura non habent, nisi vt sint in hac essentia diminuta, vt bruta animalia erit possibile habere in seipsis virtutes, per quas in fine ascendent ad talem perfectionem, qualis est primi entis simpliciter. Quod quidem igitur est primum ens simplex, ideo est primum, quia primum primo habuit semetipsum, nõ autem ab antecedente causa. quod vero est post ipsum, suum esse habet virtute primi. & hoc est esse primæ materię cum prima forma: quia ipsum primum tribuit sibi meritum in prima dispositione, vt gratiam habeat recipiẽdi formas, quæ possunt sibi accidere: & formis materialibus tribuit gratiam, qua possint peruenire ad formas complete abstractas, tanquam in finem.

Caput Quintum. De ordine Principiorum.

VOlumus autem nunc cõcludere sermonem nostrum, & cùm hoc tibi demonstrare, & breuibus verbis referre ordinẽ valde pulchrum principiorum, vt ponit Auẽnasar. & est quidem radix vna eleuandi intellectum intendentibus scire magna. Dixit itaq; Auennasar principia, per quæ constituuntur corpora, & ipsorum accidentia esse Sex gradus altos, & supremos: & vnaquæq; specierum continetur in aliquo illorum graduum hoc modo: vt prima causa in primo gradu, secunda in secundo, intellectus agens in tertio, anima in quarto, forma in quinto, materia demum in sexto. Quod est in primo gradu, non potest esse plura, sed omnibus modis est vnum solum, separatum: quæ autem sunt in alijs, sunt plura. Et horum quidem tria, neq; sunt corpora, neque ad corpus, videlicet prima causa, secunda causa, & intellectus agens: tria autem alia, licet non sint corpora, sunt ad corpus, videlicet anima, forma, & materia. Genera autem corporum sunt sex, videlicet corpus cœleste, rationale animal, irrationale animal, vegetabile, minerale, & quatuor elementa. Summa vero ex his sex generibus composita est mundus. cuius propriam, & primam causam credendum est esse altissimum Deum benedictum. ipse enim est causa propinqua essentiæ secundorum, & essentiæ intellectus agentis. Secunda vero sunt causæ corporum cœlestium, & ab his proueniunt substantiæ horum corporum. essentia enim cuiuslibet corporis cœlestis dependet à quolibet secundorum. nam supremum secundorum in gradu constituit esse primæ sphæræ: infimum constituit esse Lunæ, media quoque, quæ sunt inter hæc, constituunt esse cæterarum sphærarum, quæ sunt inter has. Et numerus quidem secundorum est secundum numerum corporum cœlestium. Et, cùm dico hic numerum, debes intelligere per modum causarũ, & causatorum. scis nanque causam, quæ non est corpus, non recipere numerum, nisi per modum, quo est causa corporũ numeratorum: hæc autem secunda sunt, quæ dicunt Angeli. Et intellectus quidem agens habet de sua virtute, & opere prouidentiam, quę est in animali rationali, et apprehendere quidem illũ est vltimus gradus perfectionis animæ nostrę, quia illud est finis, & nostra beatitudo. Contingit autem hoc, cùm separatur, nec eget in suo esse re, quæ sit sub ea vt est corpus materia, vel accidens: et in hac perfectione remanet semper. Et substantia quidem intellectus agentis est vna, quãuis gradus suus contineat id, quod dependet ab omnibus animalibus rationalibꝰ receptiuis beatitudinis. & hoc est quod vocatur Spiritus sanctus. Res autem illæ principiorum, quę sunt in gradu animę tant plures. eare. n. sunt animæ cœlorum: & earum, sunt animæ rationabilium animalium: & earum, irrationabilium. In anima autem rationalium animalium cõtinetur virtus rationalis, motiua, imaginatiua, & sensibilis. Virtus quidem enim rationalis ea est, qua homo apprehendit artes, & scientias: & qua etiam deprehenduntur conuenientia, & disconuenientia in operationibus, & virtutibus moralibus: & id, quod est conueniens facere, vel non facere iuuatiuum vel nocuum, delectabile vel triste. Et de hac quidem quædã est speculatiua, & quædam practica: practicæ vero quædam artificialis, quędam cogitatiua. Speculatiua quidem ea est, qua homo adipiscitur cognitionem rerum, quæ non possunt fieri ab homine. Practica vero, qua cognoscitur quod potest homo facere, & quod pertinet ipsi hominꝰ facere. Artificialis est illa, qua apprehendit omnes artes Mechanicas. Cogitatiua vero, qua præuidet homo, si est cõueniens facere, vel non. Motiua uero est, per quam est motus humanus ad prosequendum, vel fugiẽdum, delectando, vel abhorrẽdo: & ab hac contingunt odiũ & beneuolentia, timor & audacia, ira & mansuetudo, crudelitas & pietas, & alię animæ affectiones. Et illa quidem est imaginatiua, quæ impressiones rerum sensatarum conseruat, postquam à sensibus abierint, & componit vnam cum alia, & separat vnam ab alia, & in somno, & i vigilijs, compõnes, & separationes dico in parte veras, & i parte falsas. &, cùm hoc ẽt apprehendit iuuatiuum, & nocuũ, & alia, quæ in virtute rõnali supradicta sunt. Sensibilis autem manifeste est illa, qua sensata apprehenduntur quinque sensuum, & delectabile & triste, non aũt iuuatiuum & nocuum, nec conueniens ab inconuenienti. Sed in quibusdam animalium irrationabilium reperiuntur tres virtutes, prę-

ter videlicet rationalem: in quibus quidem imaginatiua stat loco rationalis, quam habet animal rationale, et in quibusdam reperiuntur solum motiua, & sensibilis. Animæ vero corporum cœlestium diuersificantur ab his animabus in esse ipsa re, & specie. Nam per has animas, quas habent corpora cœlestia, stant, & mouentur motu continuo, & circulari, et recipiunt multam nobilitatem, & perfectionem. et sunt nobilioris essentiæ, q̃ sint animæ, quæ sunt animæ, quæ sunt apud nos. Nec sunt in potentia aliquo tempore, sed actu semper, quoniam intelligibilia ipsarum nec defuerunt, nec desunt ipsis à principio earum: quia id, quod intelligunt, semper intelligunt. animæ vero nostræ primo sunt in potentia, postea reducuntur ad actum: & accidit hoc ab apticudine, quam habent ad recipiendum itelligibilia. Et corpora quidem cœlestia non habent de anima sensibilem, neque imaginatiuam: licet ipsorum anima intellectiua sit similis animæ rationali aliqua parte assimilationis. Et intelligibilia ipsorum sunt substantiæ abstractæ à materia: quia quælibet anima illorum intelligit primum, & se, hoc est suum esse, quod Dehaath appellatur. de secundis vero intelligit Zobar, quod dedit sibi suum esse. Nobiles autem gradus intelligibilium, qui sunt apud nos, quamuis sint nobiles in intellectu, cùm ipsi sint in materia, ab animabus earum nõ intelliguntur. nam gradus ipsorum intelligibilitũ est multo nobilior, quàm sit gradus intelligibilium, quæ sunt sub ipsis. Nec pluralitas intelligendi est deputata pro vltima nobilitate. Vides enim Primum se solum intelligere, quamuis sit quodammodo omnia entia. cum igitur se intelligit, tam omnia intellexit per illum modum, quia quodlibet ens recipit esse suum ab eo. itaque pluralitas intelligendi * pluralitas non est. Et quidem ipsorum secundorum intelligere diminutum est ab illo. nam quodlibet horum intelligit se, & primum. & solutio huius quæstionis dimittatur in alium locum.

Pluralitas in intelligẽdi nõ est deputata pro nobilitate.

* i. perfectio.

Animæ autem, inquantum perseuerãt in esse ipsarum, nec faciunt opiniones earum, sunt virtutes, & præparationes solum præparatę ad recipiendum impressiones rerum, quę recipiuntur. verbi gratia vt est virtus visibilis, antequam videat, & imaginatiua, ante impressiones rerum imaginabilium, & ꝯs summa, vsque ad hunc punctum, ipsæ sunt formæ. verum quando impressiones sunt receptę in ipsis in actu, videlicet impressiones sensatorum in virtute sensibili, & impressiones imaginabilium in virtute imaginatiua, & impressiones intelligibilium in virtute rationali sunt separatę à formis: neque sunt formæ, nisi per viam similitudinis. & quę sunt longiores ab his, vt dicãtur formę, sunt impressiones intelligibilium, quæ accidunt virtuti rationali: ipsę nanq; sunt possibiles eẽ separatę à materia. similitudo etiam ipsarum existens in virtute rationali est multum longinqua à similitudine coniunctionis formæ cum materia. &, quando accidit quòd intellectus in actu est similis intellectui agenti, tunc non debet vocari intellectus forma, nec similis formæ. Quidam tamen homines vocant omnes substantias incorporeas formas, equiuoce dicentes de formis. Dico quòd formarum quædam sunt separatę, & denudatę à materia, nec egent materia: quædam sunt, quæ sunt inseparatę à materia, vt illæ quæ dictæ sunt. & hæc diuisio est per æquiuoca. Et formæ, quæ egẽt materia, sunt plurium graduum. magis autem infimus gradus formarum est gradus formarum quatuor elementorum. ipsę nanque sunt quatuor formæ in quatuor materijs: & sunt aliæ formę corporum, quę generantur ex commixtione elementorum. Et de his etiam sunt aliquæ, quarum vna est nobilior altera. aliqua nanque forma corporum mineralium est nobilior alia i gradu, & formę corporum mineralium sunt nobiliores formis elementorum, & formę nascentium terrę secundum earum nobilitatem sunt nobiliores formis corporum mineralium, & formę animalium irrationaliũ sunt nobiliores formis nascentium terrę: forma autem rationalis animalis, inquantum rationalis, est nobilior omnibus formis dictis. Veruntamen prima materia, et prima forma plus diminutę sunt omnibus alijs in ipsorum esse. nam quęlibet illarum eget in suo esse stabilitate alterius: altera vero, scilicet forma, stabilitatem non habet nisi in materia. Similiter & materia est ens & in seipsa, & in sui natura propter formam, & perfectio suę essentię est vt recipiat formam. nam, si forma non esset, neque materia esset. post hoc autem sunt formę quædam, quę abstractę sunt.

De animæ Beatitudine finis.

Sequens epistola De connexione intellectus abstracti cũ homine idem est cum tractatu De animæ Beatitudine parte: quam alia ab illo versione translatione hic apposuimus, vt codicum, & interpretum diuersitas vtpote possit.

Libellus

LIBELLVS SEV EPISTOLA AVEROIS DE CONNEXIONE INTELLECTVS ABSTRACTI CVM HOMINE,

Calo Calonymos, Hebræo, Neapolitano, Medico, interprete.



Perã dedi, frater optime, ei quod petijsti à me, vt tibi patefaciam mentem Aristotelis circa connexionem intellectus abstracti cum homine, & ostendam verificationem sermonis i hoc, iuxta radices huius viri. ipse enim fuit princeps, quo perficiuntur omnes sapientes post eum: licet differant in intelligendo verba eius, & in eo, quod ex eis sequitur. Notitia autem huius quęsiti fundatur super duas radices, quarum Vna est natura intellectus materialis, & est fundamẽtum huius quæsiti: & euenit differentia inter eos vt plurimum ex eorũ differentia in natura huius intellectus. Secunda vero radix est modus, quo intellectus abstractus est intellectus materialis causa vt sit intellectus in actu, scilicet an sit ei causa, tanq̃ agens, & motor tantum, vt est dispositio in motoribus naturalibus, vel tanq̃ forma, & finis, vt est dispositio in motoribus abstractis, q̃ mouẽt animas corporum cœlestium. Decreuimus tamen ante omnia breui sermone narrare tibi id, quod dixit sapiens de natura intellectus materialis, & natura intellectus abstracti. Deinde narrabimus tibi id, quod videtur in hoc quæsito ex rebus cõsequentibus ab opinione eius in his duabus naturis. ex hoc enim possibile erit peruenire ad veritatem eius: si quidem hoc possibile fuerit homini.

Radices dũ ad cognoscẽdam connexionẽ intellectus abstracti cum hoie

Et dicimus q̃ sapiẽs primum, quod dixit, cùm incepit perscrutari de natura intellectus, quem ipse materialem appellat, est præsupponendo q̃ ex rebus per se notis est q̃ proportio intellectorum ad intellectum apprehendentem ea est, sicut proportio sensibilũ ad sensum. & verificatum est ei ex hoc, q̃ intellectus apprehendẽs intellecta est potentia recipiens, non autem agens, sicut est in sensibus, i. quòd est potentia receptiua sensibilis. Et, cùm verificatum est ei q̃ fit ex potẽtijs receptiuis, s. quæ sunt in potentia, non autem ex potentijs actuis, sequitur necessario ex hoc vnum duorum, scilicet aut quòd receptio intellectus, qui est in potentia intellectorum, quæ sunt in actu, et passio eius ab eis est sicut receptio sensus sensibilium, & passio eius ab eis: aut q̃ receptio intellectus, & passio eius est aliter. Et, cùm verificata fuit et hæc diuisio, in qua restringitur veritas, perscrutatus est de natura intellectus, & dixit q̃ necesse est vt sit natura eius in hac re diuersa à natura sensus: & vt sit nomen passionis, & receptionis dictum de eis æquiuoce. Quoniam, cùm sit notum per se de intellectu q̃ intelligit omnes formas, necesse est vt hæc potentia nõ sit potentia in corpore, ita q̃ sit extensa in eo, & diuisa ad diuisionem eius: sicut est dispositio in potentijs sensuum, i. q̃ sunt extensæ in corporibus, & diuisæ quodã modo ad diuisionem eorum. Nam, si ipse esset quid repertum in corpore, sicut est in sensibus, eueniret quidem ei vt apprehenderet vnum genus tãtum formarũ. subiecta. n. appria recipiũt formas ppias. Vlterius, si esset potẽtia i corpe, tũc illa potẽtia nõ recipet formã illã corporis sibi propriam. oculus enim si esset habens colorem, non esset possibile virtutẽ visiuæ recipere colores. & sic est in reliquis potentijs sensuum. Iterum, si esset hęc potentia in corpore, habens formã sibi propriã, non apprehenderet seipsam. nam formæ apprehendentes materiales, s. sentientes non apprehendunt seipsas, neq̃ finem suæ dispositionis. Præterea, si esset hæc potentia, & hæc præparatio in corpore determinato, tunc accideret eis id, quod accidit sentibus, cum apprehẽdũt aliquod sensibile. & est vnum duorum: aut enim non apprehendunt rem hora apprehensionis tuæ: aut, si apprehenderint ipsam, apprehendunt quidem eam, non prout est. quemadmodum accidit coloribus, qui sunt contrarij adinuicem in visu, & saporibus, qui sunt contrarij in gustu. & hoc voluit Aristo. cùm dixit, si enim in eo apparuerit, apparens impediet alienum, quia est aliud. Hæc est summa eius, quod dixit sapiens de natura huius intellectus, et eius, quod sequitur ex verbis suis. Et, cùm peruenerit ad eum hoc tãctum de intellectu materiali, patuit et q̃ hæc pars perfectionis, quæ in anima reperitur, appellata quidem intellectus materialis, non habet naturam, nisi naturam possibilitatis, & præparationis tantum, cùm nõ fuerit mistus cùm materia neque cùm natura aliqua naturarũ sensibilium omnino. Quare non est hæc præparatio, seu dispositio, appellata eam vt vis, existens in subiecto proportionato naturæ intellectus, vt imaginabantur expositores Antiqui. vt se præ cæteris possibilitatibus fuerat intellectus. & ideo dixit loco huius quòd ipse nihil est ex entibus, antequã intelligat. Expositores autem Antiqui, vt * Theophrastus, & alij intellexerunt de hoc, q̃ ipse nihil est ex entibus in actu, sed est substantia in potentia. s. q̃ est substãtia intellectiua cuius esse est in potentia. prout est in potentijs receptuis formarum materialium, s. q̃ possibilitas in eis est in substantia, quæ est in potentia proportionata speciei, quam recipit. Et videtur quidem quòd secundum opinionem eorum intelligitur natura intellectus, prout intelligitur natura materiæ primę, scilicet vt dicatur quòd iste intellectus est ille, cuius proportio ad id, quod intelligit, est proportio materiæ formæ demonstratę talis ad formã: licet entitas huius materiæ sit in potentia. &, cùm posuerint entitatem huius substantiæ in potentia tantum, non potuerunt quidem dicere q̃ sit generabilis, & corruptibilis. id enim, quod est in potentia, nõ generatur nec corrumpitur, vt declaratum est in Physicis de materia prima. Alexander vero ex recẽtioribus Peripateticorum videbatur ei quod natura huius partis animæ nihil aliud est, nisi præparatio, seu dispositio, quę reperitur in anima, dicens quidẽ, & ideo assimilauit eam Aristo. præparationi repertę tabulæ recipienti scripturam. nam tenet quòd subiectum huius præparationis nihil aliud est, nisi anima. & determinauit ex hoc quòd hæc præparatio mouetur ad inouationem animæ, prout est in alijs præparationibus. Attamen veritas, quam præbent fundamenta Aristo. est quòd sit præparatio tantum. nam, si reperiretur hic substantia recipiens formas entium, tunc essent præparationes vnum ex entibus existẽtibus per se. s, si esset vnum ex entibus existentibus per se, tunc essent abstractis formis rerum sensibilium, & non essent naturæ quidditatis earum. Demũ hic sermo assimilatur sermoni de formis abstractis. nam hæc intellecta, videtur de eis quòd nihil sit i eis, nisi quidditas rei sensibilis. et, si essent abstractis ea, non notificarent substantiam eius. nam aliud nõ notificat substantiam alterius, præter alia inconuenientia, consequentia illam opinionem, quæ alias narrauimus. Nisi quòd Alexander determinauit q̃ notum est per se quòd hæc natura est generabilis, & corruptibilis: quoniam nõ habet aliam naturam nisi possibilitatis, & præparationis.

Intellectus materialis nõ est natura nec substantia nec forma, sed præparatio.

Theophrastus in 3. de anima.

Alexandri opinio.

Dicta Aristo. de intellectu, & ea, quæ illis sequũtur.

Intellectus non est potentia in corpore, extensa ad eius extensionem.

parationis. quod quidem non mihi placet, sed oportet summopere de hoc perscrutari. Arist. vero nihil de hoc declarauit: sed id, quod percipitur ex verbis eius, tolerat vtrunq; simul. nam dicit de hoc intellectu materiali quòd nō est passiuus, sed immistus. & potest dici quòd intelligit per immistum q̄ non sit potentia in corpore, diuisa ad diuisionem eius, licet fuerit ei connexio necessaria in corpore mediante anima: & potest dici quòd sit abstractus simpliciter. Diximus autem quòd hoc non est notum per se. quoniam declaratum est de potentia prima abstracta in lib. Physi. q̄ non sit diuisibilis ad diuisionem corporis, neq; misceatur materiæ: & remanse conuersio huius propositionis, & destructio conuersi non declarata, & est q̄ omnis potentia, non diuisa ad diuisionem corporis, sit abstracta. & qui habet ex radicibus suis q̄ sunt hic formæ abstractæ, quæ non sunt ex natura relatiua, quæro quid prohibet apud eū quin sint hic præparationes huiusmodi præsertim cùm eo, quod videtur de hac præparatione, q̄ sit vna numero in hominibus. & hoc quidem per se est, tamē multa per accidens. quod non est hic in formis materialibus. Et dimittamus hoc, & redeamus ad id, in quo fuimus. hoc enim requirit maximam speculationem per se ipsum.

Quo pacto intellectus materialis intelligere possit intellectus abstractos.

Et dicimus q̄ in aliqua harū duarum opinionū, quas tenent isti homines, s. Philosophi nūcupati Peripatetici esse de mente Aristo. in intellectu materiali, nihil est quod cogat, vt prohibeat intellectum, & discursum suum de intellectibus abstractis, & ne fiat substantia abstracta, vt declaratum est. quoniam intellectum de abstractis est ipsummet esse. Nam iste intellectus materialis, si est substantia antiqua, vt dixerunt omnes expositores, nihil profecto ei prohibet quin intelligat priores eo. si vero est præparatio tantum, vt dicit Alexander, tunc non est hic ens innouatum, quod prohibeatur quin fiat æternum: vt dixit Alpharabius. Et opinor quòd Alpharabius imaginatus est hoc, quoniam opinatur quòd intellectus materialis sit substantia, habens potentiam innouatam corruptibilem. nam ipse dixit in de Intellectu, et intellecto, rectiùs de hoc intellectu q̄ sit substantia quædā, seu aliquod, cuius moris est vt cū recipit intellecta, fit vnio cū eis, seu dispositio eius est hęc dispō. et posuit subiam cuius esse est in potētia innouata statim, vt vides. Igit omnes homines propter hoc conuenunt q̄ felicitas vltima hominis est, cum sit intelligens intellectus abstractos. Et Alexander posuit hoc in libro suo de Anima, tanq̄ quid per se notum. Et sic fecit Themistius, qui secutus est id in sermone, quem reputat esse sufficientem. nam dixit, cum intelligat intellectus, in nobis existens id, quod non est in se intellectus, multo fortius debet intelligere id, quod est hic intellectus. Sed opponitur huic vt dicatur q̄ lumen Solis dignius est vt videatur, & tamen vespertiliones id non apprehendunt. Et iam promisit sapiens perscrutari de hoc quęsito in libro de Anima, & non deuenit ad nos adhuc sermo eius in eo. Tamen inuentimus in libello Alexādri de intellectu demōstrationem de hac re: & existimauit quòd ipsa est, quæ mouit sapientem ad sermonem de intellectu adepto. Et declaratio eius, quod dixit in hoc, & id, quod peruenit mihi, est hoc, ac si diceret quòd proportio intellectus apud Aristo. est ipsamet proportio sensus. &, cùm appareat quod cria sunt in sensu, scilicet recipiēs, & est sensus: & receptum, & est sensatio: & motus, & est sensibile in actu, seu extra animam, necesse est etiam vt reperiantur in intellectu hæc tria, scilicet intellectus recipiēs & est materialis: & intellectum, & est speculabile: & agens, & est intellectus abstractus. Et cùm vera sit hęc propositio, & copuletur et id, quod sequit ex ea, & est q̄ sensus potest recipere sensibile, quod est in actu: igitur sequitur vt intellectus, qui est in potentia, possit recipere intellectum, qui est in actu, scilicet abstractum, qui est tanquam sensibile. proportio enim eadem est. Et etiam, cùm copuletur ei propositio, quā omnes confitentur, scilicet quòd omne, quod habet potentiam ad aliquid, oportet de necessitate vt exeat in actum: & vt res, quę est in potentia in aliquo tēpore, fiat necessario res, quę est in actu in illo genere: tūc sequitur ex hoc de necessitate vt intellectus materialis fiat intellectus, qui est in actu in aliquo tempore. Et ideo dixit Alexander in libello prædicto, postq̄ declarauit id, cuius vis est vis prædictę demonstrationis, hoc, cuius littera talis est. Intellectus autem, qui est in potētia, cùm perficitur, & augetur, intelligit illum. quoniam, vt ipse dicit, quemadmodum potentia eundi, quæ est homini hora natiuitatis, exit in actum cum processu temporis, & perficitur res, mediante qua id erit, sic etiam intellectus, cùm perficitur, intelligit res, quę sunt in natura sua intellecta, & facit etiam sensibilia intelligibilia. Nam intellectus non est in natura sua passibilis, in eo q̄ recipit aliud, prout est sentiens, sed est in contrarium sentienti. sensus enim est in eo passio, et receptio impressionis: apprehensio vero illius est receptio, quæ additur. Causa autē receptionis intellectus materialis rerum abstractarum est, quontā non euenit et in receptione earū passio, prout est in sentiente, qui est in potentia. nam intellectus non est aliud ens, nisi substantia recepti in contrariū sentienti, quod est in potentia aliud, præter receptionem in se. Et dixit hoc. quoniam, si esset intellectus materialis aliquid præter receptionem, sequeretur, cùm perscrutatus fuerit de intellectu abstracto, vt inouatū fiat æternū. et hoc patet, vt vides. Et patet, pfecto ex hac pportione q̄ intellect⁹ agēs nō est intellectus materialis vt agens tūm, sed vt perfectio vltima eius per viā formę, & finis, prout est sentiēti cùm sensibili. Et hoc est etiam vnū ex eis, quæ fecerunt errare Alpharabium, qui existimauit q̄ sit ei agēs tantum, prout est in motoribus naturalibus. Demonstratio vero Themistij prędicta vera est. quoniā, cùm hęc sensibilia sint intellecta ex pte intellectus abstracti: et res semp tribuit sibi studinē suę entitatis: ergo mīsto dignius est vt ipsum sit intellectū. quēadmodū colores cū fiant visibiles ex parte luminis Solis, multo dignius est vt lumen eius sit magis visibile. Et licet omne visibile, & vniuersaliter sensibile naturaliter occultet alicui speciei animalis propter debilitatem eius, non occultatur tamen alteri speciei. nam, si occultaretur omnibus speciebus, tunc prouidentia diuina, & est illa, quam appellant naturam, frustra operata fuisset: cùm posuerit aliquid in potentia ad aliquid absq̄ eo, q̄ id exeat in actū. Vespertiliones enim si nō possunt aspicere lumē Solis, hoc tamen nō est sic in cęteris animalibus. Et sic etiam, si aliqui homines non possunt respicere hunc intellectū nō est necesse vt ita sint oēs hoīes. qm̄ fuit hoc eis ex aliquo euentu, qui eis accidit, seu ex natura, seu ex voluntate vniuersali, quæ sic voluit. sed, si hoc esset propter dispositionem, quę est intellectui abstracto, darem q̄ sit intellectum, non exiens in actum. tunc esset frustra. Id autem, ex quo apparet, q̄ hæc præparatio, qua homo recipit res abstractas, fiat in intellectu speculatiuo post suā pfectionē, adeo q̄ hęc pparatio erit pportio eius ad intellectū adeptum perfectissime, vt proportio præparationis appellatæ intellectus materialis ad animā, est hoc, quoniam omnis forma innouata euenit et possibilitas, & præparatio ad recipiendum aliam formam. & hoc quidem aut procedet in infinitum, aut vltima præparationū recipiet formā nō materialē. & hoc indicat, qm̄ intellecta rerū, q̄ sunt in habitu, sunt scientię in potentia, ex eo q̄ sunt scientiæ rerum in potentia. & ideo vniuersale includit id, quod est infinitum. & iam declarauit hoc Aristoteles in sermone suo in Metaphysica.

Et

Themistij dictum.

Alexandri demōstratio.

Themistij demōstratio

Quo pacto vniuersalia sint vera cum tñ nō sint, extra animam. * i. non habet, in potētia.


Et ex hoc soluitur dubiū, qđ fit, quomodo vniuersalia sunt vera, & tamen non reperiuntur extra animam: & est id, quod coegit Platonem ad tenendum formas abstractas. Et respondetur quòd vniuersalia sunt scientiæ in potentia rerum, quæ sunt extra animam * in potentia. & ex rebus per se notis est q̄ in omni genere rerum id, quod est in potentia, necesse est vt procedat ad id, quod est in actu in illo genere. &, cùm fuerint scita scientię in potentia, & moueantur à potētia in actū, necesse est vt moueantur ad scientias, quæ sunt in actu.

An Intellectus humanus abstrahat, & quando.

Quanquam hoc videatur absurdum ei, qui non peruenit ad hūc gradum, adeo quòd pudet eum loqui de eis: prout videtur absurdum ei, qui fuerit in aliqua ætate suorum annorum, credere quod et eueniet in alia ętate, ad quam adhuc non peruenit. In eo vero, quod interrogasti me de dicto sapientis, si quidem animæ fuerit actio, tūc erit possibile vt abstrahatur, ipse profecto innuit id, quod declaratum est de intellectu materiali, qđ non indigeat in operādo vt sit vnum ex entibus materialibus. quoniam ens tale possibilis est ei abstractio: & non est necesse vt perfectio sit ei possibilis, non autem necessaria. & hoc patet ex opinione eius. Et videtur quòd prouentat hęc perfectio naturaliter: & vt plurimum erit ex aggregatione hominum, qui congregantur ad hoc, vt prouentat hæc perfectio. &, cùm hæc perfectio proueniat ex his congregationibus, illa quidem perfectio hic vix tantum difficilis est, nisi senectute, & perseuerantia in speculationibus, & non deficiendo ei res, quæ existimantur esse necessariæ. Et videtur secundum eos quòd aduentat hæc perfectio multis hominibus, prope separationem eorum ab hoc seculo, quoniā est perfectio contraria perfectioni corporali. Alpharabius autem, vt vidisti, contradixit in suo libello huic interrogationi. &, cùm reputauit se esse perfectum in fine suæ ætatis, & non peruenit illuc ad eum, adduxit meōuentēta ex rebus per se notis. & ideo dixit de eis quod sunt vanitates senectutis. Perfectio vero, ex qua prouenit hoc, vt diximus, est nimis difficilis. nam ex conditionibus eius est vt non sit peccatum in credulitate sua. & ideo existimatur de eo quòd sit proprium hominibus excelsis. Et hoc totū, quod causa tui rectauimus, est narratio opinionū hominum. et q̄d intelligit, & illud negat, non debet decidere quòd sit opinio rectantis. Et accidunt ei, & similibus multi errores, & maximi quidem. & Deus omnipotens auertat nos, & vos à lapsu in eis, & dirigat nos omnes ad scientiam, & operationes rectas. Et pax vobis, ac pietas Dei, & benedictiones eius. Demum perfectio, quam innuimus, erit per scientias tuuatinas, & opiniones veras, & mores bonos, ac operationes bonas. Vale.

REGISTRVM.

Aaaa Bbbb Cccc Dddd Eeee Ffff Gggg Hhhh
quaterniones, Iiii duernio.



Venetijs, apud hæredes Lucæantonij Iuntæ Florentini,
Anno Domini .M D L.